Steph. Blancardi Lexicon novum medicum Græco-latinum : caeteris editionibus longè perfectissimum in hoc enim totius artis medicæ termini ... / [Steven Blankaart].

Contributors

Blankaart, Steven, 1650-1702.

Publication/Creation

Lugduni Batavorum : Apud Cornelium Boutesteyn, Jordanum Luchtmans, 1702.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/uk7m8vn2

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

G
4
L

N Bruce

TRO
Strongroom
RARE
COLL
/BLA

22101946702

PV 6 0 P1

Requeathed to the Library of the
Army Medical Department
by Vinian Muce Esq.r Dept.
Insp.r Gen.l of Hospitals.—

1832.

STEPH. BLANCARDI

LEXICON

NOVUM MEDICUM GRÆCO-LATINUM,

Cæteris editionibus longè perfectissimum.

In hoc enim totius artis medicæ termini, in ANATOMIA, CHIRURGIA, PHARMACIA, CHYMIA, RE BOTANICA, &c. Secundum Neotericorum placita dilucidè & verè exponuntur & definiuntur.

GRÆCÆ *quoque voces ex origine sua deducuntur; hisce præterea adjungitur* BELGICA, GERMANICA, GALLICA, ANGLICA &c. *interpretatio, cum* INDICIBUS *eorum locupletissimis, opus sanè omnibus Philiatris, Philologis & Philosophis commodissimum, utilissimum.*

PORT PITT MEDICAL LIBRARY 5. 2.
PORT PITT MEDICAL LIBRARY WESTMINSTER LIBRARY.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud { CORNELIUM BOUTESTEYN, JORDANUM LUCHTMANS, } 1702.

SENECA.

Nulla res consummata est dum incipit.

Et

Etiamsi omnia à veteribus inventa sunt, hoc semper novum erit, usus & inventorum ab aliis scientia & dispositio.

Generoso ac nobili Viro,

Domino, Domino,

NICOLAO BLANCARDO,

Philosophiæ & Medicinæ Doctori & Comitatus Zelandiæ Historiographo; Historiæ græcæ ejusdemque linguæ in Alma Frisiorum Academia Professori ordinario &c. &c. omnium Professorum in nostro Belgio seniori, inque sæculo hujus Academiæ secundo, olim Rectori Magnifico primo, &c. &c. venerabili patri.

LECTORIBUS

SALUTEM.

VEtus opinio est, jam inde ab Heroicis ducta temporibus, nihil hodie dici, quod non dictum sit prius. Hujus scilicet auctores minimè præsagiebant, venturum tempus, quo ista quæ tunc latebant, clarescerent; venturos dies, quibus nos tam aperta nesciisse majores miraremur. Cunctis enim rebus inest quidam velut orbis, ut sicuti cælestia sydera, ita scientiarum vertantur: nec omnia apud antiquos optima; nec apud

pud omnes ſtatim gratiam, fidem, auctoritatem inveniunt, quæ ſola ratione & obſervationibus ponderantur. Si hanc ſapientes viam tenuiſſent, ut ſemper majorum intra terminos ſubſiſterent; demerſa adhuc tenebris lateret veritas: nova artium lumina minimè lucerent. ARCHIMEDEM mirata eſt antiquitas, quum illius ingenio Syracuſæ defenderentur. Nec DEMETRIUS, ob repertam machinam, minore gloria fuit, & famam in poſteros præmium tranſmiſit. Noſtra verò ætas ut iſta magnificè exornavit, ſic & artes novas eduxit, ad quas priorum nunquam induſtria penetra-

verat. Quis tormenta neſcit bellica; quanto vel balliſtis concitatiore, vel catapultis rapidiore impetu feruntur? Quis neſcit navigandi peritia, cum Belgæ in arma truderentur, contabulatum claſſibus mare? repertas Inſulas? reſerata Indiæ clauſtra? maximam Occidui orbis partem, priſcis ignoratam, noſtris ingenti commodo cognitam fuiſſe? Quid artem loquar Typographicam, divinarum humanarumque rerum propagatricem? Quid Medicinam? quæ per diverſos temporum orbes, velut gradibus proceſſibuſque aucta, dum priorum inventis nova adjicit poſteritas, aut fluxas rationes cautè

tè ludificatur, robuſta maturitate in eam qua hodie eſt magnitudinem enavigavit. Multa adhuc ſacro involucro tecta jacent, & fas eſt mortalibus omnia, rationi congrua, inquirere; multa admirare imo & venerare debemus, nam arcanis proxima, inveſtiganda non ſunt. Manſimus inter Æſculapii limites; ſingulæ artes ſua habent addenda, & quæ latè ſpatiari videntur, à ſuperfluis mundandæ. Atque iſta de noſtris hauſta fontibus, ac mox ubivis derivata, haud leve compendium humano generi attulerunt. Quiſquis mentis valens acumine, blanditiis voluptatum ſocordiave non irretitur, ſed

LECTORIBUS.

ad artis medicæ contemplationem tempus sumet, poterit eandem cum veteribus orbitam terere, eorumque opibus adjutus, amplissima arti conferre incrementa, & abstrusarum rerum addere proventum. Quocirca abhinc annis variis, quum adducto per meditationem animo, deprehendissem plurima in Medicis turbidè adeo tradita, ut quid sequendum declinandumve ambigerem; id negotii credidi mihi dari, quodcunque vel alii repererant, vel ipse observaveram, in commune breviter conferrem. Hinc prodierunt Opera nostra Theoretica & practica, uti & Anatomes libri novi, à veterum pla-

placitis immensum discrepantes. Quæ provincia licet perardua, spretis tamen malorum obtrectationibus, eam subire generosum duxi. Ex hoc genere videtis esse quoque Lexicon hoc, recens, ceu clavem artis, ex inventis præcipuè juniorum comportatum. Nam quæ EROTIANUS, GALENUS, & inter recentes GORRÆUS, FOESIUS, CASTELLUS, tractaverunt, ea suis auctoribus sic addicta, ut vix latum unguem discedere erubescant. Id privatis usibus serviit aliquamdiu, donec suasu an imperio aliorum publicatur. Si

LECTORIBUS.

ſummam in eo perfectionem non aſſecutus, ſi operarum in Græcis παροράματα hæc humanæ fragilitati vel incuriæ donate. Satis amplum præmium feram, ſi Lectoribus haud ingratum accidat; quod in veſtros ſinus, deterſo vanæ adulationis fuco, ingenua devotione confertur. Valete.

Amſtelædami.
MDCCII.

IN

IN LEXICON MEDICUM

Verè Novum,

A Doctiss. Nobiliss. Viro

D. STEPH. BLANCARDO, Ph.& M.D.

ADORNATUM.

AD CANDIDUM LECTOREM.

IMpavidos cantare *Duces*, *duo fulmina Belli*
Auriacum Batavis; *Nassaviumque* suis.
Materies præcelsa nimis, nec *Viribus* æqua est
Debilibus, quales constat & esse meas.
Principe digna loqui, res *momentosa*, placere
Ægrius hic minimum flectere, crimen habet.
Majores hæc *celsa* canant; mihi sufficit intra
Fortunam, qualis me decet, esse meam.
Me Potius BLANCARDE tuos narrare *Labores*;
Inque tuas *laudes* ire, redire juvat.
Hic *Scopulus* metuendus abest, suribunda *Charybdis*
Nulla, *Timendorum* dum procul omne *genus*.
Heic impunè licet *quocunque* vagarier, & *queis*
Mens addicta velit *Vocibus* es , licet.
Ergo lubet BLANCARDE tuos narrare *Labores*
Inque tuas *Laudes* ire, redire lubet.
Ingenium quoties *Studium*, *Geniumque* pererro,
Doctus ad invidiam *Tu* mihi semper eris.
Nam quæcunque sapit *Medicus*, tibi cognita, quicquid
Vel *Chymicis* summus callet in *Arte*, sapis.
Felices *Nos* ergo reor, *queis* vivere *Tecum*
Contigit, & felix posterus *Orbis* erit.
Uberius *monumenta* dabunt, meliusque docebunt
Ingenium, quam me reddere posse putem.
Lexicon hoc quodcunque vides, brevitate superbit
Docta, & inexhausta *dexteritate* nitet.
Utile cum *Pulchro* pulchrè glomeratur in unum:
Utrum horum præstat, dicere crimen habet.

Invo-

Invenies heic quosque ſuos, cum Nomine, *Morbos.*
Unde horum doctè quæ ſit *Origo*, docet
Quid ſint, definit, vel circumſcribit eoſdem,
Additur interdum *Cauſa*, vel *Anſa Mali*,
Heic eſt quo *Juvenes*, & quo recreatur abundè
Ipſe *Senex*, & quod *Gens ſtudioſa* vovet.
Si BLANCARDE tuum poſſem deſcribere *Librum*
Pro merito, meritò *Gloria*, major erit.
Cætera prætereo properans: *Punctum omne* tuliſſe
Te, *Palmam* & Cunctis præripuiſſe reor.
Penè ſtupens, addam verbum non amplius ullum:
Gratulor *Ingenium* non latuiſſe tuum.

Dabam olim Leovardiæ
deſultorie.

JOHANNES van DUEREN,
Med. Doctor & Practic.
Roterodamenſis.

Tom

Τοῖς τοῦ

ΛΕΞΙΚΟΥ

Αναγνώστοις τοῦ ὑπὸ διδακτωτάτου

ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΛΑΓΚΑΡΔΟΥ

ἀρτιζομένου.

Εἴ τις ΒΛΑΓΚΑΡΔΟΝ θελέεις πολυαίνον Ἰητρὸν
Ἤδειν ἢ εἰδεῖν οἷος ἂν ἐστιν Ἀνὴρ.
Λεξικὸν αὐτοτάτου πολυποίκιλον ἀδιαλείπτως
Ἐστὶ δέον γινώσκειν. ἐνθάδε πεῖραν ἔχεις.
Αὐτὸς γὰρ λαμπρῶς νουσήματα πάντα διδάσκει
Ὄφρα τε γιγνώσκης τ' ἄλγεα αὐτομαθῶς.
Τούνομα τῶν νούσων ἴδιον, γένεσίν τε διδάσκει
Αἰτίαν ἐκπτύσσει πολλάκι καὶ τε ῥίζαν.
Τὴν σὴν πανσοφίαν, πεῖραν, τέχνην τ' ἐπιδείγνυς
Ἡμῖν: ἐν θανάτοις ἀθάνατος δοκέεις.
Ὣς μεγάθυμε σὲ ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα
Τῶν Μώμων ἀμέλει, βροτολόγων τε κακῶν.
Τῶν νῦν οὔτιν' ἐγὼ ἰδέειν δύναμ' οὐδὲ νοῆσαι
Οὓς καὶ μὴ φοβέου κάλλιστε φιλόπονε
Αἰσχρὸν ζῆν σίγῃ: καλὸν εἶν' ἀντάξιον ἄβων,
Καὶ σοὺς εὐφρανέειν γράμμασίν, ἐστι καλὸν.

JOHANNES van DUEREN.
S. S. Theol. Cand. Med. &
Philos. Doctor.

AD

AD LECTOREM,

Pro librorum hactenus ab autore editorum, & ſpecialiter præſentis Lexici Græci commendatione.

J. VAN DYK, J.U. Doct.

MEDENBLICENSIS CARMEN.

Surge, veni, propera, quicunque inſignis amator,
Sermonis verè Græci, quicunque Latini,
Qui cupis ex placito ſolidè cognoſcere linguam
Ac querulus reperire tua de Gente Batava.
Græcè cum Græcis quod non ſic copia fandi.
Si quis adhuc etiam, quem non adſpexit Apollo
Quem Muſæ inſcitiæ dediderunt, quemque negarunt
Annumerare ſuis, adeas, mihi credito, uterque
BLANCARDUM *hunc noſtrum, ſolatia præſtat utrique.*
Nec multum intererit, ſtudium tibi quale, Medendi,
An juris, ſtudiumve tibi ſit litera totum:
Ille quid Hippocrates: Galenus *quidque* Avicenna
Quidque alii Medici ſcripſerunt, explicat omne;
Juſtinianeis Græcè dat legibus aptum.
Ac qui conveniat, ſenſum, docet ille quid unquam
Græca præceptum lingua: Quid ſingula dicam,
Singula teſtantur, minimumque quod hactenus Autor
Edidit in lucem, ſummum jam præſtat honorem.
Et tu, mi lector, ſi perſcruteris eoſdem
Autoris noſtri libros, ſi Lexica *Græca,*
Græcarum, curæ Medicis, præſentia vocum,
Comperies multum fructus captarier inde.
Ergo, qui medicæ ſtudeas immittier arti
Dilige BLANCARDUM *tibi ſint hæc* Lexica *curæ.*
Et de illo verè præclarus dicet Homerus.
Ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

STEPH.

S. BLANCARDI
LEXICON MEDICUM

In quo exhibentur termini artis in Anatomia, Chirurgia, Pharmacia, Chymia, vulgo usitati. &c.

A.

ASive ā, vide *Ana*.

A, āā vide *Ana*.

ABAPTISTON, videatur *Modiolus*, derivatur ab α Priv. & βαπτίζω immergo, quia immergi non potest.

ABARTICULATIO, vide *Diarthrosis*.

ABDOMEN, *Juvenali Samen*, *Aqualiculus*. Est venter infimus, Hepar, Lienem, Renes, Ventriculum, Intestina, Vesicam &c. continens. Intus membranâ peritonæum dictâ succingitur: anterius in Epigastrium, Hypochondrium dextrum & sinistrum, Umbilicumque dividitur: inferior regio Hypogastrii nomine venit, nomen accepisse videtur quod abdit, seu abscondit viscera. Græcis ὑπογάστριον, ἦπαρ, ὑπήτριον, ἰσχίον, λαπάρα, ὑποχόνδριον. B. Onderbuik. G. der unterbauch/Schmerbauch. Gall. *Le bas ventre. Ventre inferieur.* A. The belly, or Panch.

ABARTICULATIO, seu *Dearticulatio*, idem quod *Diarthrosis*.

ABDUCTORES MUSCULI, sunt illi qui brachium, pedus, oculos &c. abducunt, quorum oppositi, *Adductores* dicun-

dicuntur. B. Afhalende Spieren. G. Hin weg ſiehrender Mauſſ. Gall. *Les muſcles abducteures*. A. The extending muſcles.

ABIES, Gr. Ἐλάτη, dici putatur, quod arbor illa procera in altitudinem longius erat, quam cæteræ arbores. Vocatur etiam *Sapinus*. B. Denne-boom / Maſt-boom. G. Thannen-baum / Tanne. Gall. *Sapin*, *du Sap*. A. The Fir-tree.

ABIGA HERBA, ab abigendo partu: vel quòd ejus folia abieti ſint ſimilia: unde & Chamæpitys dicitur.

ABLACTATIO, dicitur quando infans, annum agens unum aut alterum, à lactatione arcetur. Gr. Ἀπογαλακτισμὸς. B. Speeninge / ſpenen. G. Vonder Milch ſtoſſung / ent wehnung. Gall. *Sevrement*. A. a weaning.

ABLUENTIA, vide *Abſtergentia*.

ABLUTIO, Chymicis eſt, cum Medicamenta impura, mediante aquæ affuſione abluuntur, ut lixivium à ſuâ terrâ; vel quando acrimonia à quavis calce aquam affundendo & decantando abluitur. B. Een waſſinge. G. Abwáſchung. Gall. *Lavement*, *Ablution*. A. A Waſhing, or rinſing.

ABOMASUM. In ruminantibus quatuor numerantur ventriculi: Primus dicitur, *Venter*, deinde *Reticulum*, *Omaſus* & *Abomaſus*. Gr. Ἦλεγρ. B. De agterpens. G. Ein Feiſterdarm / Feiſteingeweydt. Gall. *Panse*, *Le gras boyau*. A. The Read.

ABORTUS, ABORSUS, ABORTIO & ABORTIVUM indiſcriminatim accipitur. Eſtque fœtus immaturi ante debitum geſtationis tempus, in lucem editio: quod fit ex ſucco nutritio abundante, deficiente, vel depravato; item caſu, ictu, ſubito terrore, gaudio effuſo, diureticis, &c. Fœtus abortivus *Sueton*. Abortus *Cic*. exterricinius *Feſto*, hujus generis eſt, quaſi matre exterrita ante tempus natus. Ἠλιτόμβιον Græci dicunt. Ἔκβλημα, Ἔκβολον *Eurip*. Κύημα ἀνημιαῖον, Ἄμβλωμα, Ἄμβλωσις, Ἀμβλυσμὸς *Hipp*. Ἀπόβλημα *Eid*. Ἀμβλωθρίδιον, Ἔκλεισις, Ἔκλεισμὸς *Ariſtot*. Ἐξάμβλωμα. B. Miſval / Miſdragt / Miſbaaring / Wanbzugt / Miſkraam. G. Ein unzeitige Geburt / Mißgeburt. Gall. *Avortement*, *Fauſſe couche*, *Faux germe*. A. An untimely birth, an Abortion.

ABROTONUM, eſt vox origine Græcâ, διὰ τὸ ἁβρὸν ὄψιν φαίνεσθαι ἀόρου καὶ ἁπαλόν, quod aſpectu ſit molle & tenerum, vel dicitur ab Africa urbe ad mare mediterraneum. B. Averoone / Averuit. G. Stab-wurtz / Gart-wurtz / Gart-

hagien /

haglen/ Schos-wurtz/ Kuttel-kraut/ Affrusch. Gall. *Auronne*, *Auroesne*. A. Sothernwood.

ABSCESSUS, vide *Apostema*.

ABSINTHIUM, est vox græca. Nomen hoc ab ἄψεσθαι, id est, contrectando, per antiphrasin deflexerunt, quod nullum animal, ob eximiam amaritiem, hanc herbam attingat. veteres Græci comici ἀπίνθιον quoque conformi Etymo, quasi impotabilem dixerunt, quod hanc nemo, propter insignem amarorem bibere possit. Vel dicitur à populis Absinthiis, juxta Pontum habitantibus, ubi Absinthium amarissimum succrescit. Ex α priv. & πίνω bibo. B. Alst/ Alsem. G. Würmtod/ Wermüth. Gall. *Aluyne*, *Absynth*. A. worme-wood.

ABSORBENTIA, Medicamenta alcalica sunt, quæ acida temperant, & quasi absorbent. Dicuntur & *Temperantia*, *Concentrantia* & *Saturantia*. B. Suur brekende middelen. G. Saur-brechende mittlen. Gall. *Remede qui tempere l'Aigre*. A. Absorbing medecines.

ABSTEMIUS, est, qui cibo & potu à Medico interdicto, se abstinet. Compositum ex abs & temetum. Gr. Ἄοινος B. die sig onthoud. G. Der sig enthält von wein. Gall. *Qui ne boit point de vin*. A. Temperate in diet.

ABSTERGENTIA, sunt, quæ asperis, duriusculis, acutis seu pectinatis ac scopalibus particulis, sordes ex superficie & meatibus corporum, (in quibus diversimodè moventur) abradendo auferunt; dicuntur *Abluentia*. Gr. Ῥύπτοντα, & Ἀποπλύνοντα B. Afvagende middelen. G. Abstreichende/ wund reinigende mittlen. Gall. *Remedes abstergentes*. A. Abstersive medecines

ACACIA, Gr. Ἀκακία: *Dioscoridi* frutex lignosus ac spinosus est, ex cujus semine maturo, ejusdem nominis succus exprimitur nigricans, ex immaturo rubescens seu subfulvus. Alia adhuc est *Acacia nostras*, sive *Prunus Sylvestris*, ab ἀκὴ seu ἀκωκὴ mucrone, cuspide, spina enim est Ægyptia pungens: nam ἀκάζω est acuo, unde *acacia*, vel potius *Acatia*. B. Sleepruimen. G. Schlehendorn. Gall. *Prunier savage*. A. The Sloe-tree, or Thorn-tree. Ex ipsius arboris prunis succus colligitur, qui in consistentiam spissam evaporatus, *Rob. Acaciæ* officinis dicitur.

ACAMATOS, est optima corporis humani constitutio & figuratio. Item non laborans, indefessus. ex α priv. & κάμνω laboro, lacesso.

ACANACEA, omnes Cardui Spinosi & capitati sic appellantur, ab ἀκάζω acuo.

ACANOS, eſt herba vel frutex ſpinoſus & aculeatus, ab ἀκαίζω acuó.

ACANTABOLUS, eſt inſtrumentum Chirurgicum *Volſella* dictum, quo ſpinæ œſophago inhærentes, eximuntur: Item fruſtula oſſis corrupta & mobilia; ſpicula item & globuli eorumque fragmenta, turundæ, atque pili, aliaque extranea, quæ in vulneribus reperiuntur, eodem inſtrumento eximuntur: ſic quoque appellantur inſtrumenta coſmetica, quæ evellendis pilis è ſupercilijs deſtinantur. ex Ἄκανθα ſpina, & βάλλω jacio. B. Doorn-tang / Trek-tang / Graat-tang. G. Grät-Zenglein. Gall. *Pincète pour tirér l'Epine.* A. A pair of Pincers or nippers.

ACANTHA ſeu Ῥάχις eſt vertebrarum protuberantia poſterior, vulgo *Spina Dorſi* appellata. B. Rugge-graat. G. Ruck-Grad. Gall. *l'Epine* vel *l'Echine du dos.* A. The poſteriour proceſſes or ſpines of the back bone. *Acantha*, item eſt arborum aut plantarum pars acuta *Spina* dicta. Derivatur ex ἀκὴ cuſpis, vel ἀκάζω acuo. B. Doorn. G. Stachel / Dorn. Gall. *l'Epine.* A. a thorn.

ACANTHIUM, idem quod *Acanthus.*

ACANTHUS, *Acanthium* & *Acantha*, eſt ſpina, arbor vel herba ſpinoſa, ab Ἀκανθόω vel Ἀκανθίζω ſpinoſum vel aculeatum reddo.

ACANTHUS, ἄκανθος, ſeu Brancha urſina, dicitur ab ἄκανθος, ex ἀκὴ, ſpina; quòd ſpinis, ſylveſtris tamen potiùs quàm domeſtica donata ſit, à ſimilitudine foliorum cum pedibus Urſi.

ACARNA, vox græca, vel *Acorna*; ſed quidam illas voces confundunt, cum *Acarna* dicitur Laurus & *Acorna* ſpinoſa planta, κέρνος enim eſt aculeus.

ACARON, vocatur Bruſcus & Myrtus Sylveſtris. Ex a priv. & κάρη caput. Eſt vox minus uſitata.

ACARUS, ab α, & κείρω, tondeo, ſeco, quòd ſit animalculum parvitate inſectile.

ACATALIS, vox græca; eſtque Juniperi bacca.

ACATERA, eſt Juniperus major.

ACCESSIO, idem quod *Paroxysmus.*

ACCIDENS, idem quod *Symptoma.*

ACCIPITRINA, eſt herba, quæ nomen ab ave accipitre mutuatur. Vide *Hieracium.*

ACCIPITER, quaſi ὀξύπτερος, ex ὀξὺς, celer, & πτερὸν, ala, vel ab accipiendo, quòd aves accipiat.

Ac-

ACCYSETUM, est Alyssi species.

ACER, vel ut apud *Solinum* legitur ACERIS: est arbor glandifera, satis procera: dicta fortè ab arcu, quia ex ipsius ligno Arcus fiebant. *Acer*, quasi arcum exerceo: vel ab acutis foliis, quia in exsculpendis imaginibus artificium ingenia acuit. Gr. Σφένδαμνος à σφενδανὸς, à robore, vehementia, duritie: à σπεύδω festino, incito. B. **Boog-hout.** G. Ahorn/Maß holder baum. Gall. *Erable*, *plane*. A. The Maple tree.

ACERBUS, ab ἀκὴ, acies, acumen; quia, quod gustatu acerbum, id linguam pungit.

ACERVUS, quasi agervus, ab aggerendo dictus: vel ab ἀκὶς, cuspis, quòd acervus sit fastigiatus, vel ab ἀγείρω, congrego.

ACERUS, idem quod *Acer*.

ACETABULUM, idem quod *Umbilicus veneris*. Folium habet rotundum & in summitate depressum, à similitudine scutellarum dictum, in quibus acetum olim, mensæ solebat apponi. Gr. Κύπος, Ἀφροδίτης, id est, *Hortus* veneris: item Γῆς ὄμφαλος, Terræ umbilicus; Κοτυληδὼν, umbilicus veneris. B. **Venus-navel-kruid.** G. Nabel-kraut. Gall. *Escuelles*, *Nombril de Venus*. A. Venus-navel-wort: vel Peny-wort.

ACETABULUM, fortè ab accipiendo, quia aliquid capit, est illa cavitas aut sinus in osse coxæ seu ischio, qui etiam *Pyxis & Cotyle* appellatur, capiti ossis femoris recipiendo dicatus. B. **Een hollighеid des heupen-beens.** G. Die Schuissel/ vel höle darin Sich die beine-fugen. Gall. *Le creux d'un os* vel *s'emboite un autre os*. A. The great cavity in the glipbone. Item glandulæ quædam in Chorio, Acetabula vocantur, de quibus vide *Cotyledones*.

ACETABULUM, est etiam veterum mensura, continens vini uncias duas cum semisse, sed olei uncias duas & drachmas duas; aliis erat liquidorum sesquicyathus. Porro transtulerunt etiam postremò hoc nomen ad herbam, quam eam ob causam *Acetabulum* dixerunt, quod folia Acetabulo similia in orbem circumacta, sensimque sic, ut sensum fallant, in concavam lacunam descendentia, habeat. Gr. Κοτυληδὼν. De qua Herbâ supra.

ACETOSA, est herba acida, unde à sapore acido ei nomen impositum. Gr. Ὀξαλὶς & Ὀξυλάπαθον, quia inter Lapathi species recensetur. B. **Suuring/ Surkel.** G. Saur ampffer. Gall. *Oseille*. A. Sorrel.

ACETOSELLA, est minor Acetosæ species, & ejusdem originis.

ACETUM, in genere liquorem quemcumque acidum notat, unde nonnullis spiritus salis, nitri, vitrioli & similes, *Acetum* dicuntur. Verum tamen in officinis, liquorem solum acidum denotat, ex potulentis succis factum & κατ' ἐξοχὴν ex vino seu uvis; & hoc recipiendum est, quoties *aceti* simpliciter fit mentio. Aliud est *Simplex*; aliud *Destillatum*, cum vel sine Medicamentis; aliud est *Compositum*, ut Acetum calendulæ, Rosarum, Sambuci, Scilliticum. Gr. Τὸ ὄξος. B. Azijn/Edik. G. Essig. Gall. *Vin aigre*. A. Vinegar.

ACETUM ALCALISATUM, est acetum destillatum, quod ipsius proprio sale alcali est saturatum & acuatum.

ACETUM PHILOSOPHICUM, est acidum ex melle destillatum.

ACETUM RADICATUM, est liquor acerrimus aceti, abstracto phlegmate, cum proprio suo sale conjunctum, & hac de causa etiam Acetum alcalisatum appellatur.

ACHAMENIS, est Polii species assurgens; Fortè ab a priv. & χαμαὶ humi.

ACHATITES LAPIS, ab Achate fluvio Siciliæ, ubi primùm inventus est; vel ἀπὸ τοῦ ἄχος, id est à curâ, quam, ut animi molestiam discutere dicitur.

ACHILAIS, est hordei species, putatur ab Achille quodam rustico nomen habuisse.

ACHILLEA & ACHILLEUS, vide *Millefolium*. Sic dicitur, quia ferunt Achillem Chironis discipulum primum invenisse.

ACHLYS, est oculi quoddam vitium caliginolum; recensetur inter species *Amblyopiæ*, ab ἄχλυς obtenebror.

ACHOR seu *Cerea*, est crustrosa scabies, seu Herpetis species, in capitis superficie pruritum fœtoremque excitans, à materia salsa, acida, viscosa & acri, quæ cutis glandulas obstruit, ortum trahens ex α priv. & χῶρος locus, quia parvum locum occupat. Differentia Achoris & Favi hæc est, quod in Achoribus foramina sint minora & visum quandoque effugientia: in Favis verò majora & manifesta. Dic. etiam, *Lactumia & Tinea* recens. Gr. Ἀχῶρες, *Sabaphati* Arabibus. B. schurftheid des hoofds. G. Rendigheit Geschwer des Haupts. Gall. *Gale de tête*. A. Running sores of the head.

ACHROI sunt homines decolores, ut Melancholici, Ca-

Cachectici & Chlorosi vel Ictero laborantes. ex α priv. & χρόα color. B. Wankoleurig. G. Entferbt/ übel geferbt. Gal. *Un Mauvaise coleur.* A. Ill coloured.

ACIA *Celsi*, idem quod *Fibula Chirurgorum.*

ACIDA *Dyspepsia*, vide *Dyspepsia.*

ACIDULÆ, vide *Balanæum.*

ACIDUS, ab ἀκὶς, acies, acumen: quòd acida linguam pungendo vellicent.

ACINESIA, est totius corporis aut partis alicujus immobilitas, ut in Paralysi, Apoplexia, Syncope &c. ex α priv. & κινέω moveo. B. Onbeweeglijkheid. G. Unbeweglichkeit. Gall. *Immobilité.* A. Immobility.

ACINI, sunt granula minutiora sive per se crescant, ut acini, id est, baccæ sambuci, sive aliis inclusa, ut acini uvarum, quin & ipsas uvas integras sonant. *Acinus* etiam *Columella* appellatur: ut & minutissimæ glandulæ in hepate, cute, &c. quæ ferè visum fugiunt, quoque *Acini glanduloſi* appellantur. Gr. κόκκος. B. Korrel. G. Körnlein. Gall. *Un Grain.* A. A kernel, or Grain.

ACINIFORMIS TUNICA, idem quod *oculi Tunica retina.*

ACINUS vel ACONOS, est Ocimastrum; an ab ἀκέω medeor?

ACIPENSER, genus piscis, ab accipiendo, quòd frequens mensis accipiatur.

ACMASTICA FEBRIS, idem quod *Synochus* ab ἀκμάζω invalesco, vigeo.

ACME, est morborum vigor, seu status & summum: morbi plerique quatuor tempora habent: primum dicitur Ἀρχὴ, id est, *Principium*, seu *Invasio*, sive cum morbus primo invadit. 2. Ἀνάβασις, sive *Augmentum*, estque tempus inter principium & vigorem. 3. Ἀκμὴ, seu morbi *Vigor*, cum morbi symptomata maximè urgent; in quo æger, si vires deficiant, moritur. 4. Παρακμὴ seu *Declinatio*, quando morbus deferbuit & æger extra noxam judicatur, nemo enim in declinatione moritur, ab ἀκμάζω vigeo. B. Het hoogste der ziekte of gezondheid/ stilstand/ top/ 't hoogst. G. Wan die Kranckheit anhefftigsten ist. Gall. *La hauteur de maladie.* A. The height of a disease. Est & Athletarum supremus vigor.

ACONITUM, est Herba, cujus denominationem derivant ab ἀκόνη cos, quia rupes & loca petrosa amat: *Aconi-*

τὸν enim est collis circa Heracleam Ponticam : vel ἀπὸ τῶν ἀκόνων à cautibus: vel quod vis eadem in mortem esset, quæ cotibus ad ferri aciem detrahendam, statimque admota velocitas sentiretur. Nonnulli, quod ἄκονιτος, hoc est sine pulvere, vel terrâ proveniat. B. **Wolf-wortel.** G. Dolwurtz / Narren-kappen / Eysenhutlein / Wolffs-kraut / Gifft-kraut. Gall. *Aconit, Tuë Loup, Tuë-loup aulne.* A. Wolf-bane, Monks hood or Libbards bane.

ACOPUM, est medicamentum quod lassitudinem è vehementiore motu corporis contractam, illitu sopit, & dolores levat: è calefacientibus, mollientibusque confiatum. ex ἀ priv. & κοπιάζω lasso. B. **Zalve voor vermoeitheid / verfris-salf.** G. Eine salbe vor mudigkeit. Gall. *Oignement pour la lassitúde.* A. Medicines against wearis omnes.

ACORNA, vide *Acarna.*

ACORUM & ACORUS, est calami species; dicitur, quod τῆς κόρης, id est, pupillæ seu aciei oculorum caliginosæ medeatur. Officinæ Calamum aromaticum ita appellitant.

ACOSMIA, est status sanitatis perversus cum faciei decoloratione, vide *Achroi.* Idem quod *Ataxia.* ex ἀ priv. & κοσμέω orno. B. **Verkleurtheid.** G. Verânderte farbe / übel geferbt. Gall. *Un mauvaise coleur.* A. Sickness accompanyed with an ill coloured face.

ACOUSTICA, sunt medicamenta auditum juvantia. ab ἀκούω audio. B. **Gehoor-middelen.** G. Gehör-mittlen. Gall. *Remede contre la sourdésse.* A. Medecines against deafness.

ACRASIA, est INTEMPERIES sive qualitatum in mixtione excessus, ex ἀ priv. & κεράννυμι tempero. B. **Ongetemperthеid / onmatigheid.** G. Unmássigkeit. Gall. *Intemperance.* A. Intemperate.

ACRISIA, est turbulentus morborum status, adeo ut nullum, difficile, malumque judicium aut crisis sumi vix possit, ex ἀ priv. & κρίνω judico. B. **De ziektens stilstant wanneer men naulix vonnis geven kan.** G. Unruhigkeit in Kranckeit. Gall. *Troublement dans la maladie.*

ACROCHORDUM, est verrucarum species, dolens est, orbiculari figurâ cum angusta basi, & *pensilis verruca* appellatur. Vel est verruca sub cute durior, asperior, callosa, & plerumque teres, cuti concolor, infra tenuis, ad cutim latior, Juniores maximè infestans; sic dicta, vel quod vertice suo similis sit resectæ chordæ, secundum extremitatem,

vel

vel quod in imo adeo angusta sit, ut pendere videatur. ex ἄκρη summa & χρεμὴ fides. B. **Een wratte/ werde.** G. eine Wartze. Gall. *Verrue, cor.* A. A hanging wart.

ACROMIUM, est scapulæ processus superior, sive humeri summitas, ubi cum scapulis jugula committuntur; dicitur & *humeri mucro* & *summus humerus*, ex ἄκρος summus, & ὦμος humerus. ἀκρώμιον *Rufo.* ὑπωμὶς *Eurip.* ὦμος κεφαλὴ. B. **Het Schouder-beens hoofd / uitsteeksel / schouder top.** G. Oberste theil des Schulterblats. Gall. *l'Acromium, Eminence de l'épaule.* A. A Sinus at the end of the spine of the shoulder-blade.

ACROMPHALUM, vel ACROMPHALIUM, est umbilici medium, sive umbo, cui funiculus umbilicalis ante partum adhærebat; dicitur & Μεσόμφαλον, Μεσομφάλιον, ex ἄκρος summus & ὄμφαλος umbilicus. B. **Het midden des navels.** G. Das mittelst von der nabel. Gall. *Le milieu de nombril.* A. The middle of the navel.

ACROS, est athletarum & morborum vigor. Item ossium prominentiæ. Digitorum extremitates & herbarum summitates, ab ἀκρόζω excelsa perambulo.

ACTE, est *Sambucus.* Ἀκτὴ Græcis, fortè à Littore Attico, quod ad mare est: Sambucus quippe aquas amat; ἀκτὴ porro littus est. Vide *Sambucus.*

ACTIO est operatio sive Functio, quæ ab homine vel solo corpore, vel corpore & mente peragitur, estque vel *Voluntaria*, vel *Spontanea*; *Voluntaria* est, quæ sub voluntate nostra est, ut sunt videre, currere, sedere &c. *Spontanea* vero, quæ à voluntate non dependet, ut sanguinis periodus, cordis & arteriarum pulsatio &c. B. **Werkinge / bedieninge des Lighaams.** G. Wurckung. Gall. *Action.* A. An action, operation, or function.

ACTUALIS IGNIS, vide *Ignis actualis.*

ACULEI, Vegetabilium quæcunque duriuscula in cuspidem turbinata punctionem infligunt spiculorum modo, nominantur. Gr. κέντρα. B. **Doornen.** G. Dorn/Stachel. Gal. *Espinez.* A. Thorns, or Pricks.

ACUERE, Chymicis est quando liquor debilis, ab alio fortiori, ad dissolvendum penetrantior redditur. Sic sp. salis acuit succum citri, spiritus nitri acetum destill. ad solutionem pro conficiendis magisteriis. Sic suppositoria acuuntur scammonio, saliisve rebus. B. **Verscherpen.** G. schärpffen. Gall. *Aiguiser.*

ACULA, est diminutivum ab *Acus*.

ACUS, est frumenti purgamentum, leviſſimum ſc. in eo quod ventilabris extra aream jaculantur. Gr. ἀκυδαλον, ἄχυρον. B. Haſ. G. Spreu/ Kley. Gall. *Paille*, *Balle*. A. Chaff.

ACUS, dicitur ob acus figuram, quam quædam ſeminum thecæ repræſentant, ut est pecten veneris, acus paſtoris, acus moſchata, quarum vaginulæ ſeminariæ acui ſimiles ſunt.

ACUTELLA, est *Ononis*; ſic ab acutis ſpinis dicta.

ACUTUS MORBUS est, qui cum magno periculo, brevi tempore finitur: eſtque vel *Perperacutus* ſive *Peracutiſſimus*, qui tertio vel quarto die terminatur: vel *Peracutus*, qui uſque ad ſeptimum diem extenditur: vel *Acutus ſimpliciter*, qui ad decimum quartum vel vigeſimum diem ad ſummum durat: vel *Acutus ex decidentia*, qui quadrageſimum diem pro ſummo termino habet. *Præcipitem* non malè cum *Scribonio* dicas; aut *Celerem* cum *Aureliano*; *Pernicialis Livio* dicitur, qui *celeriter* necat aut liberat hominem. Gr. ὀξὺ νόσημα καὶ παύσιμον. B. Een ſcherpe ſiekte/ haaſtige ſiekte. G. Gefährliche vel geſchwinde Kranckeit. Gall. *Maladie aigue*. A. an acute diſeaſe.

ADAMAS, ἀδάμας, ab α privat. & δαμάω, domo; quòd propter inſignem duritiem lapis ille ſit ferè indomabilis.

ADDUCTORES MUSCULI, ſunt illi qui brachium, crus, pollicem, indicem digitum, oculos &c. adducunt, quorum Antagoniſtæ *Abductores* nuncupantur. B. De nahalende ſpieren. G. Herzuführende muſk. Gall. *Muſcles adducteurs*. A. The contracting muſcles.

ADEN, idem quod *Glandula*.

ADEPHAGIA, est puerorum voracitas, qui ſubinde alios cibos, prioribus nondum concoctis vel digeſtis aſſumunt, Græcis componitur ex ἄδδλω largiter & φάγω comedo. B. Gulzig eten/ guizigheid. G. Fräſſigkeit. Gall. *Voracité*, *galoſité*. A. Greedineſs.

ADEPS, Gr. Στέαρ, ſive *craſſa pinguedo*, est pars ſanguinis oleoſa, pinguedine magis conſiſtens, quæ tempore inediæ vel adverſæ valetudinis in Alimentum faceſſit. Palpebræ, labia, penis, ſcrotum, teſtium membranæ, cerebrum, tendines, nervi, oſſa &c. adipe & pinguedine deſtituuntur. Adeps & Pinguedo differunt in eo, quod adeps ſit pinguedine craſſior, durior, & terreſtrior. *Adeps* ex ſanguine per vaſa peculiaria, in ſaccolos ſive veſiculas appropriatas fluit, quem-

quemadmodum ex observatione *Malphigii* constat. Videantur Institutiones nostræ & Anatomia. B. Smeer / vet / ongel. G. Feißte / sett / schmeer / Schmalß. Gall. *Graisse, sein.* A. Greas, or fat.

ADEPTI, dicuntur à Chymicis, qui artem Chymicam bene norunt, & inter Chymicorum Philosophos relati sunt. B. Aangenomene. G. Sehr erfahren in der Chimie. Gall. *Adopté.* A. Skilfull in Chymistry.

ADIANTHUM, nomen ab eventu accepit, quod folium ejus aquâ perfusum ἀ διαίνεται, id est, non madeat, sicco semper simile. διαινάω & διαίζω est perluo, abluo. Atque hoc potissimum accipiendum de imbre in illam plantam decidente, cujus stillicidium foliis ejus non insidet. Vel quod interioribus puteorum parietibus & fontium marginibus, quas coronat, dictum est *Adiantum*, quod nimirum quasi sitiens illorum aquas, quas tamen adit & respuit, quærat. B. Vrouwen hair / venus hair. G. Frauwen haar. Gall. *Rue de mur.* A. Maiden-hair.

ADIAPNEUSTIA, est præpedita, per insensibiles corporis poros, perspiratio. ex α priv. & διαπνέω perspiro. B. Belette doorwaaseming. G. Verhinderte ausslauff. der dunsten. Gall. *Perspiration empêché.* A. Hindred perspiration.

ADIPOSI DUCTUS, vide *Sacculi adiposi.*

ἄδιψοι, ab α privativo, & δίψα, sitis, quòd sitim sedat.

ADJUTORIUM OS, vide *Humerus.* Sic dicitur quia, in elevando brachio, juvat. B. Hulp-been.

ADNATA TUNICA, est membrana oculo communis, *Conjunctiva* dicta, originem habet à pericranio, ut volunt, tunicæ corneæ adnascitur exterius, & ut lumen ab objectis corneam transeat, anterius foramen rotundum relinquit, cui annexa est altera *binominata*, ex tendinibus musculorum oculum moventium conflata. Propter colorem album, *Albuginea* appellatur. B. Vet aangewassen oog-vlies. G. Das angewachsene-hautlein. Gall. *La membrane surnée, conjunctive.* A. The outmost coat of the eye.

ADNATA vel ADNASCENTIA, sive *Appendices*, ramuli dicuntur, quos caulis nonnunquam ex se mittit, quasi novam adscititiamque prolem. Sic autem vocantur, quod quasi cauli adnascantur & superaccedant. Gr. παραφυάδες, quod circum caulem erumpentes accrescant, appellarunt. B. Aangroeisel. G. Angewachsen / Anhang. Gall. *Dependence, Accessoire.*

ADO-

ADONIS FLOS, nomen accepit à Juvene formoso, à Venere plurimum adamato: quibusdam dicitur φλὼξ à floris flammeo igneoque colore. B. Bruinettekens / Duivels-oog. G. Feldroßlein / Adonis blum. Gall. *Fleur d'Adonis.* A. Adonis Flower, Red Maithes.

ADOR, semen Adoreum, idem quod *Zea.*

AD PONDUS OMNIUM, significat, quod ultimum præscriptum medicamentum tantum debeat pendere quantum omnia illa superius præscripta simul. Ex gr.

℞ Pulv. ocul. cancri.
Antimonii diaphor. āā drach. sem. Sacch. ad pondus omnium, hoc est drachma.
M.

ADRA RHIZA, est radix dura, & crassa, diciturque de Aristolochia: ἁδρὸς enim est abundans, multus, opulentus, crassus.

ADRACHNE, vide *Andrachne.*

ADSTRICTORIA, vide *Astringentia.*

ÆGER, infirmus morbo, ab αἰ, voce doloris, unde αἰάζω, lugeo.

ÆGILOPS, & *Anchylops*, sic dicitur, quia caprarum in modum intuentur; estque proprie tuberculum, ut plurimum cum inflammatione, carunculam majorem oculi obsidens; sæpe *Anchylops* & *Ægilops* confunduntur; quidam tamen distinctionis gratiâ dicunt, quod *Anchylops* sit tuberculum, inter angulum oculi majorem & nasum, nondum apertum. *Ægilops* vero dicitur tuberculum inter nasum & oculi angulum, quod si tempestive non aperiatur, os subjectum cariem contrahit, vide *Anchylops.* B. Een geiten oog. G. Geiß-aug. Gall. *Oeil de chèvre.* A. A swelling in the corner of the eye. Sumitur quandoque pro *Lachrymali Fistula.* B. Oog-fistel. G. Aug-fluß / augen-fistel. Gall. *Fistule de l'Oeil.* A. Lachrymal Gistule. Item est species graminis hordeum enecans, ex αἴξ caper, & ὤψ oculus, facies, vultus. B. Dravig / gebaarde evene. G. Dravich / wilder haber / hasen brot. Gall. *Coquiole, auron.* A. Bearded wild Oats or klaver

ÆGILOPS, est Cerris vel festuta. Ex αἴξ caper & ὤψ oculus. Sic dicitur quia putatur hac herbâ oculorum morbis, qui dicuntur Ægilops, mederi posse.

ÆGOCEROS, fœnum Græcum esse putatur. Ex αἴξ caper, & κέρας cornu, quasi diceres capricornus. Ipsius enim siliquæ, capri referunt cornu.

ÆGO-

ÆGOLETHRON, est Ranunculus, qui dicitur Flammula: sic vocatur, quod quadrupedes & præsertim capri inde facile moriantur Ex Αἴξ caper & Ὄλεθρον exitium.

ÆGYPTIACUM UNGUENTUM, est compositio valde detersiva impropriè unguentum appellatur, nam neque oleum neque pingue quid ei ingreditur; nomen ab Ægypti regione traxisse videtur.

ÆIPATHIA, idem quod *Aipathia.*

AER INGENITUS sive *Innatus*, est ille qui intra membranam tympani & ipsum tympanum concluditur. B. **Ingebore logt.** G. Die mitgebohrne Lufft. Gall. *l'Air né dans.* A. Jnnate air.

ÆREOLUS seu *chalcus*, est veterum Græcorum pondus, pendens grana duo nostratium.

AEROMELI, ex ἀὴρ aër, & μέλι mel, vide *Manna.*

ÆRUGINOSA BILIS, vide *Bilis.*

ÆRUGO, sive VIRIDE ÆRIS, est æris, sive cupri, mediante quovis acido, in friabile & viride corpus reductio. Gr. Ἰὸς χαλκοῦ. B. **Spaans-groen / Koper-roest.** G. Kupffer-grün / Span-grün / Grün-span. Gall. *Verde gris, verdet.* A. Verdugreale.

ÆSCHYNOMENE, sic vocatur herba impatiens, seu noli me tangere, quia tactum humanum non fert, ab αἰσχύνομαι pudefacio.

ÆSCULUS, potius *Esculus*, est arbor glandifera incertæ speciei, dicta, quia ejus fructus seu glandes comeduntur, forte ab ἀεὶ semper, & ἔδω edo.

ÆSTUARIUM; idem quod *Vaporarium.*

ÆTAS, est pars durationis vitæ, in qua ex perenni actione & fermentatione particularum minimarum, temperies corporis humani sensibilem mutationem suscipit. Estque sextuplex, *Pueritia* nempe ad annum quintum, quæ distinguitur in tempus ante, in, & post dentionem. 2. *Adolescentia* ad annum decimum octavum, & Adolescentia propriè dicta ad vigesimum quintum. 3. *Juventus*, à vigesimo quinto ad trigesimum quintum. 4. *Virilis ætas*, à trigesimo quinto ad quinquagesimum. 5. *Senectus*, à quinquagesimo ad sexagesimum. 6. Hanc sequitur *Decrepita ætas*, quæ tandem in mortem terminatur. Gr. Ἡλικία, B. **Ouderdom.** G. Alter / Alterthum. Gall. *Age.* A. Age.

ÆTHALES, est sempervivum, sic dicitur quoniam semper viret. Ex ἀεὶ semper & θάλλω vireo, pullulo.

ÆTHIO-

ÆTHIOPIS, est herba foliis valde lanuginosis, sic dicta, quia ex Æthiopia huc allata.

ÆTHIOPS MINERALIS, est præparatio ex Mercurio, quando nempe duæ florum sulphuris partes cum unica parte argenti vivi miscentur: deinde mixtum accenditur, & pulvis niger remanet. Est remedium in lue venereâ. Dosis à duobus ad octo grana, à summa nigredine Æthiopis nomen meruit.

ÆTIOLOGIA est causa seu ratio de rebus medicam artem spectantibus. Unde *Ætiologica* pars Medicinæ est, quæ causas morborum & sanitatis exponit. ex αἰτία causa, & λόγος ratio.

ÆTIOLOGICA, est pars Medicinæ, causas explicans. Idem *quod Ætiologia*.

ÆTITES, lapis est veluti prægnans cum quatitur, alio in utero sonante: hujus genera pro diversitate superficiei, (scabræ sc. vel lævis) colorum, tum materiæ inibi contentæ, constituuntur quatuor. Primum est exterius, scabrum colore vario, plerumque nigricante: continet in se lapidem *Collimum* dictum. Secundum cinerei coloris est, ac in se argillam vel margam continet. Tertium terram in se concludit. Quartum præter hos addit *Plinius* nomine *Taphusium*, qui nostratibus incognitus. Primus orientalis est, raroque pruni magnitudinem superat. Secundus & Tertius etiam in Germania juxta Suueinfurtum reperiuntur, pugnique magnitudinem sæpe æquant. Dicitur & *Lapis Aquilæ*, quod in Aquilæ nido reperiatur, ad promovendum, ut fabulantur, partum ab aquila eo deportatus, ab αἰετὸς aquila. B. Arent-steen/ Adelaer-steen. G. Adler-stein/ Klapper-stein. Gall. *Pierre d'Aigle*. A. The Eagle-stone.

AFFECTIO COELIACA, vide *Cœliaca passio*.

AFFECTIO COLICA, vide *Colicus dolor*.

AFFECTIO HYPOCHONDRIACA, videatur *Hypochondriacus affectus*.

AFFECTIO HYSTERICA, vide *Hysterica passio*.

AFFECTIO NEPHRITICA, vide *Nephritis*.

AFFECTUS, idem quod *Pathema*.

AFRICANUS FLOS, vide *Tunetanus Flos*.

AGALACTIA, est lactis defectus, ex α priv. & γάλα lac. B. Gebreck van Melk. G. Gebrech von Milch. Gall. *Faute du lait*. A. Want of milk.

AGALLOCHUM, sive *lignum Aloes*, Gr. ξυλαλόη: est lignum

lignum cujus fruſta raro magna ad nos adferuntur, ut plurimum enim in fragmentis nobis transmittuntur, quæ optima creſcunt nigro-purpurea, venis cinerei coloris interſecta, amara, ponderoſa, liquorem, ſi prunis, candentive ferro imponantur, exudantia, aromaticum & ſuavem fumum, ſi incendantur, præbentia, bullulaſque ſimul poſt ſe relinquentia, haud ita facile diſparentes; his adde haud poſtremum bonitatis ſignum, ſi aquæ ſupernatarint. Dicitur & *Lignum Paradiſi*. Naſcitur in Sumatra, Champac vicina Chinæ Regno Regione, & in Cochin China. B. **Aloe hout**/ ob colorem forte & non à vera *Aloë*, item **Paradijs-hout**. G. Paradieß vel Aloes Holtz. Gall. *Bois de perroquet*. A. Wood af Aloës. Indis, Calambac. Gr. Ἀγάλλοχον, ab ἀγάλλομαι, exulto, glorior, quod inſignem ſuavemque in ſuffitu ſpiret odorem; neç non oris gratiſſimum præſtet halitum, vireſque roboret. De *Agalloche* vide quoque *Rhodium Lignum*.

AGARICUS vel AGARICUM, eſt fungus albicans, trunco laricis adnaſcens. Dicitur & *Mas & Fœmina*. Mas rotundus eſt undique ſibi ſimilis, criſpior, amariorque: ſed ſic reprobatur. Præfertur autem *Fœmina*, quæ rectas intus habet pectinum modo venas & diviſuras. Fœmina ſolutior eſt initio dulcis, mox in amaritudinem tranſit. Debet eſſe albus, levis, valde rarus, velociter friabilis; lignoſus, durus & gravis rejiciendus. Venit ex Italia, naſcitur in Sarmatiæ regione, quæ Agaria dicitur, indeque nomen accepiſſe perhibent; vel ab Agaro, quem & urbem & amnem in Sarmatia vocari tradit Ptolomæus. B. **Lerchen-zwamme**. G. Lerchenſchwam. Gall. & A. Agarick Græc. Ἀγαρικὸν.

AGERATUM, eſt herba, ſic dicta, quod flos ejus diutiſſimè in ſuâ coloris ſpecie conſervetur, nec ſeneſcat: quaſi dicas ſenectutis expers. Ex ἀ priv. & γῆρας ſenectus: quoniam diutiſſimè non marceſcat. B. **Rhijn-bloemen**/ **Motten-kruid**. G. Rheyn-blumen/ Jungfling/ Motten-blume/ Motten-kraut. Gall. *Ageraton*. A. Maudling or Maudling Tanſy.

AGERAZIA, eſt inſeneſcentia, ex ἀ priv. & γῆρας, ſenectus. B. **Jeugdigheid in oude jaeren**. Germ. Grünend alter. Gall. *Fleuriſſante vieilleſſe*.

AGGREGATIVÆ PILULÆ, dicuntur ab aggregare: quia ut inventor Meſue putabat, illis omnes humores aggregari.

AG-

AGNATA TUNICA, idem quod *Adnata.*

AGNUS CASTUS, est *vitex.* Agnus, quasi ἄγνος sine semine: quod crederent, veneris impetum cohiberi, adeoque semen infœcundum reddi, sedne quidem generari, his enim foliis cubitus sibi, castitatis ergo, sternebant. Sed Ἅγνος, Lat. est Castus, & unicam vocem bis nominant, semel nempe græcè, & semel latinè. B. **Kuisboom.** G. Schaffmulle & Keusch-baum. Gall. *Aignel-chaste.* A. The Chaft-tree.

AGOMPIASIS, vide *Gomphiasis.*

AGONIA est timor & animi contristatio. ab ἀγωνιάω anxius sum. B. **Droefheid.** G. Traurigkeit/ unmuth. Gall. *Tristesse.* A. An Agony.

AGONIA, seu *Atecnia*, est sterilitas, sive impotentia seminis. aut membri genitalis, unius vel utriusque sexus. ex α priv. & γίνομαι fio. B. **Onbevruchtheid/ Zadeloosheid.** G. Unfruchtbarkeit. Gall. *Sterilite.* A. Barrenness, untruitfulness.

AGRESTA, vide *Omphacium.*

AGRIA, est *Agrifolium:* ab ἀγρεύω venatu capio, ex eo quod glutine istius fruticis aviculæ capiantur: vel ab ἄγριος ferus sum, quia spinis armatur.

AGRIACANTHA, est cardui feri sylvestris species, ab ἄγριος ferus, & ἄκανθα carduus.

AGRIELÆA, est olea sylvestris, ex ἄγριος sylvestris, & ἐλαία olea.

AGRIFOLIUM, est frutex foliis spinosis instructus: Fortè ab ἀγρεύω venor, quia ejus glutine aves capiuntur. Vel ab ἄγριος ferus sum, idque propter folia spinis acutis horrida. B. **Hulst.** G. Wald-distell/ Stechpalmen. Gall. *Houx, Hous,* & *Houson.* A. The Holly-Tree.

AGRIMONIA, est herba, quæ nomen accepisse videtur, quia sibi in agris alimoniam quærit, vel quod nomen obtinuit ab Argemone, cujus etymon vide in *Argemone.* B. **Agrimonie/ lever-kruid/ ontstoppend-kruid.** G. Odermenig/ Bruchwurtz. Gall. *Agrimonie.* A. Agrimony.

AGRIMONOIDES, est agrimoniæ species, ex Agrimonia, & εἶδος forma.

AGRIOCARDAMUM, est nasturtii aquatici species; ex ἄγριον sylvestre, & nasturtium, vide Iberis.

AGRIOCASTANUM, est bulbocastanum. ex ἄγριον sylvestre, & κάστανον castanea.

AGRIO-

AGRIOCINARA, est Articocalus Sylvestris. ex ἄγριος sylvestris & cinara.

AGRIOCOCCIMELEA, est prunus sylvestris. ex ἄγρια sylvestris, κόκκος bacca, prunus, & μηλέα malus.

AGRIOMELEA, est mali cydonii species sylvestris. ex ἄγρια sylvestris & μηλέα malus.

AGRION, dicitur peucedanum. ἄγριον sylvestre est, quia fortè sylvestria & montosa amat loca.

AGRIOPASTINACA, est Saxifraga Candiæ. ex ἄγρια sylvestris & pastinaca.

AGRIOPHYLLON, dicitur peucedanum, ex ἄγριον sylvestre, & φύλλον folium.

AGRIORIGANUM, est origanum sylvestre. ex ἄγριον sylvestre, & Origanum.

AGRIOSELINUM, est Ranunculi species. ex ἄγριον sylvestre & selinum.

AGRIOSTARI, est frumenti sylvestris species. ex ἄγριον sylvestre, & σταῖς farina triticea aqua subacta.

AGROSTIS, graminis species. ab ἀγρὸς rus, ager, dicta quod ibi proveniat.

AGRIPPA, quasi ÆGRIPPA, ab ægro partu dicuntur, quorum nascendo non caput, sed pedes primi exierunt. Fuerunt autem multi sic appellati, quorum unus fuit Menius Romanus cognomento Lanatus. Alter Sylvius Agrippa duodecimus Latinorum Rex. Item Marcus Agrippa, Augusti gener. Item Herodes Agrippa, Herodis primi Judæorum Regis filius. B. Een kind dat in 't baren met de voeten voor komt. G. Ein Kind daß mit dem Füssen vor auß kompt. Gall. *Qui naist les pieds devant.* A. A Child bone rouh itſ feel foremorl.

AGRYPNIA, sive PERVIGILIUM, aut VIGILIÆ NIMIÆ, & COMA VIGIL, est, cum somnus diu interrumpitur, per aliquot nempe dies, vel ut quidam referunt, per aliquot menses, & (quod incredibile) annos sine somno vixerunt. Alii ex somno irrequieto sæpius evigilant, & per aliquot temporis spatium redormire non possunt, unde vitium lapsus, Ardores, Sitis, Dolores, Lassitudo, Oculi squallidi, rubri, palpebræ instabiles &c. Sunt quoque sani qui parumper dormiunt, diu vigiles: at in omni pene dolore vigiliæ urgent, & in plerisque febribus & morbis aut pervigilium est, aut irrequietus somnus; senes item sæpe molestis vigiliis fatigantur, quas etiam efficiunt ira, tristitia, sollicitudo, gaudium,

meditatio, metus, luſus &c. B. Waken / Waking / Slapeloosheid. G. Wen man nicht ſchlaffen kan. Gall. *Veille perpetuelle.* A. Watching, Waking. Componitur vox Græca ex α priv. ὕπνος ſomnus.

AGRYPNOCOMA, ex ὕπνος ſomnus, & κῶμα ſopor inordinatus, idem quod *Coma vigil.*

AGYNOS, eſt Agnus caſtus. Ex α priv. & γύνη fœmina: hoc eſt, qui ſine uxore aut concubina vitam cælebs tranſigit.

AIGINE, idem quod Caprifolium. ab αἴξ caper.

AIGIPYRUS, eſt *Ononis.* Ex αἴξ caper, & πυρὸς triticum.

AIGIROS, eſt arbor Populus dicta, ab ἐγείρω expergefacio; quia folia, ob tremulum motum vigilare ſemper videntur.

AGYRTA, CIRCULATOR, ſive CIRCUMFORANEUS, qui medicamentis empiricis vendendis, populum in foro congregat. ab ἀγείρω populum congrego. B. Een Quakzalver / een Beun-haas / een Jan-Potagie / &c. G. Landfahrer / Landſtreicher. Gall. *Le charletan, Le baſteleur.* A. A quak-ſalver, a mountebanke.

AHENUM, eſt vas cupreum, vel ferreum, medicamentis coquendis & deſtillandis deſtinatum, dicitur & *Cucuma.* B. Een Ketel. G. Ein Keſſel. Gall. *Coquermard, poêlon, chauderon.* A. A Bras-bettle.

AIPATHIA, vel ÆIPATHIA, eſt perpetua paſſio, ſeu continua patientia, ab ἀεὶ ſemper, & πάθος paſſio.

AISTHESIS, ſive ſenſus, eſtque *externus* ut viſus, auditus, odoratus, guſtus & tactus, hiſce addunt ſitim, famem, & coëundi appetitum. Vel *internus*, ut vulgò ſenſus communis, phantaſia, æſtimativa, memoria: verum duo ſufficiunt phantaſia nempe & memoria. *Aiſtheſis* ſive ſenſus eſt receptio, qua motus à corpore aliquo objecto, fibrillis nervorum impreſſus, ſenſorio communi ſeu animæ, mediantibus ſpiritibus animalibus in nervis exiſtentibus, communicatur, ab αἰσθάνομαι ſentio. B. De zin / bevat. G. Die ſinn / empfindlichkeit. Gall. *Sens, apprehenſion.* A. The ſenſe.

AISTHETERIUM, eſt ſenſorium commune, ab *Ariſtotele* dicitur τὸ πρῶτον αἰσθητήριον, quod *Carteſius*, aliique hujus aſſeclæ plures glandulam pinealem eſſe volunt: verum ſenſorium commune debet eſſe ubi ſenſuum externorum nervi terminantur, qui non in glandulam pinealem, ſed (ut ingenioſiſſ. *Th. Williſius* demonſtravit) circa initium medul-

læ

læ oblongatæ in corpore striato, suum terminum consequuntur, & si rectius Philosophari velimus; erit anima nostra ipse sensuum terminus. Græc. ab αἰσθάνομαι, sentio. B. **De gemeene sit-plaats.** G. All gemeine platz der Sinnen. Gall. *Lieu commûn pour le sent.* A. The common sensoty.

AJUGA, est *Chamæpytis*, dicitur & Abiga. Fortè, quasi sine jugo, quia abortum concitat. Vide *Iva* & *Abiga*.

AIZOON, est Telephii & Sempervivi species, quæ diu in vivis persistunt, ex ἀεὶ semper, & ζωὸν vivum.

AL, est particula Arabica, quæ nominibus in principio sæpe apponitur, ad rem nempe exaltandam, ut in Alcali, Alchymia, Alhandal, Alkekengi, &c. idem sonat ac Hebræorum *Ha* & Belgarum **De / het.** G. Das / die. Gall. *Le*, *la*. A. A, the &c.

ALABASTRI, sunt folia illa viridia herbacea, quæ flores, nondum explicitos, sepiunt. B. **Knoppen.** G. Knöpffe. Gall. *Bouton.* A. Button. In Mineralogia *Alabaster* seu *Alabastrites* lapidem certum denotat, qui & unguento Alabastritidi ingreditur. Vide *Alabastrites*.

ALABASTRITES, est species marmoris, verum ipso mollior, proinde marmor incoctum & imperfectum, si ita vis, appellare poteris. Hic si ita mollis sit, ut cultrō scindi possit, gypsum rectius dixeris, & est id lapidis genus, è quo varia torno finguntur vasa. Unguento ingreditur Alabastrino. Gr. Αλαβαστρίτης, Alabastrum. B. **Alabaster.** G. Alabaster-stein. Gall. *Albâtre.* A. Alabaster.

ALÆ, dicuntur nasi Latera. B. **De Neus-vleugels.** G. Beyde seitlein zů unterst an der Nasen. Gall. *Coté des Narines*, *Aile de la nez.* A. Winge of the nose. Item Nympharum pinnulæ, seu labia pudendi muliebris, πτερυγώματα, μυρτόχειλα, κρημνοί. B. **De Vrouwelijkheids Lippen.** G. Die lippen an der Frauwen scham. Gall. *Aile des parties honteuse de la femme.* A. The wing of the privie parts of a woman. *Alæ*, etiam dicuntur pulmonum lobi. Item, superior auris pars elata. B. **Het opperste des Oors.** G. das Ohrläplein / flügel des ohrs. Gall. *l'Aile d'oreille.* A. The wing of the eare. Item axillæ. Gr. μασχάλα & μάλη. B. **De oxel.** G. Die achsel. Gall. *Aiselle.* A The armhole, the armpit. Item processus ossis sphænoidis. B. **De vleugels wijse uitsteeksels.** G. Die Flugeln von das keilbein. Gall. *Ailes d'os sphenoide.* A. The winges of the wedge bone. Item alæ vespertilionum alis similes, vide *Vespertilio-*

num alæ. Item Myſtaces, vide *Myſtax*. Item plantarum cavi inter caulem & ramulos anfractus, unde ſinuatim nova proles egreditur, facta ab humanis tranſlatione, dicuntur.

ALARES MUSCULI, vide *Pterygoides*.

ALARIA OSSA, ſunt proceſſus pterygoides oſſis Sphænoidis.

ALANTOIDES, vide *Allantoides*.

ALATERNUS, eſt arbuſcula ſemper virens, cujus folia ſunt inter ilicem & oleam, an derivetur ex Italico ſermone *a*, id eſt ad, & *Linterno*, Italiæ fluvio, cui fortè adnaſcitur.

ALBADARA, eſt arabica vox, ſignificatque oſſiculum majus pollicis articulo ad metatarſi oſſis caput appoſitum.

ALBA PITUITA, idem quod *Leucophlegmatia*.

ALBARAS NIGRA, vide *Lepra Græcorum*. *Albaras alba*, vide *Leuce*.

ALBINUM, eſt Gnaphalium marinum, ſic à lanugine alba, dictum.

ALBUGINEA oculi, eſt tunica oculi alba, à pericranio (ut ferunt) oriunda, quæ corneæ tunicæ accreſcit & foramen anterius pro pupillæ apertione relinquit. Idem quod *Adnata tunica*. Item membrana teſtem immediate involvens, ob colorem quoque Albugineæ nomen accepit. B. 't Witte vlies. G. das Weiſe augen hautlein. Gall. *Membrane blanche*. A. The white coat of the eye.

ALBUGO oculi, idem quod Album oculi. Item macula alba in tunica cornea, vel ab humoribus, vel à cicatrice aut exulceratione, excitata. Gr. λεύκωμα, & ἀιγίς. B. Eenen witte oog-vlek. G. dar weiſe augenfell. Gall. *Une taye blanche à l'œil*. A. White ſpots in the eyes.

ALBUM CANIS, eſt ſtercus album canis.

ALBUM OCULI, dicitur ubi tunica adnata ſeu albuginea ſcleroti tunicæ adnaſcitur. B. Het wit van 't oog. G. Das weiſe in augen. Gall. *Le blanc des yeux*. A. The white of the eye.

ALBUM RHASIS, unguentum, ita dictum à colore albo, & ab Autoris nomine. Rhaſis enim inſignis fuit Medicus ex Arabum familiâ.

ALBUMEN OCULI, vel ALBUGO, λογὰς, σφενδόνη, κυκλόπιον. Idem quod *Album Oculi*.

ALBURNUM, eſt mollis, ac peſſima ligni pars cortici proxima, ab Albore dicta eſt Plinio, adipi in homine reſpondet.

AL-

ALCAHEST, vel ALKAHEST, ac si diceres *alcali est*. Describunt esse generale resolvens, perenne & immutabile, quod reducit omne corpus visibile in liquorem sui concreti, servata seminum potestate, forma essentiali & nativa integra. Magni nominis, si modo paris effectus, quem quisque suo processui tribuit. Nonnulli pro mercurio præparato accipiunt, alii tamen pro tartaro : sed an unquam talis liquor & universale Menstruum fuerit, nec ne, dubito. B. **Een algemein schei-vogt.** G. Ein algemein scheidfeucht. Gall. *Un universel dissolvent* A. A generall dissolvent.

ALCALI, dicitur sal omne purum absque acido, quod extrahitur è cineribus, vel calce cujusdam materiæ per lixivium elixatum, proprium omnibus rebus, liquidis & solidis. Sal illud, Alcali nomen ab herba *kali* accepisse affirmatur, cujus sale *Ægyptii* ut & nostrates vitrum conficiunt, Vitriariis *souda* appellatur. Facillimè cum acido fermentatur & effervescit ; sunt enim omnium motuum intestinorum causa ; nihil crescit, aut vegetatur, sine illis duobus. Alcali triplex accipitur. Nempe *Alcali Volatile*, *uti* conficiuntur ex animalibus, sal sc. cornu cervi, urinæ &c. *Fixum*, quod ex cineribus plantarum elicitur, uti sal absinthii, tartari &c. *Metallicum & Petrosum*. Metalla enim & lapides cum acidis menstruis effervescunt, & dissolvuntur. Hisce addunt Alcalia mixta, ut sunt nitrum, alumen, vitrioli genera, sal fossile & marinum &c. Quæ ex acido & alcali participant. B. **Suiber sout.** G. Aschen-saltz / Kalck-saltz / Säuber-saltz. Gall. *Sel pur*. A. Alkali.

ALCALISATIO, est quando verbi gratiâ spiritus vini alcali quovis imprægnatur, ut menstruum evadat magis dissolvens.

ALCE, ALCES, Gr. ἀλκὴ, id est vis & robur. Nomen animalis robustissimi.

ALCEA, est Herba, dicitur ab ἀλκὴ robore, auxilio, remedio, quod fortiter dysentericis ac ruptis medeatur impositum. B. **Sigmaarts-kruid.** G. Sigmars-kraut / Sigmundß-wurtz. Gall. *Gnimaulve savage*. A. Vervain Mallow. Dicitur etiam *Simeonis herba*.

ALCEDO, ἀπὸ τ ἐν ἁλὶ κύειν, quod in mari pariat illa avis species.

ALCHEMIA, idem quod *Alchymia* ; vide *Chymia*.

ALCHIMILLA, vocatur *Pes Leonis* & *Stellaria*, sic appellatur quod Alchimistarum præconiis sit celebrata. *Pes Leo-*

nis dicitur, quod folia habeat instar Leonini pedis lata & rotunda. B. Onser Vrouwen mantel / Leuwen-voet. G. Synaaw / Löwenfuß. Gall. *Pied de Lion.* A. Ladies mantell.

ALCHYMIA, seu ALCHEMIA, est Chymiæ pars, demonstrans metallorum transmutationem. Venit ex *Al* particula intensiva & χύω fundo.

ALCIBIADIUM & ALCIBIUM, est Echium, sic dictum, quod Alcibius quidam primo herbam illam, adversus viperarum morsus, invenerit.

ALCOCALUM, est *Cinara* sive *Articocalus*, fortè ab ἀλκὴ robore & κίκκαλος pini fructus, idque ob pini fructus figuram & ungues squamosos.

ALCOHOL, vox origine Arabica, est purior substantia rei segregata ab impuritate sua. *Alcohol* significat pulverem subtilissimum & impalpabilem, interdum spiritum rectificatissimum, ita ut accensus ardeat, donec totus consumatur, nihilque fæcum, aut phlegmatis in fundo remaneat. B. 't Subtijlste / en 't pit van iets. G. Das feinste von ein ding. Gall. *l'Alcohol, Le plus subtil de quelque chose.* A. The purer substance of any thing.

ALCOL, idem quod *Alcohol.*

ALCOOL, idem quod *Alcohol.*

ALECTOROLOPHOS, est herba pratensis, cui nomen *Crista galli.* Ex ἀλέκτωρ gallus, & λόφος crista, dicitur quoque *Fistularia, Pedicularis*, & *Mimmilus.* B. Hatelen / Hane-kammetjens. G. Rodel / Leuß-kraut. Gall. *Crête de coq.* A. Cocks-comb, or yelloio Rattle.

ALEMBICUS, seu ALEMBICUM, vel CAPITELLUM, seu GALEA. Putatur derivari ab articulo Arabico *Al*, & Græcâ voce ἄμβιξ, vasis species: est instrumentum chymicum, quod cucurbitis & vesicis destillatoriis superimponitur: habet formam galeæ, intus concavum, extus convexum circa infimam partem rostrum habet cubitale, per quod vapores descendunt. Si sine rostro fuerint, usum potius in vasis circulatoriis obtinent, & *Alembici cæci* vocantur. Gall. *le rencontre.* Conficiuntur ex ære, stanno, vel vitro. Alii pro ipsâ cucurbitâ sumunt: iterum alii pro cucurbitâ capitello simul junctâ. B. Een helm / een alembeik. G. Alembick / Helm / Rosenhut. Gall. *Alembic.* A. An Alembick or Still.

ALEPHANGINÆ, vel ALOEPHANGINÆ PILULÆ, est vox Arabica, significans rem odoram; componitur enim ex Aloë, & plurimis aromatis.

ALERCUM, herba venenata, ab altercationibus, quas animo inducit, dicta. Vide *Hyoscyamus.*

ALEXICACON, est Amuletum venenis resistens. Ex Ἀλέξω opem fero & κακὸν malum.

ALEXIPHARMACUM, est medicamentum, quod venena arcet, ne corpus humanum lædatur; sunt ut plurimum ea quæ sanguinem attenuant, ne à veneno coaguletur, ut volatilia omnia & acidum concentrantia, ab ἀλέξω arceo & φάρμακον venenum. B. **Een tegen-gift.** dic. etiam *Antidotus & Alexiterium.* G. Artzney wider gift. Gall. *Preservatif, contrepoison, antidote.* A. Medecines or Antidotes against poyson.

ALEXIPYRETICUM, & ALEXIPYRETUM, & ANTIPYRETUM, idem quod *Antipyreticum.*

ALEXITERIUM, est remedium, ne venenum suscipiatur, corpus conservans, ab ἀλέξω arceo, & τηρέω conservo, vel ut aliis placet à θὴρ fera, quod morsibus animalium medeatur. B. **Een tegen-gift.** G. Artzney wider gift. Gall. *Preservatif, contrepoison, antidote.* A. Medecines or Antidotes against poyson.

ALGA sive FUCUS, est vegetabile marinum & palustre, dicitur vel ab aquæ algore, sive quod pedes alliget, quia crassa & foliis ex parte supernatet: vel quod se ad conchas lapidesve, alligat, ab alligando. Gr. φῦκος θαλάσσιον, vide *Fucus.* B. **Wiert.** G. Meer-graß. Gall. *Algue.* A. Grasse wrack Seaweed.

Ἀλφιτὸν, ab ἄλφιτον, farina, est ossium fractura in modum farinæ.

ALGEMA, & ALGEMATODES, ab ἀλγέω doleo; Idem quod *Dolor.*

ALHANDAL, vide *Colocynthis. Alhandal* est nomen Arabium Colocynthidis, quod imponitur Trochiscis de Colocynthide.

ALHASEF, idem quod *Hydroa.*

ALICA, Potionis genus est, quòd etiam χύδος dicitur, ab alendo quòd multum nutriat.

ALIFORMES MUSCULI, seu ALARES, & PTERYGOIDES, oriuntur ab ossibus & processibus pterygoidibus, initio partim nervoso, partim carnoso. In maxillæ inferioris cervicem desinunt, nec non in ipsius capitis internam sedem. B. **De Vleugel-spieren.** G. Der Flügeln Mauß. Gall. *Muscle pterygoide.* A. The Pterygoide muscles.

ALIFORMES PROCESSUS, vide *Pterygoides.*

ALIMENTUM dicitur *potus & cibus.* Estque talis materia, cujus particulæ minimæ facile canaliculos nostri corporis subire & permeare possunt, totumque corpus nutrire. Respectu graduum, ab *Hippocrate* tripliciter accipitur; unum *Futurum* alimentum, quod ab ore in ventriculum delabitur: aliud *Quasi* alimentum, nimirum sanguis arteriosus & succi cerebrales seu nervosi. Tertium, *Verè* alimentum, quod appositum partibus agglutinatur, & tandem assimilatur. Gr. Τροφὴ. B. **Spijse / voedsel.** G. Nahrung / erhaltung / ernehrung. Gall. *Nourriture, Aliment.* A. Meate, nourishment or food.

ALINDESIS, est corporis exercitatio, qua oleo uncti se in pulvere olim volutabant, ab ἀλινδέω volvo, vel ab ἀλίω voluto.

ALIPASMA, est pulvisculus, qui oleo commistus, ad cohibendos sudores inungitur, ab ἀλείφω inungo.

ALISMA, est *Saponaria*, sed aliis *Plantago aquatica.* Dicitur quasi ἴσμα τῆς ἅλης, quod virus & malitiam venenatorum animalium frangere & debellare novit; vel παρὰ τὸ ἀλέειν καὶ ἴσμα, quod sciat propulsare venenum leporis marini & ranæ rubetæ, opiique.

ALITES, seu volucres, ab alis gerendis, vel ab alis eundo dictæ.

ALITURA, est actio corporis vivi, qua perpetuus, sanguinis, spiritus, substantiæque defluxus, ope succi alimentarii novi, præparati sive fermentati & in partes alendas impulsi, continuò instauratur. Gr. Θρέψις B. **Voeding.** G. Das ernehren. Gall. *Nourriture.* A. Nourishment or Food.

ALKAHEST, vide *Alcahest.*

ALKALI, vide *Alcali.*

ALLANTOIDES, est tunica urinaria, *Farciminalis dicta*, inter amnion & chorion collocata, quæ per umbilicum & Urachum, è vesica fortè urinam accipit, ab ἀλλὰς farcimen, & εἶδος forma: nam in plerisque brutis farciminis instar figuratur; in homine verò aliisque animalibus paucis rotunda, & figuram amnii adipiscitur. Latinis *Farciminalis tunica.* B. **Pis-vlies / worst-vlies.** G. Harn hautlein / Wurst hautlein. Gall. *Membrane Alantoide.* A. The urinary membrane so called.

ALLELUJA, est *Oxytriphyllum* sive *Trifolium acetosum*, sic appellatur, quia quando primum è terrâ folia emittit,

eo tempore in ecclesiis canticum Alleluja cantari solebat. B. Hoeltoelix-brood / Klaver-zuiring. G. Saurer-klee / Buch-ampffer / Guckgauch-klee / Hasen-klee / Mähler-kraut. Gall. *Pain de Coeu.* A. Wood-sorrel.

ALLIARIA & ALLIARIS, est herba quæ trita Allium olet, vide *Allium*. B. Looft sonder looft. G. Knoblochs-kraut / Leuchel / Saft-kraut. Gall. *Herbe aux aulx*, vel *aux Ailletz*, vel *Ailz*, *Alliaire*. A. Sauce alone, vel jacke by the Hedge.

ALLIUM, est Planta Bulbosa grave olens: venit à Græco verbo ἅλλιξ exilire, quod nimium exiliendo crescat, vel ab ἀλλάσσω muto, quod anhelitum mutet, & alterare faciat, gravem enim odorem spirat. Gr. Ἀγλίδιον, Σκόρδον, Ὄλχον, vide *Scorodon*. B. Looft. G. Knoblauch, Gall. *Ail*, *aulx*. A. Garlick.

ALLIOTICUM, est medicamentum Galenicum sanguinem alterans & purificans; coctum ut plurimum ex *rad. taraxici*, *cichorei*, *fœniculi*, *passulis*, *Herb. endiv. bellid. Lactuc. acetos. fumar. &c.* ab ἀλλοίω altero, vario. Lat. *Decoctum alterans*. B. Een verander-dranck / Mei-dranck / bloed-zuiverende dranck. G. Ein blut-reinigend tranck. Gall. *Potion alterante*. A. The altering potion.

ALLOGOTROPHIA, est improportionata nutritio, ita ut una pars corporis majus incrementum accipiat, quam altera, ut in *Rachitide*, ab ἄλογος rationis expers, & τρέφω nutrio. B. Een ongelijke voeding. G. Ungleich ernehrung. Gall. *Nourriture inegale*. A. Unequall nourismens.

ALNUS, est arbor, dicta quod amne alatur. Vel ab ἕλος palus, quia juxta paludes succrescat. Gr. Κλήθρη & Κλήθος à κλάω, frango: lignum enim alni fragile est: nec flexiles ejus rami, uti aliorum aquaticorum. Vel ab alendo, quod facile alatur, & in altitudinem assurgat. B. Elsen-boom. Gr. Ellern-bamm / Erlen-baum. Gall. *Aulne*. A. The Alder-tree.

ALOE, est succus alicujus plantæ, cujus sunt variæ species, uti, Indica, Americana, Arabica, Ægyptiaca &c. Folia habet oblonga, & admodum crassa, instar sempervivi: Flores producit albos & semen Asphodelo similes. Succus sapore amarissimus est, qui condensatus ex Arabia & Ægypto ad nos pellibus involutus, deportatur. Ejus species hodie in officinis quatuor in usu sunt, quæ tamen non nisi puritate & impuritate ab invicem discrepant. Nam A-

loes crassamentum sive pars magis arenosa, sordibus conspurcata & idcirco nigricans *Aloë* dicitur *Caballina*; pars vero purior, colorem hepatis referens, *Hepatica:* adhuc purior, *succotrina*, quasi suceo citrina, vocatur; quod pulvis ejus citrini coloris sit; sed potius ab insula *Socotoria*, ubi copiosè crescit, nomen accepisse videtur: pars purissima, si adeo depurata ut transparens sit, *Lucida* dicitur, quod sc. radiis solaribus objecta pellucida instar vitri appareat: quo lucidior est, quoque melior. Leniter purgat. Gr. ἀλόη. Nomen accepisse videtur à sale vel salo sive mari, cujus afflatu maximè gaudet: ἅλς enim est sal: vel ut aliis placet, quod salsedinis foris nonnihil contineat, ut cæteræ maritimæ plantæ. Porro à crassis foliis & similitudine, quam cum sempervivo habet, *Sempervivum marinum* appellatur. B.G. Gall. & A. *Aloë*.

ALOETICA, sunt Medicamenta, quæ magnam vel modicam Aloës quantitatem recipiunt.

ALOPECIA, est *Plin. Capillorum defluvium*, à lue venerea vel aliunde excitatum, ex ἀλώπηξ vulpis, & πίπτω cado; à vulpe cujus lotium effæta dicitur reddere loca in arenum, ut *Callimachi* Scholiastes annotat: vel à malo, vulpi peculiari. Vocatur etiam λοφίασις à figura, quod partes glabræ & pillis destitutæ tortuosæ instar serpentum videntur. Utrique huic affectui commune est, quod arcatim pili decidunt; unde etiam in genere hoc malum *Area* vocatur. B. **Uitvallen des hairs / Hoofd-sugt / Hairelooshеid.** G. Außfallen des haars. Gall. *Alopécie, Pelade.* A. The falling of ones haire.

ALOPECUROIDES GRAMEN, est gramen vulpinum. Ex ἀλώπηξ vulpes & εἶδος forma. B. **Vossenstaarten-gras.** G. Fúchssen schwantz graß. Gall. *l'Herbe de queue de Renard.* A. Fox-tail-grajs.

ALOSA PISCIS, vel ALAUSA, ab alendo, Latinis Clupea.

ALPHENIC, nomen Arabicum Penidia, seu saccharum hordeatum significans.

ALPHUS, Lat. *Vitiligo*, ita describitur *à Celso*; dicitur ἄλφος, ubi color albus est ferè subasper, & non continuus, ut quædam quasi guttæ dispersæ esse videantur. Interdum etiam latius, & cum quibusdam intermissionibus serpit. *Alphus* etiam appellatur *Morphæa*, procul dubio à Μορφή, quod scilicet cutis color in album, vel nigrum (& tunc vocatur

μέλας)

μίλας) mutetur. ἄλφος dicitur ab ἀλφαίνω muto, ut Aëtio placet. Alii ab Alpibus, Italiæ montibus albis, derivant: differt à Leuce quod *Alphus* non tam altè penetrat. B. Een witte Lazeri. G. Das weiße Maltzey / Mehlfleck. Gall. *Lepre blanche.* A. The white leprosie. Arab. *Baras.*

ALSINE, sic Latinis & Græcis vocatur, quod frequenter in Lucis nascatur. Ab ἄλσος Lucus. *Auricula* quoque *Muris*, sive Μυὸς ὦτα, & *Morsus Gallinæ* vocatur, quod murium seu musculorum auribus folia similia habeat: adamatur quoque à gallinis, aliisque volucribus, hinc Belgis, Vogel-kruid / & quia juxta muros sæpe succrescit, Muur & Muur-kruid appellatur. G. Hünerdarm / Hunerbiß / Vogelkraut. G. *Mouron*, *Morgeline.* A. Chick-weed.

ALTERANTIA, idem quod *Alliotica.*

ALTERATIO SANGUINIS, significat sæpè sanguinis per medicamenta depurationem. Vide *Alliotica.* B. Bloedsuivering. G. Bluthsauberung. Gall. *Purification du sang.* A. A purifying of the blood.

ALTHÆA, *Ebiscus*, vel *Ibiscus.* Officinæ quæ ut plurimum barbaris vocibus gaudent, *Bismalvam*, *Malvaviscum* & simpliciter *Eviscum* nominant. *Malvaviscus* autem vox corrupta est, ex Malvâ nimirum & Eviscо composita, quasi dicat aliquis Malva-Ebiscus. *Althæa* appellatur à multiplici remediorum potestate & usu; vel Plinio Authore, ab effectus excellentiâ: nam Ἀλθαίνειν mederi est, & ἄλθω sanatio. B. Heemst / witte Maluwe / Huemst. G. Ybisch / Eibisch-kraut / Groß oder wild Pappeln. Gall. *Guimaulve*, *Guimanve.* A. Marsh mallows.

ALUDEL, vel ALUDELLI, sunt vitra sublimatoria, & ollæ fundo carentes, sibique invicem impositæ, quæ ollæ suppositæ, adaptantur: quæ sublimationibus inserviunt. B. Sublimeer-glasen of potten. G. Ein Sublimir-glass. Gall. *Un vitre sublimatoire.* A. Subliming-glass.

ALVEARIUM, est cavitas auris internæ, sive meatus auditorius, ubi sordes flavæ & amaræ gignuntur, & soni inferuntur. B. Het oor-gat. G. Das Hole der ohren. Gall. *Le trou de l'oreille.* A. The inmost cavitg of the Ear.

ALVEOLI DENTIUM, seu Boesia, utriusque Maxillæ cavitates sunt, quibus dentes per gomphosin inseruntur. B. Kassen der tanden. G. Höhle der zahnen. Gall. *Le caverne de dents.* A. The Socketts wkerein the teeth are placed.

ALUMEN, Aluminis species usitatiores in officinis, quinque

quinque nobis exhibent. Primum locum tenet *Alumen Rupeum*, Gall. *Alun de Roche*, Belg. **Klip-aluin** / A. Common Alum. Alterum, est *Plumeum*, seu *Plumosum*, de quo videatur *Amianthus*. Tertium, *Scissile* Σχιστὴ, quod glebarum instar est & plumosum oblongum vocatur. Quartum est *Zuccarinum*, sive *Saccharinum*, ex Alumine rupeo, albumine ovorum & aqua rosacea. Quintum, dicitur *Alumen catinum*. Si simpliciter præscribatur, *Rupeum* semper accipiendum est: Constat ex salsugine terræ mineralis saturninæ. Invenitur vel in venis per se; vel excoquitur ex aquis mineralibus; vel ex terra & lapidibus aliisve mineralibus extrahitur. Dicitur autem *Rupeum*, quia ex rupe seu saxis confici solet. Item *Glaciale*, quia glaciei conforme est. *Alumen Catinum*, proprie alumen non est, sed sal ex cineribus lignorum quorundam extractum, optimeque reverberatum. B. **Potasch**. Est & aliud *Alumen*, *Romanum* dictum, rupeo simile, sed pallide rubens. Gr. Στυπτηρία. Arab. *Sceb.* sive *Seb.* B. **Aluin / Rotz-aluin**. G. Alaun / alat, Gall. *Alum*. A. Roch-alum,

ALUMEN PLUMOSUM, vide *Amianthus*.

Αλυσμὸς, ab ἀλύω, resolvo, intelligitur Hipp. anxietas, aut incontinens corporis jactatio.

Αλύσσον, ex ἀλύω, errabundâ mente, aut rabie afficior: quòd prosit rabiei hæc herba.

ALVIDUCA, Medicamenta sunt, quibus alvus liquida & leniter fluida fit. Gr. Καθαρτικὰ. B. **Buik-weik makende middelen**. G. Laxierende mittlen. Gall. *Remede laxative*. A. The laxative medecines.

ALVUS, Gr. Κοιλία & Γαστὴρ. Est abdominis cavitas, qua ventriculus, intestina, hepar, lien, renes, vesica &c. continentur. B. **Buik**. G. Der Bauch. Gall. *Le Ventre*. A. The belly, Paunch.

ALVUS ASTRICTA, dicitur, cum quis raro per secessum intestina deponit. B. **Hard-lijvigheid**. G. Hartleibig. Gall. *Dureté de Ventre*, *le ventre constipe & paresseux*. A. Bound in body, vel belly. Idem quod *Coprostasia*.

ALVUS FLUIDA, est, cum quis liquida stercora, idque facillimè deponit. B. **Weekbuikigheid**. G. Weichleibich. Gall. *Liberte de ventre*, *le ventre libre*. A. Loosness.

ALVI FLUXUS, Idem quod *Diarrhœa*.

ALYPON, est herbæ nomen, & dicitur turbith album: vocatur

vocatur & *Alypia*, ex α priv. & λύπη dolor; Herba dolorem quasi auferens.

ALYSSON, est Herba quæ sic appellatur quod à cane commorsos rabiem sentire non patiatur, & commorsis medeatur. Singultum quoque sanat, ex α priv. & λύσσα rabies, singultus.

AMALGAMA unde AMALGAMATIO, est alicujus metalli cum mercurio commixtio. B. **Metaal-mengsing met quikt.** G. Vermagung des Metals mit Queck-silber. Gall. *Corrosion de Metals avec le Mercure.* A. The reducing of Metal by Mercury into a past.

AMARACUM, est herba odorifera, ab Amaraco puero regio dictum volunt. Amaracus Cynaræ Regis Cypri, unguentarius fuit, qui casu lapsus dum ferret unguenta, fracto alabastro, majorem ex confusione odorem creavit. Unde optima unguenta amaracina dicuntur, hic postea cum nimio odore contabuisset, in herbam Sampsucum mutatus est, quæ postea ab ejus nomine cœpta est Amaracum appellari.

AMARANTHUS, non alio nomine dici cœpit, quam quod flos ejus nunquam marcescat. Hinc est quod puellæ hyemales sibi corollas ex eo conficiant: nam non solum æstate verum etiam hyeme ex illa planta gestant corollas, ex α priv. & μαραίνω marcesco. Medicis & Herbariis nostræ ætatis ex *Amore* & *Anthos* dictionem componi credentibus *Flos Amoris* vocatur. B. **Fluweel-bloemen**/ à colore G. Sañet-blumen/ Tausentschön/ Flöramor. Gall. *Passevelours.* A. Flower gentle.

AMARELLA, est Polygalæ species, atque sic ab amaritudine à Gesnero appellatur.

AMAUROSIS, est in rebus eminùs, & cominùs positis, videndi obscuritas, ita tamen ut nullum vitium externum in oculo vel accuratè inspicienti appareat: Idemque ejus vitium in nervi optici obstructione consistit: vocatur etiam *Gutta serena*, ab ἀμαυρόω obscuro. B. **Een verdonkertheid des gesigts**/ **stelle blind**/ **heldere dzop.** G. Helltropff/ der Schwartze staar. Gall. *Goûte serêne.* A. Dimness of sight.

AMBARVALIS, flos est herbæ, quæ viget quo tempore circùm arva fiunt processiones, ex ambire vias dicitur.

AMBE, est eminentia ossium superficiosa. Item, instrumentum Chirurgicum, quo brachia dearticulata restituuntur.

AM-

AMBLOSIS, idem quod *Abortus*.

AMBLOTICA sunt medicamenta abortum facientia, ut sunt diuretica omnia, ab ἀμβλώσκω abortio, unde ἄμβλωσις & ἄμβλωμα, abortus. B. **Middelen die een Misgraam maken.** G. Misgeburt verursachende mittlen. Gall. *Remede Avortive.* A. Medecines which cause Abortion.

AMBLYOPIA, est visus obscuritas: quæ est quadruplex: *Myopia*, *Presbytia*, *Nyctalopia & Amaurosis*, de quibus suo loco, ex ἄμβλυς obtusus, hebes, & ὄψομαι video. B. **Een donker gesigt / oogen schemering.** G. Dunckelheit der augen. Gall. *La Veüe obscure.* A. Dulness of sight.

AMBONÆ, idem quod *Ambe*.

AMBRA GRYSEA bituminis quædam species est, ex fontibus ac alveis maris ad littus eructatum. Rectè censetur ex destillatione, Ambram recensèri inter vegetabilia, licet etiam in cetis reperiatur, qui fortè illam devorarunt, eaque delectantur. Invenitur in Japonia, insulis Moluccanis, Mauritii, Neicotarres, in Sumatra ad Occidentem, in Borneo, & Caap Commeriis propè Malabar sitis. Optima censetur Grysea, seu coloris cinerei, à sordibus purgata & odorata, lævis, quæque acu perfossa succum pinguem resudat. Improbatur nigra, candida valde, utpote dubio procul adulterata. B. **Amber-grijs.** G. Amber. Gall. *Ambre gris.* A. Amber grise.

AMBROSIA, est Herba quædam Botrys dicta: ab ἀ pr. & βρότος mortalis, interposito μ vocalitatis gratia; vel quod mortales eam non edant, vel quod qui eam comederint immortales evadant: ideoque τὸ τῶν θεῶν βρῶμα Deorum cibus dicitur, eximiæ fragrantiæ gratia Diis expetita.

AMBROSIA, est medicamentum solidum, sed ea qua fieri potest gratitudine præparatum: à Deorum cibo denominari videtur, quia solis Diis, *Ambrosia* in cibum facescit, ut *Nectar* in potum, ex ἀ priv. & βρότος *mortalis.* B. **Gode spijs / een aangenaam geneesmiddel.** G. Der Götter-speiß. Gall. *Viande des Dieux.* A. The meat of the Gods.

AMBULATIO, Chirurgis dicitur, quando pars quædam inflammatione, gangræna aut sphacelo corripitur, & in ambitu, plagæ malum ulterius proserpit. B. **Het ambuleert / 't quaad kruipt voort.** G. Umb-sich fressende geschwure. Gall. *Gangréne ambulante.* A. A spreading gangreen.

AMBUSTIO, est continui solutio, à materiâ externâ adurente

adurente causata, cuticulam semper, cutim plerumque, nonnunquam etiam musculos, venas, arterias, nervos atque tendines lædens. Gr. πύρωσις. B. Gebrandheid. G. Brand/ verbrennung. Gall. *Brûleure*, *Echaudure*. A. Burning or Scalding.

AMELLUS, ex Mella fluvio Galliæ, juxtà quem herba hæc plurima nascitur. Math. est Aster Atticus.

AMENTUM, Idem quod *Alumen plumeum*, vide *Amianthus*.

AMETHODICUM, est quod sine methodica & dogmatica ratione fit, ut solent Empirici, ex ἀ priv. & μέθοδος ratio ad invenienda auxilia.

AMETHYSTUS, est gemma purpurei seu violacei coloris. Venit ex India Orientali, Arabia petrea, Armenia, Ægypto, Galatia, Tharso, Cypro, Bohemia &c. B. Amethist. G. Amethyst/ Ametist. Gall. *Ametiste*. A. The Amethyst.

AMIANTHUS, est *Alumen plumosum*, sive lapis alumini scissili non absimilis, adeo ut nonnullis inter se confundantur. Differt ab Alumine scissili, quod hoc combustibile sit, illud non item. Græcis Ἀμίανθος. B. Pluim-aluin. G. Federweiß/ steinflachs/ schiefer-weiß/ stein-dacht/ quod Elychnia ex eodem fiant incombustibilia. Gall. *Alum de Plume*. A. Earth-flax, or Plicimons Alum.

AMINÆUM VINUM, dicitur, à regione Italiæ. Huic posteà regioni vinum Phalernum ascriptum est.

AMMA, sive SUBLIGACULUM, aut BRACHERIUM, est vinculum Herniosis utile, quo inguina, ne intestina foras ruant, arctè cum abdomine, costis, lumbisque connectuntur, ab ἄπτω connecto. *Bracherium* nomen accepisse videtur à cingulis quæ lumbis & renibus adaptantur, ab *Isidoro Brachiale Monachorum* vocatum, *Succinatorium*; *Brachile* seu *Brachiale* dicitur, quamvis non Brachiorum sed renum sit cingulum. *Rabrachiatorium Cassiano*, unde dubio procul natum *Bracherium* Chirurgorum, cingulum nempe herniam intestinalem substringens. B. Een breuk-band. G. Buch-band. Gall. *Un brayer*, *des estreintes*, *une braeyer*, *Bandagie*, *Retreintif*, *Ceinture*. A. A Girdle for ruptures, or a Trieſs.

AMMI, est cuminum Æthiopicum seu Regium, à voce ammi forte cammi & cummi, unde cuminum, vel vice versa à cumino vox Ammi.

AM-

AMMONIACUM GUMMI, seu HAMMONIACUM, est Lachryma ex Ferula Africana juxta delubrum Hammonis nascente, unde & nomen. Instar Thuris grumosum est, subalbicans, cui semina, Angelicæ instar interspersa sunt; odor est ferè castoreus, & gravis, saporque aromaticus & amarescens. B. **Gom Ammoniak.** G. Ammoniak. Gall. *Gomme Ammoniac.* A. Gum Ammoniak.

AMNION, seu CHARTA VIRGINEA, est membrana fœtum in utero proximè ambiens, quæ etiam cum reliquis secundinis post partum expellitur, chorio longe albicantior atque tenuior est. Continet non tantum fœtum sed & humorem nutritium, quo fœtus per os & gulam alimentum sibi sugit. Exterius membranâ urinariâ, & chorio investitur, quæ sibi invicem adeo tenaciter quandoque adhærent, ut vix avelli queant, ab ἀμνὸς agnus, sic ab ejus teneritudine dicta & mollitie, alii a μένος animus, & quasi ἀμένιον id est ἄνευ μένους καὶ αἵματος, vel ἀμνίον tanquam vas inter sacrificandum, sanguinem excipiens. B. **Het binnenste vlies van de na-geboorte/ 't Lam-vlies.** G. Schaaffen hautlein. Gall. *Membrane de Brebis*, *Membrane des eaux.* A. The Amnion.

AMOLYNTUM, est Medicamentum, quo tractato, manus non inquinantur, ab ἀμολύνω non inquino.

AMOMUM, Veterum quodnam sit, adhuc sub judice lis est. Sunt enim qui Rosam Hierochontis esse velint: Alii aliud quid esse contendunt. Officinæ duplex semen sub Amomi nomine monstrant, quorum alterum majus nigrum, rotundumque est instar granorum piperis rotundi vel cubebarum gustu minime acre, quod videtur veterum esse *Sison*, *Sinon* &c. Alterum minutum semen & pallidum; utrumque raro in usum venit, locoque Amomi Veterum recipitur Acorus. Ingreditur Theriacam *Amomum* & *Cardamomum minus*, quæ in in officinis prostant: putant nonnulli fructus esse plantarum genere convenientium, specie vero saltem differentium, & quoniam illa differentia in fructuum duntaxat formâ, hoc est, rotunda aut triangulari consistat, folia autem conveniant, nec fructus hac in regione unquam producantur, hanc plantam pro utrisque spectandam exhibent. Dicitur, ab odore bono qui reprehendi minimè queat, vel, dictum putant quod veluti odorem cinnamomi referat. μῶμος enim est reprehensio, & ἄμωμος reprehensioni non obnoxius.

AMO-

AMORIS DULCEDO, Idem quod *Clitoris.*

AMORIS FLOS, idem quod *Amaranthus.*

AMORIS POMA, vide *Mala insana.*

AMPELOPRASUM, est porrum, circa vites nascens. Ex ἄμπελος vitis & πράσον porrum. B. Wyngaard paref. G. Acker-knob-lauch. Gall. *Ail porreau.*

AMPELOS, vide *Vitis.*

AMPHIBIUM, est omne animal, æquè in aquis ac in terris vivens. Ex ἀμφὶ ambo, & βίω vivo: ut Castor, Fiber, Crocodilus, Rana &c.

AMPHEMERINUS, est morbus quotidianus, unde πυρετὸς ἀμφήμερος febris quotidiana, ex ἄμφι circum, & ἡμέρα dies.

AMPHISBÆNA, ex ἀμφὶς, utrinque, & βαίνω, gradior: Serpentis genus est, nunc in anteriorem, nunc in posteriorem progrediens partem.

AMPHIBLESTROIDES, sive TUNICA RETINA, oculi mollis est alba mucosaque substantia, cui nomen inditum quod projecta in aquas reticulum æmuletur. Protenditur ab ipso nervi optici centro, supraque vitreum humorem expansa, ad ligamentum ciliare porrigitur: hæc tunica siquidem albida & medullaris, ab ipsa nervi optici substantiâ medullosâ, ac fibrosâ procedit; ut sit fibrarum nervearum, quæ illic in unam fasciam colliguntur, quasi in velum retiforme expansio. Revera si integer oculus pro flore, qui cerebro per nervum opticum, velut caudicem accrescit, sumatur, tunica retina erit flos ipse, ac duæ priores tantum calycis vicem præstabunt. Habent se intra oculi thalamum velut paries albatus, qui species visibiles, per foramen cameræ atratæ admissas excipit repræsentatque, cui species sensibiles imprimuntur, & à quo eadem πρώτῳ αἰσθητηρίῳ communicantur, ex ἀμφίβλεστρον rete, & εἶδος forma. B. Het net-vlies des oogs. G. Spinnewebs netzlein. Gall. *La Rétine.* A. The Retina of the eye.

AMPHIBRANCHIA, sunt loca circa tonsillas, ex ἄμφι circum, & βράγχος raucedo.

AMPHIDÆUM, est caput oris uteri, labris cucurbitarum simile. Græcis Ἀμφίδαιον, Ὄχιον, Λίγνα. Gal. in gloss. ἡ περὶ τὸ στόμα τῆς μήτρας ἑλικοειδὴς ἐπανάστασις.

AMPHISMELA, est cultellus anceps Anatomicus utrinque acie præditus, secandisque cadaveribus utilis, ex ἀμφὶ utrinque & μιλίζω membranatim concido. μίλη est specillum.

B. Een Meſaan beide ſyden ſnijdend. G. ein Meſſer daß um beyden ſeitten ſchneidet. Gall. *Couteau trenchant de deux coſté.* A. A diſſecting knife That cuts on both ſides.

AMPHORA, eſt vas cum duobus anſis. Capit duas urnas, ſeu octo congios: eſt menſura liquidorum apud Veteres. Italis continet libras ſeptuaginta duas. Attica vero dimidium amphoræ circiter ſupra Italicam Amphoram continebat. Secundum hodiernam computationem, capit vini libras octoginta, & olei circiter ſeptuaginta.

AMPULLA, eſt vitrum rotundum, cui collum in ſummitate eſt. B. Kinderglaſ / Katroll / Fioolglaſ. G. Ein rundflaſchlein. Gall. *Phiole.* A. a viol, A Glas-bottle.

AMULETUM, PERIAMMA, eſt Remedium præſentaneum adverſus febres, venena & faſcinationes, qualia quidem in annulis, & è collo ſuſpenſa geſtare ſolent.

AMURCA, eſt fœx ſeu recrementum Olei. Gr. Ἀμόργη ab ἀμέργω, exugo oleas & amurcam exprimo. B. Dzoeſem van Olie. G. Truſen vel Hefen vom Oele. Gall. *Lie d'huile.* A. The Lees vel Mother of oyl.

AMYGDALÆ, idem quod *Antiæ & Pariſthmia.*

AMYGDALUS, eſt arbor; ſic vocatam volunt, quod fructus poſt viride putamen, alterum quod ſubeſt, multis ſcatet rimoſis ſcarificationibus, quas Græci Ἀμυγδὰς appellant. B. Amandel-boom. G. Mandel-baum. Gall. *Amandier.* A. The Almond-tree.

AMYGDALATUM, eſt lac artificiale, ſeu *Emulſio* ex Amygdalis aliiſque parata, ab ἀμυγδάλη Amygdalæ fructus. B. Amandel-melk. G. Mandel-milch. Gall. *Lait d'Amande.* A. Almond-milk.

AMYLUM, eſt flos tritici aut ſiliginis, ſic dicitur, quod ſine mola paretur. Ex α priv. & μύλη mola. B. Stijffel/ Ameldonk. G. Ammel-mehl / Kraft-mehl. Gall. *Amidon.* A. White Starch.

ANA, eſt æqualis variorum Medicamentorum, unâ formulâ præſcriptorum, portio. Ex. gratia

℞. Olei Cinamomi
Caryophyllorum, ana guttas tres.

Vulgo ſimplici ā vel duplicis āā brevitatis gratia ſcribitur. B. Evenveel Gewicht. G. Gleiche theile. Gall. *Equal Portion.* A. An Equal Portion.

ANA-

ANABASIS, est morborum invalescentia. Vide *Acme*, ab ἀναβαίνω ascendo.

ANABATICA, videatur *Synochus*, ab ἀναβαίνω ascendo.

ANABROCHISMUS, est, cum immissis vinculis aliquid supervacanei tabefactum tollitur. Item modus extrahendi pilos palpebrarum inversos, oculumque pungentes, immisso per foramen acus tenuissimo byssо: per cujus duplicatam ansam pilus trajectus vellitur.

ANABROSIS, est partis alicujus in corpore, ab humoribus acribus, erosio. Idem quod *Diabrosis*, ab ἀναβιβρώσκω peredo, corrodo. B. Een door-eting. G. Zernagung/ Verzehrung. Gall. *Corrosion*, *Rongement*. A. Corrosion.

ANACARDIUM, est fructus alicujus exoticæ arboris, obscurè rubens, vel potius ex nigredine splendens, cor humanum repræsentans. Magna est ejus in Cananor copia, tum in Calecut, & aliis Indiæ locis, veluti in Cambaya & Decan. Gr. Ἀνακάρδιον, Veteribus incognitum fuit. Arab. *Balador*; Indis *Bybo*. Lusit. *Facca de Malaqua*, quod viridis & in arbore pendens similis sit nostrati majori fabæ, major tamen, sic ob cordis similitudinem vocatur. Ex ἀνὰ ad sc. Formam vel similitudinem, & καρδία cor. B. Anacarden. G. Elephanten-Lauß Gall. *Anacardes*. A. Anacardum or Malacca beans.

ANACATHARTICA, medicamenta vomitoria, quæ per superiora purgant, ex ἄνω supra, & καθαίρω purgo. Idem quod *Emetica*.

ANACATHARSIS, est Medicamentum per superiora purgans; ut Vomitorium, Sternutatorium, Errhinum, Masticatorium, Salivatio, &c. ab ἀνακαθαίρω per superiora purgo. Idem quod *Emeticum*.

ANACOLLEMA, est linimentum aut aliud Medicamentum siccum, quod fronti & naribus ad oculorum vitia & Hæmorrhagiam sistendam, admovetur. Item Remedium incarnans & conglutinans, ab ἀναχολλάω conglutino; unde κόλλα gluten.

ANACTORION, est planta, cui nomen *Gladiolus*: ab Ἀνάκτωρ Herus vel Dominus, cui soli gladii jus est.

ANADENDROMALACHE, est Malva rosacea fruticosa; ex ἀνὰ ad, nempe similitudinem; δένδρον arbor, & μαλάχη Malva.

ANADENDRON, est Althæa, ex ἀνὰ ad (formam) & δένδρον, arbor: quia arboris in modum se erigit.

ANADIPLOSIS, eſt frequens febrium reduplicatio, ab ἀναδιπλόω reduplico.

ANADOSIS, eſt omne quod in corpore ſurſum tendit, ut chyli diſtributio, vel vomitus, ex ἄνω ſupra, & δίδωμι do.

Ἀναδρόμη, ſurſum alimenti latio, ab ἀνὰ & δρόμος, curſus, à τρέχω, curro. Eſt reflexus humorum ad ſuperiora.

ANAGALLIS, dicta videtur ab ἀνὰ & γάλλος, quod æque reprimat ac reponat ſedem prociduam, γάλλος denotat enim cui amputata ſunt virilia, vel ut aliis placet ἀπὸ τῦ ἀναγωγεῖν τὰς ψύχας, animas evocare ac elicere. Magica enim putatur herba, unde noſtris **Guichelheil.** Nam in limine veſtibuli ſuſpenſa maleficia arcere creditur. Alii derivant ab ἀγαλλάω, orno, inſignio, decoro, quod ubique vias læte floſculis ſuis ornet. G. Gauchheil / Colmar-kraut. Gall. *Mouron*, *Mouſon*, *Morgeline*. A. Pimpernel.

ANAGYRIS, à natali ſolo hanc arbuſculam nomen accepiſſe putant: Anagyris enim eſt civitas Attica.

Ἀνάιμος ex ἀνὰ, id eſt ſine, & αἷμα, ſanguis, ſine ſanguine.

ANARHINON, vide *Antirrhinon*. Ex ἀνὰ per, ad, & ῥὶς naſus, quaſi adverſus naſum.

ANAISTHESIA, eſt defectus ſenſationis, ut paralyticis & ſphacelo laborantibus contingit, ex ἀ priv. & αἰσθάνομαι, ſentio. B. **Ongevoeligheid.** G. **Unempfindlichkeit.** Gall. *Inſenſibilité*. A. Inſenſible.

ANALEPTICA, ſunt Medicamenta quæ vires refocillant. Item pars hygieinæ, quâ valetudinarii reficiuntur, ab ἀναλαμβάνω iterum refocillo.

ANALGESIA, eſt indolentia ſive doloris defectus, ab ἀναλγέω non doleo.

ANALOGIA, vide *Analogiſmus*.

ANALOGISMUS, eſt comparatio & perceptio cauſarum juvantium per ſimilitudines, ab ἀναλογίζομαι comparo: *Analogia* eſt Comparatio.

ANALYSIS, eſt alicujus corporis, in ſua principia per Chymiam, reductio. Item partium corporis humani demonſtratio Anatomica, quæ per partes inſtituitur, ab ἀναλύω diſſolvo. B. **Een ontdoeninge / ontleding / ontbinding.** G. Auflöſung. Gall. *Analiſe*, *Diſſolution*, *Solution*, *Separation*. A. An analyzing, of any thing.

ANAMNESTICA, Remedia quæ memoriam reſtaurant, ut ſunt ſpirituoſa omnia, ab ἀναμιμνήσκομαι reminiſcor.

ANA-

ANAPHROMELI, est mel spumæ expers, sive mel despumatum, Ex ἀνὰ de, ἀφρὸς spuma & μέλι mel.

ANAPLEROSIS, est Chirurgiæ pars, qua ea quæ in corpore deficiunt vel casu perierunt, arte restituuntur, ab ἀναπληρόω impleo. Unde *Plerotica Medicamenta*, quæ partes restituunt.

ANAPLEROTICA, sunt Medicamenta, vulnera carne implentia; & deficientia in corpore, quantum possibile, restituentia.

ANARRHOPUS, idem quod *Anadosis*, ab ἄνω supra, & ῥέπω Vergo, serpo.

ANASARCA, est totius corporis exterioris, aut quarundam ejus partium tumor albus, mollis, tactui cedens, & foveam à compressione relinquens. Causa est lympha nimis incrassata, & sanguis viscidus, qua vasorum extremitates obstruuntur; hinc fit quod major lymphæ copia in corpore aggeritur, quam per vascula reducentia ablegatur. Si humores nimis viscidi fuerint, *Leucophlegmatia* appellatur. Item, Ὑποσαρκίδιον, Καὶ ἀπὸ σάρκα. *Heraclidæ*, Σαρκίτης, *Intercus*, *Aqua inter cutem* &c. ex ἀνὰ per, & σὰρξ caro. B. 't Lijf water / tusschen vel en vleis leggende water / leden-sugt. G. Leibwasser. Gall. *Hydropisie anasarce*. A. A species of a Dropsie so called.

ANASTOICHIASIS, est corporum Chymica resolutio. ab ἀναστοιχέω in sua principia redigo, unde στοιχεῖον Elementum.

ANASTOMOSIS, est sanguinis, lymphæ, aut chyli, per oscula vasorum hiantia effluxus. B. Ontsluiting der baten. G. Eröffnung der adern. Gall. *Rupture des vaisseaux*. A. Opening of Vessels. Item venarum & arteriarum (ut quidam vigilantes olim somniarunt) mutua inosculatio, sed hoc esset circulationis legi vim inferre, tamen impossibile non est cum venæ venis & arteriæ arteriis inosculantur: exempla habemus in vasis spermaticis, plexu choroidis, reti mirabili, &c. ex ἀνὰ per, & στόμα os. B. Inmonding der baten / Huys-baten. G. Die reunte zwischen den gefässen. Gall. *Abouchement* vel *inosculation de Vaisseaux*, vel *Anastomose*. A. A Mutual opening of vessels in to one another.

ANASTOMOTICA, sunt Medicamenta poros & meatus aperientia, ut sunt deobstruentia, cathartica, sudorifera, diuretica, &c. ex ἀνὰ per, & στόμα os. B. Openende dingen. G. Eröffnende mittlen. Gall. *Remedie aperiente*, vel *ouvertante*. A. Aperitive Medecines.

ANATASIS, eſt corporis extenſio verſus ſuperiora, ab ἀνατείνω ſurſum tendo. B. **Uitreckking.** G. Außſtreckung. Gall. *Eſtendue.* A. A Stretching out.

ANATHYMIASIS, eſt vapor, exhalatio, ſuffitus, halitus &c. ab ἄνω ſurſum & θυμιάω ſuffio. B. **Rooking.** G. Beraúchung. Gall. *Parfum, Perfumement.* A. Perfuming, Fumigation.

ANATICA PORTIO, vide *Ana.*

ANATOMIA, eſt animalis, præſertim hominis, concinna diſſectio, quâ partes ſingulatim, ad uſum Medicum & Phyſicum, demonſtrantur, ab ἀνατέμνω diſſeco. B. **Anatomie / ſny-konſt / ontleding.** G. Anatomie / auffſchneidung. Gall. *Anatomie, Diſſection.* A. Anatomie, Cutting-up of Bodies.

ANATOMICUS, eſt Medicus, diſſecandis cadaveribus, peritus, ab ἀνατέμνω perſeco. B. **Een Ontleeder / ontleedkundige.** G. Anatomiſt. Gall. *Un Anatomiſte.* A. An Anatomiſt, one Skilful in anatomy.

ANATRIPSIS, eſt contritio calculi aut oſſis comminutio, ab ἀνατρίβω contero. B. **Verbryſelinge / vermorſelinge.** G. Zermalmung. Gall. *Contrition, Ruption.* A. Bruiſing, Comminution.

ANAXYRIS, forte ab ἀναξύω, abſtergo, ſcalpo: acetoſa enim eſt, quæ alvum lubricando abſtergit, cujuſque radices ſcabiei medentur.

ANCHOIS, Gal. *de* Apua piſciculus.

ANCHORALIS proceſſus, vide *Ancyroides.*

ANCHUSA, hanc dictam quidam volunt ἀπὸ τ ἄγχειν, ſtrangulando; quod vim ſtrangulatoriam ac ſuffocatoriam habeat; dicunt enim ea ſerpentes ſtrangulari. Alii ab ἀγχυσπάζειν deducunt, quod eſt fucare, colorare formam, quia illius radice facies rubore inficitur. B. **Oſſe-tongh / Schaaps-tong.** G. Ochſen-zung. Gall. *Orcanette.* A. Alkanet.

ANCHYLE, eſt articuli contractio. Item, genu poſterior pars, ab ἀγχυλόομαι contractione articulorum laboro. Gall. *Anchyloſe.* Vide *Contractura.*

ANCHYLOPS, eſt abſceſſus & collectio humoris lenti & melli aut pulticulæ ſimilis, inter majorem oculi angulum & naſum. Hic tunicâ ut plurimum continetur, nec infert dolorem, ſubitò autem accipit incrementum. Idem abſceſſus ſi rumpatur, exulcereturque, non amplius Ἀγχίλωψ vocatur,

catur, sed mutat nomen, & Αἰγίλωψ appellatur. Ab ἀγχὶ propè & ὤψ oculus, quod prope oculum oriatur. Vide *Ægilops.*

ANCHYLOSIS, idem quod *Anchyle.*

ANCHYROIDES, vide *Ancyroides.*

ANCON, sive cubiti caput, strictius sumitur pro posteriore ulnæ processu majori: Unde *Anconæus musculus*, Cubiti extensor. ἀπὸ τοῦ ἀγκεῖσθαι ἑτέρῳ τὸ Ὀστέον, quod superjaceat unum os alteri. B. **Elleboog.** G. Elnbogen. Gall. *Coude.* A. The Elbow.

ANCONÆUS, vide in *Ancon.*

ANCORALIS, vide *Ancyroides.*

ANCYLE, est poplitis contractio, vide *Anchyle.*

ANCYLOBLEPHARUM, est palpebræ, cum tunica alba vel cornea, concretio; vel cum interdum utræque palpebræ sibi invicem concrescunt: Ea concretio aliquando ante partum contingit, & tunc vitium nativitatis existit, ex ἀγκύλη hamus, & βλέφαρον palpebra. B. **Aanwas der oog-schelen.** G. Anwachsung der augliedern. Gall. *Accretion des Paupieres.* A. A growing to of the eyelids.

ANCYLOGLOSSUM, est frænuli sub lingua, connexionis strictioris vitium, locutionem difficilem causans, & μογιλάλος recte vocabitur, ab ἀγκύλη hamus, & γλῶσσα lingua. B. **Tongriems aanwas / spanader.** G. Anwachsung des zung-riems. Gall. *Accretion de nêrf soûs la langue.* A. Aloser connexion of the ligament under the tongue.

ANCYLOGLOSSUS, est, qui Frænulum prælongum habet, & ab eo nonnunquam sectus fuerit, ex ἀγκύλη hamus, & γλῶσσα lingua. B. **Een die met de tongriem belemmert is.** G. Dem die zung nicht frey ist. Gall. *Qui a le Filet.* A. Tongue-tied.

ANCYLOSIS, idem quod *Ancyloglossum.*

ANCYLOTOMUS, est scalpellum, quo linguæ frænulum rescinditur. B. **Een Mes om de tongriem te snijden.** G. Ein Zungriems Messerlein. Gall. *Coûtelêt pour le Filet.* A. A small knife for cutting the ligament under the tongue.

ANCYROIDES, est scapulæ processus rostriformis, qui *Coracoides*, *Anchoralis*, & *Cornicularis* vocatur, ab ἄγκυρα anchora, ῥύγχος rostrum, & εἶδος forma. B. **Het anker gelijke uitsteeksel.** G. Daß ancker gleiche außwasch des schulterblats. Gall. *l'Eminence ancorale.* A. A Process on the capula like an Anchor.

ANDRACHNE, vocatur Portulaca: dicitur & ἀνδράχνη inserto ν. quod primum teneritudine quadam læta & carnosa luxurient ramuli, foliaque albicent, spumosaque quadam fuligine, sive tenui quapiam aspergine cinerea obducta videantur. ἄχνη enim Græcis *spuma* est, ἀνδρὸν *plenum, lætum, crassum, pingue.* Spuma autem in marina portulaca multo evidentius conspicitur, quam sativa. B. Poxelein. G. Burtzelkraut. Gall. *Pourpier, Porcelaine.* A. Purslain.

ANDROGYNUS, sive HERMAPHRODITUS, est qui membra virilia & muliebria simul habet. Item, quibus excisa sunt membra virilia; Item effœminatus, ex ἀνὴρ vir, & γύνη mulier sive fœmina. B. Een Man-wijf. G. Halb Mann und halb Weib. Gall. *Hermaphrodite.* A. An Hermaphrodite.

ANDROSACE dicitur, quasi ἀνδρὶ ἄκος φύσις, quod viris remedia suo nomine polliceatur, vel ἀνδρὸς σάκος, quod folliculi membranacei scutum exiguum referant coriaceum. Alii ἀνδρόσακες, quasi ὑδρόσακες dici æstimant; quod ducendo urinam hydropicis prosit.

ANDROSOEMUM, dicitur ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς à viro, & ab αἷμα sanguis; nomen est *Viri Sanguis:* sic dicitur, quia folia contrita, sanguineum colorem præbent B. Mans-bloed. G. Johanns Kraut/ quasi Græcè dicas *Thrasibula.* A. St Johns wort, Tutsan.

ANEMIUS FURNUS, est qui cæteris majorem ignis vim destillandis, liquandisve rebus largitur. Ab ἄνεμος ventus. B. Wind-oven. G. Wind-ofen. Gall. *Fournau à vent.* A. A wind-furnace.

ANEMONE, flos venti, ab ἄνεμος ventus: quia flores sese nunquam aperiunt, nisi flante vento, ut testatur *Plinius.* Sed fortè ab ἄνεμος ventus, & ἄκω seu ἄκνυμι, quod flos facile à ventis dejiciatur ac perdatur. Hinc Pulsatilla aliquando vocatur, quia à ventis facile propellitur. B. Windbloem. G. Wind-blum. Gall. *Coquerourdes, Cocles, Passefleur.* A. Wind-flower.

ANETHUM, quibusdam παρὰ τὸ ἀνιέναι, quod cito crescat. Aliis quasi ἀνίκητον quasi *invictum*, ab α priv. & νικάω vinco, quod cibi excitat appetentiam, nonnulli nomen impositum volunt, quod Anethi esus lacessat ad venerem: alii à puero pulcherrimo in plantam sui nominis converso. ἀνηθέιν enim congressus, familiaritas, coitio Venerea dicitur. B. Dil. G. Dillen-hoch-kraut. Gall. *Anet.* A. Dill or Anat.

ANEU-

ANEURISMA, est arteriarum dilatatio vel ruptio, semper pulsans, ad ovi magnitudinem sæpè intumescens, digitis facile cedens, ast ilico rediens, ab ἀνευρύνω dilato. B. Een slag-ader-breuk. G. Der puls-adren ausspannung. Gall. *Aneurisme, Dilation dê Artere.* A. An Aneurisme, or a Dilatation of the Arterie.

ANGEIOTOMIA, est vasorum dissectio, ut in Venæ sectione, & Arteriotomia. Gr. ab ἀγγεῖον vas, & τέμνω seco. B. Opening der vaten. G. Eröffnung der gefässen. Gall. *Ouverture des Vaisseaux.* A. Blood-letting.

ANGELICA, fortè sic dicta quod contra venena angelicas præstet virtutes, ideo & Spiritus Sancti radix. B. Engel-wortel. G. Angelik wurtz / Brust wurtz / Engel wurtz. Gall. *Angelic, Angelique.* A. Angelica.

ANGIGLOSSI, sunt qui difficulter pronunciant L. R. K. atque in loquendo restitantes loquelam præcipitant, ab ἀγκύλη hamus & γλῶσσα lingua. B. Belemmert van taal. G. Der schwerlich reden kan. Gall. *Difficulte de parler.* A. A difficulty in speaking.

ANGINA, Lat. ab angendo, quia guttur vel fauces anguntur, sic & Gr. ab ἄγχειν strangulare, angere: Vel ut alii ab ἀγχόνη laqueus, vel à συνέχειν quod spiritum cohibendo respirationem inhibeat, uti *Aurelianus* vult. Estque faucium vel gutturis inflammatio cum febri continua, respiratione aut deglutitione, aut utraque læsa. Estque *externa* seu *Spuria* vel *Notha* vulgo dicta, dicitur & *Alba Angina.* Germ. Der weisse ansatz. Quæ ab externis causis venit, à frigore externo, potu frigido, spinis & ossiculis œsophago inhærentibus. Sed ea levis est, nisi ab interna ortum sumat, hoc est, quæ in cute ad collum exterius micat, atque hæc sæpe subito oritur post internam, eamque tollit & ægrum liberat ab insigni molestia vitæque discrimine: huc accedit *Volans*, quæ subitò disparet, & mox oritur de novo, aut per Metastasin, ut vocant, cum à faucibus abit vel ad pulmones vel ad cerebri meninges. Vel *Interna* est, quæ ab interna causa ortum habet, hoc est à febri præcedanea, quæ à loco diverso, juxta ac inflammatio propior est œsophago, tonsillis, epiglottidi, laryngi, cervici: varia sortitur nomina, uti *Synanche*, fortè à suspendii similitudine cum laqueo. *Parasynanche, Cynanche*, seu Κυνάγχη quod canes aut lupos frequenter afficiat: & *Paracynanche.* De quibus suo loco. B. Een quade keel / worg-gezwel / ontsteking der keel /

quinantie. G. Hals und Kelen geſchwulſſt / Halß-geſchwär / Entzündung des halſes. Gall. *Squinaacie.* A. A quinſey, or Squinancy.

ANGINA LINI, eſt cuſcuta, quod linum circumligando ſuffocet.

ANGIOLOGIA, ex ἀγγεῖον, vas, & λόγος, ſermo, ſeu tractatus eſt vaſorum corporis humani.

ANGLICUS SUDOR, vide *Sudor Anglicus.*

ANGUILLA, ab anguis, ob ſimilitudinem cum angue, ſeu ſerpente.

ANGUIS, quòd complicari, & contorqueri poteſt, atque ſemper ſit anguloſus; vel quòd angat, & premat.

ANGURIA, derivari poſſet ab ἄγγος conceptaculum, vel vas quodlibet, quia evacuatâ medullâ, vino impleri poſſit, quod Americani ſcitè norunt. Vocatur etiam citrullus à citreo colore. B. **Kicheren / Citrullen.** G. Gurcken / Citrullen. Gall. *Citrouille.* A. Citruls.

ANHALTINA, dicuntur remedia, quæ reſpirationem facilitant, ut ſunt plantæ vulnerariæ, præparata quædam ex Sulphure &c.

ANHELATIO, eſt reſpiratio difficilis, parva, ſed concitata, quæ ſanis, ſed maximè debilibus evenit, in omni vehementi exercitio, præcipuè cum in altum aſcendunt, aut cum currunt, vel ſaltant, qua plerumque laborant obeſi, qui viſcera abdominis tam magna, & tantâ pinguedine onuſta habent, ut venter ſit tumidus & protuberans: alias etiam à repletione ſtomachi, cibis præſertim crudioribus, & flatulentis copioſè ſumptis mox anhelatio, vel ſedentibus vel decumbentibus, & magis adhuc currentibus, aut aſcendentibus, & graviſſimè, ſi æſtas fuerit, oboritur. At in Febribus, Hydrope, Tumoribus viſcerum in ventre, in Pleuritide, Cardialgia, & Aſthmate ſemper urget quædam Anhelatio: Eſt igitur Anhelatio convulſivi motus ſpecies. Gr. Ἀσθμαλικὸς πνευμάτωσις. B. **Hyging na den adem / Aamhoꝛſtigheid.** G. Ein ſchwere athem / ängbruſtig. Gall. *Anhelation.* A. Shortneſs of breath.

ANI PROCIDENTIA, vide *Procidentia ani.*

ANIMA HEPATIS, eſt Vitriolum ſive ſal Martis; eſt nomen à Chymicis impoſitum, quia hoc medicamine morbis Hepatis medetur.

ANIMAL, ab animâ dicitur, anima ab animo, ſeu intelligentiâ, quâ ſapimus.

ANI-

ANIMÆ GUMMI seu RESINA, quæ est pellucida ex albo citrinescens, in nova Hispaniola ex arboribus quibusdam proceris incisis extillans, Thuri simillima, quo tamen majora grana refert. Putatur etiam & ex Æthiopiâ & Indiâ Orientali ad nos deferri.

ANIMALIS FACULTAS, est actio, quâ homo, sensum, motum, & principes animi functiones exercet: suntque tres: Imaginatio, Ratiocinatio, & Memoria. B. De Lighamelijke Ziel-werking. G. Würckung von der Seele. Gall. *La Faculte animale.* A. The animal faculty.

ANIMI DEFECTUS, vide *Deliquium Animi* vel *Lipothymia.*

ANIMI DELIQUIUM, vide *Deliquium Animi*, vel *Lipothymia.*

ANISCALPTOR MUSCULI, alias LATISSIMUS DORSI: illi Brachium retro deorsum trahunt. Oriuntur principio membranoso & latissimo, à vertebrarum spinæ apicibus, ab osse sacro ilioque usque sextam thoracis vertebram: inseritur inter pectoralem & rotundum valido, brevi & lato tendine, illorum figura est triangularis. B. Den Aars-krabber. Arß-kratzer. Gall. *Grateur de fesses.* A. The Scratcher of the arse.

ANISUM, est planta semen aromaticum & carminativum proferens. Fortè dicitur ab urbe Siciliæ, quæ Anisum appellatur. Vel à flumine ejus nominis in Austria. Alii ἄνισον quasi ἀνιχνὸν dictum volunt: quod cibi appetentiam præstet: vel ὅτι ἀνίησι τὰς ἐμπνευματώσεις, quod remittat ac laxet tensiones flatulentas internas & externas. Verisimile tamen sic vocata, quasi τὸ μὴ ὂν ἴσον. Suidas Ἄνισον τὸ μὴ ὂν ἴσον, σημαίνει δὲ καὶ εἶδος βοτάνης: Anisum quasi inæquale, denotat etiam herbam. Nomen illud impositum, vel ab inæqualitate seminum, vel quod folia dissimilia ferat. B. Anijs. G. Anys/ Aniß. Gall. *Anis.* A. Anise.

ANNULARIS CARTILAGO, vide *Cricoides Cartilago.*

ANNULARIS DIGITUS, est is, qui intra minimum & medium locum habet. Vide *Digitus.*

ANNULARIS PROTUBERANTIA, à figura dicta, est quædam pars cerebri intra cerebellum & testes cerebri. B. Ringwijs uitsteeksel. G. Der ring gleiche außwachs. Gall. *Prominence en Façon d'Anneau.* A. The annular protuberance.

ANNUS CLIMACTERICUS, est annus 63. 81. in quibus

bus annis vana opinio est, quod nempe homines tunc temporis mori necesse sit. Illi anni semper incidunt in nonum annum, ut septies novem, constituunt tria & sexaginta. Ita novies novem efficiunt octoginta & unum. Nulla ratio, nec ulla experientia nobis persuadere potest, cur homines in illis annis magis essent morti obnoxii, quam in aliis; Imo tantus mortuorum sexagenariorum effertur numerus, quam eorum qui obierunt sexagesimo tertio aut octogesimo primo. Ergo ejusmodi nugæ ad cæteros errores remittendæ. Vide *Climactericus annus*. B. **Moord-jaar.** G. Mord-jahr. Gall. *Année Climaterique*. A. The terms of important changes in the, bodies of men.

ANO PURGARE, hoc est, per superiora, ut in vomitu &c. cui opponitur Κάτω per inferiora.

ANODYNUM, est Medicamentum dolorem leniens & sopiens, ex α priv. & ὠδύνω doleo. Gr. Ἀνώδυνον, Παρηγορικὸν, Λυσιπόνον, Πραυντικὸν, Πόνου παυστήριον, Παυσίπονον. B. **Een pijn-stillend middel.** G. Schmertz stillendde mittlen. Gall. *Anodin*. A. Any Medecine that allays pain.

ANOEA, est amentia sive imaginationis & judicii abolitio, ex α pr. & νοέω cogito. B. **Verstandeloosheid / onsinnigheid.** G. Unsinnigkeit. Gall. *Forcenement*. A. Madness.

ANOMEOMERES, idem quod *Heterogeneum*, sive id quod ex aliis atque aliis & inter se diversis particulis constat, ex α priv. ὅμοιον simile, & μέρος pars. B. **Meerdaantigheid / veeldeelig.** G. Viel gestaltig. Gall. *Matiere de Plusieurs parties*. A. Heterogeneos or of anothep kind.

ANONIS sive ONONIS, est herba: Ὀνωνὶς quidam deducunt ἀπὸ τοῦ ὄνου & ὄνημι, quasi dicas asini oblectamentum: nam ex Græcis quidam affirmant, asinos in ea se volutare, & dorsum sub aculeis ejus herbæ libenter exterere. Aliis vocatur à non juvando, quod inutilis sit, aut, quod nullam utilitatem præbeat: aratro enim, ipsisque aratoribus inimica. Nam non tantum suo ramorum & radicum implexu aratra, invitis bubulcis, in mediis ramorum sulcis remoratur (unde & ipsi *Restæ* seu *Arestæ bovis*, remoræ aratri nomen impositum, quod arantes boves in opere sistat) sed etiam messores, fœnisecas, ac aratores spinis suis acutis admodum lædat; vivax præterea nimis, fruges opprimit, suisque aculeis nocet. Ex α priv. & ὠμὸς immitis, rudis, durus, crudelis, sævus. Vel ab ὀνάω vitupero, quia duris & lentis radicibus aratrum remoratur. B. **Prang-wortel / stal-**

kruid/

kruid / osse-bzeke. G. Hawhechel / stall-kraut / ochsen-brech. Gall. *Areste-beuf*, *bugrandes*, *bugraves*, *Bourande*. A. Cammock, rest-harrow, pettywhin.

ANONYMUS, melius *Euonimus*; est arbuscula mali quasi nominis, ex α priv. & ὄνομα nomen. Ita quoque appellantur plantæ, quorum nomina incognita sunt: ἀνώνυμος significat sine nomine.

ANOREXIA, est cibi fastidium, à prava succorum ventriculi dispositione, ex α priv. & ὀρεχθίω appeto, cupio. B. Spijswalging / hongerloosheid / onlust tot eeten. G. Eckel. Gall. *Degout*. A. Loathing, or Nauseousness.

ANSERINA seu ARGENTINA, est herba sic dicta, quod anseres ea vescantur: dicitur porro *Potentilla*, *Argemone*, *Agrimonia Sylvestris*, & Tanacetum sylvestre. B. Silver-kruid / Silver-schoon / Ganserpk. G. Grensich / Genserich. Gall. *Argentine*, *Becq d'Oye*. A. Silver weed, Wild-tansy.

ANTIACIDA, alcalia sunt vel fixa, vel volatilia, vel oleosa quibus acidum domatur. Est vox mixta, origine Græca & Latina. B. Suur-matigende middelen. G. Mittlen gegen das saur. Gall. *Remede contre l'Acidite*. A. Medicines against Acids.

ANTAGONISTA, est situs musculorum oppositus, ut est inter adductorem & abductorem oculi, brachii, &c. ex ἀντὶ contra, & ἀγωνίζω certo, oppono. B. Tegenstander. G. Gegen-stander. Gall. *Antagoniste*. A. An Antagonist.

ANTAPHRODITICA, sunt Medicamenta adversus nimiam veneris libidinem: imo contra luem veneream sumuntur, ex ἀντὶ contra, & ἀφρὸς spuma, orta mari Venus ex spuma.

ANTARTHRITICUM, est Medicamentum adversus Arthritim, ex ἀντὶ ante, & ἀρθρίτης morbus articularis. B. Flerecijn-middelen. G. Gicht stillende mittlen. A. Medecines against the gout.

ANTASTHMATICA, sunt Medicamenta quæ ab asthmaticis usurpantur, ex ἀντὶ ante, & ἀσθμάζω anhelo.

ANTECEDENS CAUSA, vide *Proëgumena*.

ANTECEDENTIA, signa sunt, quæ ante morbum observantur, ut prava sanguinis dispositio, quæ infinitis morbis causa antecedens existit.

ANTEMETICA, sunt Medicamenta, quæ vomitum nimium impediunt & inhibent, ex ἀντὶ contra & ἐμέω vomo. B. Bzaken belet-

belettende dingen. G. Mittlen gegen das Brechen. A. Medecines against vomitting.

ANTENDEIXIS, est *Contra indicatio*, sive indicationum contradictio, quæ impedit, quod à prima indicatione suggeritur: ut, Pleuritis venæ sectionem indicat, cui contraindicant vires debiles, ex ἀντὶ contra, & δείκνυμι ostendo.

ANTEPILEPTICA, sunt Medicamenta contra morbum caducum, ex ἀντὶ contra, & ἐπιλαμβάνω invado.

ANTHELIX seu SCAPHA, est auris protuberantia, sive externæ auris ora interna, ex ἀντὶ ante, & ἕλιξ volumen. B. Tegen Slangetrek der ooren. G. Der gegen-Kraiß am ohr. Gall. *Le Contre bout de l'Oreille.* A. The inmost ring of the eare.

ANTHELMINTICA, sunt Remedia intestinorum vermes enecantia, ex ἀντὶ & ἕλμις vermis.

ANTHEMIS, & ANTHEMON, est nomen, quo varii flores denominantur: derivatur enim ab ἄνθος flos.

ANTHERA, omne nondum in corpore nostro. *Anthera* etiam dicuntur summitates seu cacuminula in florum medietate capillamentis incumbentia, ut & Medicamenta composita floridum colorem habentia, ab ἄνθος flos.

ANTHOPHYLLI, & quibusdam ANTOPHYLLI, & ANTOPHALA, sunt grandes Caryophylli, qui ad maturitatem pervenerunt, nucleo intus duro bifidoque; sapore non tam acres ut caryophylli, præterquam in superficie. Ex ἄνθος flos & φύλλον folium, quamvis sit fructus caryophyllorum maturus. B. Moernagelen/Antoffels. G. Mutter nägelen. Gall. *Grandes Giroffles*, *Mere de Geroffle.* A. Mother cloves. Arab. *Carrumfel* vel *Calasur*, ut & *Arumfel. in* Java *Syanke* vel *Chanque.* in Malaja *Synken.* Anthophyllus est quasi floris folium. ex Ἄνθος flos & φύλλον folium, vide *Caryophylli.*

ANTHORA, est Napelli species. Idem est ac si diceres Remedium adversis Thoram, venenum pessimum. ex ἀντὶ adversus, & φθίω corrumpo.

ANTHOS, flos, sed per excellentiam sic vocatur flos roriſmarini.

ANTHRACOSIS OCULI, est crustosa & corrosiva oculi ulceratio, cum tumore totius corporis, præsertim circa oculos. Causa quandoque est inflammatio oculi. B. Een brand-oog. G. Brand in auge. Gall. *l'Oeil brulé.* A. A corrosive ulcer of The Eye.

AN-

ANTHRAX, est inflammatio valde ardens & acrem suscitans dolorem, cum tumore elevato sed non latè diffuso, cum pustulis igneis circum se acerrimis, variis in corporis locis absque suppuratione emergens; Caro quasi crusta inuritur. Color ex rubro ad lividum, nigrumque, id est inflammatio ad gangrænam vergit. Jam quia vel pestis adest, vel non, Anthracis duas constituunt species, quarum altera *pestilentialis*, altera non. Dicitur & *Carbo*, *Carbunculus*, *Pruna*, *Ignis persicus &c.* B. Een pest-kool / negen-oog / Quia novem aliquando pustulæ conspiciuntur, sed hoc casu fit. G. Kohl oder eine Carfunckel-blatter / ein Pest Kohl / Pestilentz blatter / Carfunkel / ein kohle. Gall. *Anthrac*, *Charbon*. A. A kund of bile drawing quickly to a scab.

ANTHRISCUS, est herba Veteribus magis quam nobis nota, an ab ἀντὶ pro & θερίζω æstivo, quod ante æstatem proveniat, floreatque.

ANTHROPOLOGIA, est de homine doctrina: quæ à *Bartholino*, in geminas dispescitur partes: *Anatomiam* nempe; quæ de corpore, ejusque partibus agit: & ψυχολογίαν quæ de anima. B. Een Mensch-beschrijvinge. ex ἄνθρωπος, Homo, & λέγω dico. G. Beschreibung der Menschen. Gall. *Description de l'Homme*. A. A description of aman.

ANTHROPOMORPHOS, Mandragora vocatur, cujus radix hominem refert, quod arte fieri potest. ex ἄνθρωπος homo, & μορφόω formo, figuro.

ANTHYLLIS, venit ab ἄνθος flos; putatur esse Chamæmelon.

ANTHYPNOTICA, seu Medicamenta somnum abigentia, ex ἀντὶ contra, & ὑπνόω dormio.

ANTHYPOCHONDRIACA, Remedia adversus mala, circa Hypochondria contingentia.

ANTHYSTERICA, sunt Medicamenta contra Hystericam passionem. Ex ἀντὶ adversus, & ὑστέρα uterus, matrix.

ANTIARTHRITICA, sunt Medicamenta, quibus arthritis curatur. ex ἀντὶ & ἀρθρίτις dolor articularis.

ANTIAS, pl. ANTIADES, TONSILLÆ, *Cic. Plin.* GLANDULÆ COLLI, quas AMYGDALAS Chirurgorum vulgus nuncupat, quas tamen non adeo accuratè referunt. ἀντιάδες, μῆλα, à malorum figura, παρίδμια, σπογγοὶ Hipp. quod spongiorum in modum humores imbibant.

bant. Sunt glandulæ duæ, quæ revera unum corpus constituunt, ad latera uvulæ consitæ. *Substantia*, glandulosæ, colore subflavo; tactui molles: sinum habent utrinque unum communem amplum & ovalem in os apertum, intra cujus fimbriam duos majores & plures minores sinulos obtinent. *Usus* est, materiam mucosam colligere, eaque vicinas partes humectare. Item tonsillarum inflammationes. B. **Geswolle Amandelen.** G. Entzündung der Mandlen. Gall. *Glordes au cou.* A. Inflaming of Almonds. Vide *Paristhmia.* ab ἀντιάω occurro, quia sibi ex adverso in oris termino utrinque respondent. B. **d'Amandelen.** G. Mandeln/ Halß-mandlen/ Mandlen. Gall. *Des Amandes.* A. The Almonds.

ANTIBALLOMENA, sive SUCCEDANEA, sunt Medicamenta viribus similia, quæ alterius defectu quandoque substituuntur: à Pharmacopæis dicuntur *Quid pro quo*, & *substituta.* Ex ἀντὶ contra, & βάλλω jacio, ἀντιβάλλω in alterius locum sufficio.

ANTICACHECTICA, Remedia malos sanguinis succos corrigentia. ex ἀντὶ contra, κακὸν malum, & ἕξις habitus.

ANTICARDIUM, est cavitas in pectore supra cordis regionem. ex ἀντὶ ante, & καρδία cor. B. **Het herte putjen.** G. Grublein auff der brust. Gall. *Le Creux de Poitrine.* A. The cavity just below The sternon.

ANTICNEMIUM, est anterior tibiæ pars. ex ἀντὶ ante, & κνήμη tibia. Vide *Gastrocnemium.*

ANTICOLICA, sunt Medicamenta, adversus dolorem colicum. Ex ἀντὶ contra, & κοιλία venter, alvus.

ANTIDINICA, Remedia, quibus vertigines curantur. ex ἀντὶ adversus, & δῖνος gyrus.

ANTIDOTUM, est Medicamentum, contra lethale venenum, hoc est quod adversus venena epota datur. Ex ἀντὶ contra & δίδωμι do. B. **Een tegengift / tegen vergift.** G. artzney wider gifft. Gall. *Preservatyf, contrepoison, antidote.* A. An Antidote, or a preservatiue against poyson.

ANTIDYSENTERICA, Remedia adversus dysenteriam. ex ἀντὶ contra δύς difficile, ἔντερον intestinum, & ῥέω fluo.

ANTIFEBRILE, vide *Antipyreticum.*

ANTIHECTICA, Remedia adversus tabem, ab ἀντὶ contra & ἕξις habitus.

AN-

ANTILOIMICA, Remedia peſtem arcentia: λοιμὸς enim peſtis eſt.

ANTILYSSUS, eſt compoſitio adverſus rabiem, ex ἀντὶ contra, & λύσσα rabies.

ANTIMONIUM, eſt minerale, metallis finitimum, conſtans primo ex ſulphure minerali, partim puriſſimo & ſolari, eoque in rubedine fundato, partim combuſtibili, inſtar alterius ſulphuris. *Secundo*, ex copioſo Mercurio metallico indigeſto, fuliginoſo, (coagulato tamen, magisque cocto, quam eſt Hydrargyrum,) participante de Saturno. *Tertio*, ex ſubſtantia quadam terreſtri & ſalina perpauca. Quod in officinis proſtat, liquefactione ex minera eſt fuſum, inque formas pyramidales ut plurimum effuſum. Minera in Officinis rarò proſtat. Invenitur in Germania, Ungaria, & Tranſſylvania. Strias habet ſplendentes & longas. B. **Antimonie / Spieſsglas / Spitsglas.** G. Spießglaß. Gall. *Antimonie*. A. Antimony. Hebræis *Zaddah*. Græc. στίμι, στίβι. Arab. *Aitmad & Antimad*. Latini quoque *Stibium* appellant. A Chymicis etiam varia ſortitur nomina.

ANTINEPHRITICA, ſunt Medicamenta morbis renum medentia. Ex ἀντὶ contra, adverſus, & νεφρὸς ren.

ANTIPATHIA, eſt contrarietas & repugnantia in corpore per ſe, vel Medicamentis. Item faſtidium & abhorrentia alicujus rei ſine manifeſta cauſa. Ex ἀντὶ contra, & πάθος affectus. B. **Tegenſtrydigheid.** G. Widerwertigkeit gegen ein ding. Gall. *Antipathie*. A. Antipathie.

ANTIPERISTASIS, eſt aëris circumſiſtentia, quemadmodum in fæno, madide nimis in metam aggeſto. Ita aër frigidus corpora noſtra ambit, & effluvia decedentia intus tenet, ex ἀντὶ contra, & περίστημι circumſiſto. B. **Een rond-ombeſetting / tegen-dzang.** G. Preſſung des Luffts. Gall. *Antiperiſtaſe*. A. A repulſion on every port.

ANTIPHARMACUM, eſt Remedium venenis adverſum. Significat quoque Remedium contra quemvis morbum: ex ἀντὶ contra, & φάρμακον Venenum, Remedium. B. **Een tegen-gifte.** G. Widergifft. Gall. *Contrepoiſſon*, *Anditote*. A. An Antidote, or a preſervative againſt poyſon.

ANTIPHTHISICA, Medicamenta Phthiſi ſeu tabi adverſantia. Ex ἀντὶ contra & φθίσις tabes.

ANTIPTHORA, eſt Napelli vel Thoræ ſpecies, ſic vocata, quod adverſetur phthoræ; ex ἀντὶ adverſus, & φθορὰ corruptio, à φθίω corrumpo.

ANTIPLEURITICUM, est Medicamentum pleuriticum seu adversus morbum Lateralem, ex ἀντὶ ante, & πλευρίτις morbus Lateralis.

ANTIPODAGRICA, Idem quod *Antiarthritica.*

ANTIPYREUTICUM, seu ANTIPYRETICUM, est Medicamentum febrim temperans & profligens. Ex ἀντὶ contra, & πυρέω incendo. B. Een tegen-hoozsig middel. G. Fieber kraut / mittlen vor Fieber. Gall. *Febrifuge.* A. A Febrisuge.

ANTIQUARTANARIUM, & ANTIQUARTIUM, Medicamentum est adversus febrim quartanam.

ANTIQUARTIUM, Idem quod *Antiquartanarium.*

ANTIQUI MORBI, sunt, qui ultra quadragesimum diem ad annos sæpe plurimos extenduntur, ideoque & inveterati dicuntur. B. Verouderde Ziekte. G. Langwirige Kranckeit. Gall. *Maladie Anciêne.* A. Old Diseases.

ANTIRRHINUM, dici volunt quod florem vel fructum ferat tanquam nares vituli, ex ἀντὶ ante, & ῥὶς nasus, nares. B. Orant/ Apen-hoofd/ Knaptandekens kruid/ kalfs-snuit/ gaperkens / kalfs-bek / kalfs-muil / kalfs-neus. G. Kalb-schnabel / Lewenmaul. Gall. *Muron violet, Moron violet, L'oeil du gat, oeil du chat, teste de veau, gueule de veau.* A. Calfes Snoute, Snap dragon.

ANTIRRHIZON, Idem est ac *Antirrhinon.* Ex ἀντὶ ante & ῥίζα radix.

ANTISCOLICA, sive *Anthelmintica*, sunt Remedia vermes necantia. Ex ἀντὶ adversus, & σκώληξ vermis.

ANTISCORBUTICA, sunt Remedia, quibus scorbutus sanatur.

ANTISCORODON, est Allii species. Ex ἀντὶ ante, adversus & σκόροδον allium.

ANTISPASIS, Veteribus dicebatur *sanguinis revulsio*, & hæc (ut putabant) fiebat, quando Humores in partem aliquam ruentes in contrarium, per venam, in parte opposita vel satis remota, incisam, avertebantur. Sed jam inventâ sanguinis circulatione, ejusmodi artis termini deridentur. Alio tamen modo accipi potest revulsio, in inæquali nempe sanguinis periodo, cum in capitis dolore nimium ruat ad caput, & per supplantalia avertatur, ab ἀνασπάω in contrarium traho. B. Afstrekkinge. G. Ableitung. Gall. & A. *Revulsion.*

ANTISPASMODICUM, est Medicamentum contractio-

ctiones & ſpaſmos inhibens, ab ἀντισπάω contraho.

ANTISPASTICUM, idem quod *Antiſpaſis*.

ANTITASIS, ſeu CONTRAEXTENSIO, eſt partium in corpore oppoſita locatio, ut eſt inter Hepar & Lienem: eſt quoque oſſis fracti in oppoſitum tractio vel extenſio, ita ut alter extendat, alter vero contra extendat. B. **Tegentrekking.** G. Gegen-ſtreckung. Gall. *Conter-extengion.* Ab ἀντιτάσσω ex adverſo ordino.

ANTITHENAR, eſt unus ex muſculis pollicem extendentibus, ex ἀντὶ contra, & θέναρ vola.

ANTITHORA, Idem quod *Anthora* & eadem origine.

ANTITRAGUS, eſt pars auris externa trago oppoſita. Ex ἀντὶ contra, & τράγος hircus. B. **De tegen bok.** G. Der gegen bock. Gall. *Le Contrebouc.* A. A protuberance oppoſite to The Hrangus.

ANTIVENEREA, Medicamenta ad Luem Veneream.

Ἀνθρωπόμορφος, *Mandragora*, ex ἄνθρωπος, homo, & μορφὴ, figura, quòd ejus radix effigiem hominis repræſentet.

ANTRUM BUCCINOSUM, idem quod *Cochlea.*

ANUS, PODEX & CULUS, eſt inteſtini recti extrema pars, conſtat ex tribus muſculis, duobus nempe levatoribus, anum tempore neceſſitatis relaxantibus; & uno ſphincktere ſive conſtrictore, qui anum claudit & occluſum ſervat. *Item* cavitas in cerebro, ex contactu quatuor truncorum ſpinalis medullæ, orta. Item cutis ſuperans umbilicum, cujus rugæ ſenii indicium faciunt. *Corrugata vetula* à Barbaris. Gr. πρωκτὸς B. **Den aars.** G. Ärſs/ der hinder. Gall. *Le Fondement*, *Le Cul.* A. The urſe, or Fundament.

ANYDRON, vocatur ſpecies Solani manici, dicta fortè, quod qui eam guſtaverint, ſitiant. ex ἀ pr. & ὕδωρ, aqua.

AORTA, ſive ARTERIA MAGNA, eſt vas à ſiniſtro cordis antro originem ducens, & tunicis quatuor conſtans, *Nerveâ* nempe, *Glanduloſâ*, *Muſculari*, & *Membranaceâ* ſeu *Internâ*; continuo pulſans, & ſanguinem à corde in totum corpus diſtribuens. Rami qui à corde verſus cerebrum repunt *Carotides* appellantur: qui ad latera excurrunt, verſus brachia *Humerarii* nomine veniunt: Inferius per truncum deſcendens, viſceribus ramificationibus ejus proſpicit: Ultimus deinde facta deſcenſione ad femora & pedes termi-

num consequitur. Tota arteria nihil aliud est quam fistula musculosa, quod ex ejus texturâ liquet. Consule Anatomiam meam, ab ἀὴρ aër, & τηρέω servo, quia antiquis persuasum erat, in eâ aërem contineri. B. De groote slagader. G. die grosse puls-ader. Gall. *Le grand artére.* A. The great artery.

APAGMA, est ossis vel alterius partis, de loco proprio abductio, ex ἀ priv. & πήγνυω compingo.

APANTHISMUS, est obliteratio alicujus partis in corpore, ita ut prius vestigium amplius reperiri non possit; quod canaliculo arterioso circa cor sæpè contingit, ab ἀπανθίω defloreo. B. Verwassinge. G. Verwachsung. Gall. & A. *Obliteration.*

APARINE, dicitur quasi ἀπαιρίνη quod semine orbata videatur, cum intra se, uti squatina ova, florem ac semen ferat, non evidens est herba commeantium laciniis asperitate suâ adhærens. ῥίνη enim est lima. Gr. Ὀμφαλόκαρπος, & φιλάνθρωπος, vide suo loco. B. Kleef-kruid. G. Kleb-kraut. Gall. *Reble, Grateron.* A. Cleavers or Goosegrass.

APATHIA, est affectuum vacuitas, ex ἀ priv. & πάσχω patior.

APELLA, vel RECUTITUS, est is, cujus præputium est recutitum; qualis mos Hebræis, Turcis, Ægyptiis &c. familiaris est. B. Besneden. G. Beschnitten. Gall. *Circoncis.* A. Circumcised.

APEPSIA, est denegata ventriculi coctio, ex ἀ priv. & πέσσω coquo. B. Onvertering / verteerloosheid. G. Verhinderte Kochung der speisen. Gall. *Apepsie, Indigestion. Coction perdue.* A. Indigestion.

ΑΠΕΠΤΑ ΦΥΜΑΤΑ, sunt tubera cruda, nondum in pus conversa.

APERIENTIA, sunt, quæ acutis tenuibusque particulis profunda penetrando, crassaque attenuando & expellendo, vasorum & corporis poros atque meatus aperiunt. B. Openende dingen. G. öffnende mitlen. Gall. *Remede deoppilatif, ou Aperitif.* A. Aperitive medecins.

APERISTATOS, est ulcus cavum, ex ἀ priv. & περίστημι circumsisto. Unde *Galenus* Ἀπερίστατα ἕλκη ulcera cava. B. Holle zweeren. G. Höle geschwär. Gall. *Ulcére Cáve.* A. A hollow ulcer.

Ἀπήχημα, ab ἀπὸ & ἠχὼς, seu à resonitu, quòd sit fractu-

ra

ra cranii parte, ei quæ percussa est contraria : dicitur etiam infortunium

APES, quòd sine pedibus primò esse dicantur.

APHACE, est leguminis species. Ex α priv. & φακὸς lens, quod lentem minimè referat. Dicitur etiam *Os Mundæ*.

APHÆRESIS, est Chirurgiæ pars, superflua auferens, ab ἀφαιρέω tollo.

APHONIA, sive *Loquela abolita*, unde *muti*; quales primo sunt qui surdi, & ideo quoque *Muti* nascuntur. *Secundo* infantes, qui etsi non in lucem prodeunt surdi, ad tempus tamen muti sunt, donec fari & loqui didicerint. Sed *Tertio*, si linguas varias, quæ homines, quos una conjunxerat ratio, diversâ oratione distinxit, spectemus, nemo, etiamsi vel loquaciſſimus, non erit mutus. Jam *Quarto*, senes, qui solent bis pueri esse, inter alia muti ex parte fiunt. Sed *Quinto*, qui Apoplexia, somno qualicunque, Epilepsia, Paraplegia, Hemiplegia, Syncope, Suffocatione Hypochondriaca & aliis morbis laborant, ad tempus muti sunt, aut si placet, obmutescentes, uti etiam, si graviter consternuntur, contristantur, metuunt, irascuntur, sæpe obmutescere solent, denique qui moriuntur in articulo saltem mortis muti sunt; sed alius quoque casus reperitur, si quis cæteroquin non admodum æger, mutus evadit, aut aliquandiu aut semper manet: Atque ex his constat mutum quem esse, aut obmutescere in morbis soporosis, paralysi spinalis medullæ, in lingua obstructa, in angentibus faucibus &c. Ex α priv. & φωνὴ vox. B. Spraekeloosheid / Stemmeloosheid. G. Sprachloßkeit. Gall. *Muet*. A. Dumbness.

APHORISMUS, est brevis locutio & rei determinatio, ab ἀφορίζω determino. B. Schei-regel / kortbondige spreuk. G. Kurtzer Spruch. Gall. *Aphorisme*, *Sentence*. A. A Short Sentence.

APHRODISIA PHRENITIS, ab Aphrodita sive Venere, dictus est insanus & ardens amor in puellam. B. Dolle verliefdheid. G. Wütende liebe. Gall. *Amour furieux*. A. A Raging desire after Venery.

APHRODISIUS MORBUS, idem quod *Lues venerea* & *Aphrodisia*.

APHRONITRUM, est Nitri spuma, ab ἀφρὸς spuma, & νίτρον nitrum. B. Salpeter-schuim. G. Salpeter-schaum. Gall. *Ecume de Nitre*. A. Scum of the Niteritam salt Peter, the suum of Niter or salt Pster.

APHTHA, est tenacis, viscidæ & albæ totius oris, & potissimum linguæ, materiæ obductio: Imo œsophagus, ventriculus & intestina, eadem incrustantur: Accedit etiam febris. Alii ex Neotericis sic describunt, sed malè; quod nempe sint pustulæ, quæ interiores oris partes etiam Ventriculum & Intestina &c. obsideant & maturitatem adeptæ, frustillatim decidant, quas in adultis sæpe febris comitatur: Causam oriri existimant (sed falsum) ab impuritatibus, quas sanguinis massa in utero materno contraxit. *Celsi* Aphthæ aliter ab ipso describuntur: verum, inquit, longe periculosissima sunt ulcera, quas ἄφθας Græci appellant, in pueris: hos enim sæpe consumunt. In viris & mulieribus idem periculum non est. Hæc ulcera à gingivis incipiunt; deinde palatum, totumque os occupant; tum ad uvam fauceſque descendunt. Quibus obsessis, non facile fit, ut puer convalescat. Oscedo *Sereno & Isidoro*. Alcola *Arabibus*. Item Bothor, ab ἀφθάνειν locum occupare: aliis ab ἅπτειν incendi. B. De Spruw. G. Saar/ Schwämme/ & propter albedinem quasi os totum albâ farinâ esset consperſum, den meel-hund appellatur. Gall. *La Pepie*. A. The Pipp.

APHYLANTHES, quasi diceres flos non foliatus, ex α priv. φύλλον folium & ἄνθος flos.

APIASTRUM, est Melissa, sic vocata, quia ab apibus adamatur. Vide *Melissophyllum*. Item *Ranunculus* est, vide *Batrachium*.

APICES, seu ANTHERA, quæ in medio calicis seu folliculi quo flos clauditur erumpunt, *Stamina* sunt, quæ veluti filamenta ab intimo floris sinu prosiliunt. Habent Apices sæpius in summo quidpiam crassiusculum, à qua similitudine nomen acceperunt. Vide *Anthera*. B. Noppen. G. Gipffels. Gall. *Sommet*, *Bourres*. A. The Chives.

APINTHION, vide *Absinthium*.

APIOS, est Pyrus, fortè sic ab Apia regione dicta, vel quod in locis siticulosis aridisque proveniat, ex α pr. & πίνω bibo, hoc est sitio. Vel propter succi ipsius qualitatem. Sic Tithymalli tuberosi species appellatur, quia ejus radix pyro similis sit.

APIOS, ἰσχὰς, χαμαιβάλανος, Lat. Raphanus Sylvestris, vulgo Aard-noot. Ita dixerunt Græci quod radicis extremum in pyri formam turbinatur. Vide Etymon in voce *Apios*. Eadem etiam ratione *Ischas* & *Chamæbalanos* ab iisdem nominata est, quod in ficus & glandis effigiem radicis extremum

tremum turbinetur. Quapropter non ineptè Latinis etiam *Glans* aut *Ficus*, seu *Carica Sylvestris* nominabitur: ἰχὰς enim est *Carica*, quia ἰχνὴ, siccando gracilis facta. χαμαιβάλανος venit à χαμαὶ humi, in terra, & βάλανος nux, glans.

APIUM, dicitur ab apice; Latini enim apicem capitis Apio coronabant; erat victoriæ olim symbolum, ut Macer.

Est Apium dictum quod apex hanc ferre solebat
Victoris, veterum fieret dum more triumphus.
Ipse sibi talem prior imposuisse coronam.

B. **Eppe / Juffrouw merk.** G. Epff / Eppich / Epffich. Gall. *De l'Ache, Api, Parsil des marez.* A. Parsley, Smallage.

APIUM RISUS, vide *Risus Apium.*

APIUM SYLVESTRE, idem quod *Batrachium.*

APNEA, est respiratio ad sensum, vel in totum abolita, ex ἀ priv. & πνέω respiro.

APOCHYLISMA, SUCCAGO, ROBUB, ROB, & ROHOB, est succi cujuscunque ex vegetabilibus, cum saccharo aut melle, in duriusculam sapæ consistentiam coctio & inspissatio, hinc *Rob Ribesiorum.* ab ἀποχυλίζω succum extraho. B. **Conserve / een gelei.** G. Conserf. Gall. *Conserve.* A. A Conserve.

APOCLASMA, est partis cujusvis in corpore abruptio, ab ἀποκλάω abrumpo, defringo.

APOCOPE, est partis abscissio, ab ἀποκόπτω abscindo. Vide *Extirpatio.* B. **Een extirpatie / af-settinge.** G. Abschneidung. Gall. *Extirpation.* A. A Cutting of an extirpation.

APOCRISIS & APOCRISIA, est id quod ex abundantia quasi è corpore eliminatur, ab ἀπὸ ab, & κρίνω secerno.

APOCRUSTICUM, est auxilium, constringendi (secundum Veteres & non ad Neotericorum mentem) & repellendi vim obtinens. Ast nulli repelluntur succi, ob sanguinis periodum, ab ἀποκρούω repello. B. **Een te samen en te rug trekkend middel.** G. Zurück treibend mittel. Gall. *Remede Repellente.* A. Repelling Medecines.

APOCYNUM, est herba, sic dicta, quod omnes quadrupedes & præsertim canes in cibum data necare traditur, componitur ex ἀ priv. significans à, ab, abs, & κύων canis. B. **Honden-dood.** G. Hundstodt. A. Dogs-bane.

APODACRYTICUM, est Medicamentum lachrymas

excitans: sed aliis est collyrium lachrymarum effusionem deficcans & cohibens, ab ἀποδακρύω lachrymas excito.

APODES, ab ἄπους, quasi sine pedibus, quòd sint aves parvis pedibus.

APOLEPSIA & APOLEPSIS, est spirituum animalium & sanguinis interceptio. Vel est medius status inter Apoplexiam & Paralysin, vel est Apoplexiæ species, sive subitanea & fugax vocis interceptio cum sensus & motus omnimoda frustratione, ab ἀπολαμβάνω intercipio. idem quod *Catalepsis*.

APOLLINARIS, est Hyoscyamus, sic vocatur ab Apolline, Medicinæ inventore.

APOMELI, est oxymel, seu decoctum ex aceto & melle, ab ἀπὸ de, & μέλι mel, quasi de melle coctum.

APONEUROSIS, est finis, cauda seu chorda musculorum; dicitur etiam tendo, ex ἀπὸ de, & τένων tendo. Malè sumitur à Chirurgis pro nervo. B. **Een Peeze.** G. Spann-ader. Gall. *Aponeurose*. A. A Tendon.

APOPHLEGMATICA, videatur *Apophlegmatismus*.

APOPHLEGMATISMUS, *Commansum*. Medicorum Barbaries *Masticatorium* vocitat. Est Medicamentum quod ore detentum sæpè etiam masticatum, pituitosos humores per os excernendos, elicit, ex *Rad. Pyrethri*, *sale*, *sem. staphid. Agriæ*, *Masticbe*, *Cera*, paratur, &c. Formâ hâc solidâ, si usurpetur, *Masticatorium* dicitur: Usurpatur & formâ liquidâ. & gargarismatis conditionem refert, ex cephalicis & attenuantibus decoctis paratis, à φλέγμα visciditas, vel ἀποφλέγω æstuare desino: Unde ἀποφλεγμαντικὰ φάρμακα Medicamenta pituitam educentia. B. **Een slijm-zuiverend middel / mond-spoelsel / quijl-middel.** G. Schleim austreibende mittel. Gall. *Masticatoire*. A. A Masticatory.

APOPHTHORA, est abortus, sive fœtus immaturi in lucem editio, ab ἀποφθείω corrumpo. Vide *Abortus*.

APOPHYSIS, PROBOLE, EPIPHYSIS, PROCESSUS, PRODUCTIO, PROJECTURA & PROTUBERANTIA, est pars ossis non contigua ut Epiphysis, sed cum osse continua, & ultra planam superficiem protuberans. Ut processus Pterygoides, Mammiformis, Styloides &c. ab ἀποφύω produco. B. **Uitwaschen / uitsteeksel.** G. Außwachs. Gall. *Avance*, *Apophyse*. A. Proeesses of bones.

APOPLECTICÆ VENÆ, sunt venæ jugulares, malè, ab Antiquis *Soporales* dictæ.

APO-

APOPLECTICA, sunt Medicamenta adversus Apoplexiam.

APOPLEXIA, ATTONITUS STUPOR, MORBUS ATTONITUS & SIDERATIO dicitur. Est sopor in quo ægri subitò concidunt, & jam prostrati, neque movere, neque loqui, neque si pungantur, quod sentiant, testari possunt, jacentes supini flaccidis membris ut in paralysi, cum respiratione parvâ ac difficili sive anhelatione, stertentes ac si dormirent vel moverentur, palpebris clausis aut contractis; sed pulsus & faciei color remanent, nisi gravis sit Apoplexia, jam deliquiis & morti manum porrigens, sed ore etiam patulo, & hiante, ex quo humor, & spuma effluunt, aëris subsidium quasi petunt; denique urina, alvi fæces & semen solent exire, atque nisi in Paralysin mutetur Apoplexia, aut aliter solvatur, mors brevi instat, quando cum respiratione pulsus magis magisque deficit, & extrema frigere incipiant; facies quoque ruborem cum pallore mutare, & stertor qui ab initio adest primum major fieri, deinde minui & cessare, atque ita actum est. Oritur à viscido humore, poros Τῶν ἰγκεφάλου minimos obstruente; cujus subjectum est corpus callosum: vel à sanguine effuso, circa cerebri basin, arterias carotides vel cerebrum premente & angustante, ab ἀποπλήσσω percutio. B. **De popelsye / geraaktheid / beroertheid / de hand Gods.** G. Der schlag / tropff / Gottes hand. Gall. *Apoplexie.* A. An Apoplexy.

APORRHOÆ, sunt effluvia sulphurea & vaporosa, per corporis poros & spiracula cætera, exhalantia ab ἀπορρέω defluo. B. **Uitvloeisels.** G. Auff steigung der dunsten. Gall. *Exhalation.* A. Exhalations.

APOSITIA, est alimentorum fastidium, ex ἀπὸ de, & σῖτος cibus, frumentum. B. **Een spyswalg / hongerloosheid.** G. Eckel / unlust zum essen. Gall. *Degoutement.* A. Nauseousness.

APOSPASMA nominatur, si partium organicarum & compositarum unitas solvatur & quæ diversi generis contra communem ordinem inter se compacta sint, atque coaluerint, disjungantur, divisis & abruptis ligamentis, filamentisque illis fibrosis, quibus conjungebantur: Ut cum cutis à membrana, membrana à musculis, musculus à musculo, atque omnino partes, quæ prorsus inter se cohærebant disjungantur. Ἀποσπασμός est particula avulsa, ab ἀποσπάω detraho. B. **Van een-scheuring.** G. Abreissung / abtrennung.

nung. Gall. *Solution.* A. A ſeparation.

APOSCEPARNISMUS, eſt fracturæ cranii ſpecies, quando pars quædam planiſſimè eſt elevata, ab ἀπὸ ab, & σκίπαριον aſcia, dolabra.

APOSTASIS, vide *Apoſtema.*

APOSTEMA *Plinio*, APOSTASIS *Hippocr.* METASTASIS, & ABSCESSUS *Celſo.* Eſt exulceratio ſæpe poſt criſin relicta: verum *Apoſtaſis & Metaſtaſis* in eo quandoque differunt, quod *Apoſtaſis* de accuratâ criſi: (Ut vocant,) *Metaſtaſis* vero de tranſlatione ab unâ parte in aliam dicitur, ab ἀφίστημι vel μεθίστημι, transfero, ſejungo, abſiſtere facio. B. **Een Apoſteumie / een verzweeringe / etter-gezwel.** G. Ein geſchwär / apoſtem. Gall. *Apoſtume, Separation, abces, ſac, ſuppurations* A. An Apoſtume, an impoſtume.

APOSTOLORUM UNGUENTUM, ſic dictum à duodecim ingredientibus, quod numero Apoſtolorum reſpondit: eſt vulnerarium.

APOSURMA, eſt oſſis vel cutis abraſio, ab ἀποσύρω detraho, abrado.

APOTHECA, eſt vas aut capſula in qua medicamenta conſervantur: ita etiam officinæ pharmaceuticæ appellantur; ex ἀπὸ de, & τίθημι pono, hinc

APOTHECARIUS, qui Medicamenta præparat.

APOTHERAPIA, eſt curatio ſeu medela: Item exercitatio, quæ & excrementa purgat & à laſſitudine tutum reddit, ab ἀποθεραπεύω medeor.

APOTHERMUS, ab ἀποθερμαίνω ferveo, idem quod *Apochyliſma*, eſt ſappa ſive vinum coctum.

APOZEMA, DECOCTUM *Plin.* ἀφέψημα. Decoctus *Plin.* Pharmacopæi *decoctionem* nominant. Eſt decoctio ex *Radicibus, Lignis, Corticibus, Herbis, Floribus, Fructibus, Seminibus* &c. Quæ in aqua aliove liquido coquuntur ad remanentiam ut plurimum unciarum duodecim, quindecim, vel viginti. Eſtque purgans, laxans, alterans, exiccans, cephalicum, ſtomachicum, duireticum, ſplenicum, hepaticum &c. ab ἀποζέω deferveo. B. **Een Apoſema / een dzank / afzietſel / kookſel.** G. Ein Getränck aus waſſer und gewurtz geſotten. Gall. *Aposéme, Decoction.* A. An Apozeme or decoction.

APPARATUS MAJOR & MINOR. Lithotomis loquendi formula eſt; duas enim calculum extrahendi methodos

dos habent: Una fit apparatu plurimorum instrumentorum, eaque tantum in adultis instituitur, & *Apparatus Major* ideo vocatur. Altera vero minori cum apparatu fit, & in pueris, & nonnunquam in adultis adhibetur. B. **'t Groot en 't klein beslag.** G. Der grosse und kleine zurüstung. Gall. *Le Grand & petit appareil.* A. Great & little preparation.

APPENDICULA VERMIFORMIS, est propendens quoddam corpusculum juxta intestinum cœcum, quatuor ut plurimum digitorum transversorum longitudine, crassitie minimi digiti, cavitateque quanta est calami scriptorii. B. **'t Worm-gewijse aghangsel.** G. Wurm-gleiche anhang. Gall. *Epiphise vermiforme.* A. The wormlike appendage, or blind gutt.

APPENDIX & APPENDICULA. Vide *Epiphysis.*

APPETITUS ALIMENTARIUS, est phantasiæ quædam constitutio, ex motu nervi paris vagi & intercostalis, ob defectum alimenti, inordinatius in ventriculo moti, orta; per quam impellimur, ob spiritus animales, in certo modo, ad motus membrorum, alimento prosequendo idoneos. Cietur in quantum spiritus animales quovis modo circa cerebri meditullium conciti, illinc exterius versus systema nervosum tendunt. Vel sic, appetitus alimentarius, est stimulus alimenta petendi ab existente acido, in ventriculo, fermento ortus, quo nervi vellicantur, per quos cerebro communicatur defectus alimentarius, quorum defectum supplendum dijudicat vicissim cerebrum. B. **Spijs-lust/ appetijt.** G. Lust und begierde zum essen. Gall. *Apetit.* A. Appetite or hunger.

APPETITUS CANINUS, idem quod *Cynodes Orexis.*

APSYCHIA, est summum animi deliquium. Vide *Deliquium animi*, ex ἀ priv. & ψυχὴ anima.

APTYSTUS, est salivæ defectus, ita ut quis spuere nequeat, ex ἀ priv. & πτύω spuo.

APYREXIA, est febrium intermissio, sive deflagratio; ejus causa est, quod omnis materia morbifica uno paroxysmo ferè difflatur, & eousque extenditur earum intermissio, donec reliquiæ de novo ad plenitudinem aggestæ sint, & incalescere incipiant; Latinis *Integritas.* Græcis ἀπυρεξία. ex ἀ priv. & πυρέσσω febricito. B. **Tusschen-tijd der koortsen/ byne tijd/ huiten koorsigheid.** G. Ablassung von fieber. Gall. *Intermission, Discontinuation.* A. The remission of a fever.

APYROTHIUM, est sulphur vivum, à contrario nomen impositum videtur. Ex α priv. & πῦρ ignis.

AQUA, Arabibus idem est ac *Suffusio*, vide *Cataracta*.

AQUA DESTILLATA, seu STILLATITIA, est lympha seu liquor destillatione ex quavis re elicitus; estque vel per se simpliciter, vel cum Herbis, aliisve rebus prolectus. B. **Gedistilleert water.** G. **Distilliert wasser.** Gall. *l'Eau destillée.* A. Distilled water.

AQUÆ DUCTUS, est anterior Tympani meatus osseus, qui ab aure ad palatum tendit; sic dicitur non tantum ob formam quæ canalem refert, sed & quod transitum sæpe præbere possit limo, vel aliis humoribus exteraneis, qui sæpe in hac tympani cavitate colliguntur. B. **De waterloop.** G. **Wasserdohl/ wasser gang.** Gall. *Aqueduc, Conduit, d'Eau.* A. An aqueduct.

AQUA FLORUM OMNIUM, est aqua ex stercore bovino, gramine vescente, destillata: sic dicta videtur, quod omnibus pratorum floribus pascantur.

AQUA INTER CUTIM, Idem quòd *Anasarca*.

AQUA PERICARDII, est iste humor, qui in cordis sacculo colligitur: hoc enim modo cor facilius movetur, à glandulis basi cordis incumbentibus is humor delabitur, ac per vasa lymphatica in ductum Chyliferum religatur. dicitur & *Urina cordis seu Pericardii & Hydrocardia.* B. **Herte water.** G. **Hertz wasser.** Gall. *Eau dans le pericarde.* A. The water in the pericardium.

AQUALICULUS, seu INFIMUS VENTER, idem quod *Epision*, *Hypogastrium & Abdomen*.

AQUEUS HUMOR, vide *Humores oculi*.

AQUIFOLIUM, idem quod *Agrifolium*, ab acus & folium.

AQUILA ALBA, Chymicis est *Mercurius dulcis*.

AQUILÆ LAPIS, vide *Ætites*.

AQUILEIA, AQUILINA, vel AQUILEGIUM, est planta florifera; nomen accepit à florum mucronibus aduncis instar aquilarum unguibus. B. **Akelepen.** G. **Agley/ Ageley/ Ackeley/ Tyriaks-kraut.** Gall. *Ancoiles, Acolye.* A. Columbine.

AQUILINA, vide *Aquilegia*.

AQUULA, idem quod *Hydatis*.

ARABICUM GUMMI, officinarum, Galeno *Thebaicum*, nonnullis *Babylonicum* dicitur; alii arbusculam esse

Aca-

Acaciæ dicunt. Duas constituunt species; prior recta assurgens virgulta profert lignosa, spinis exertis & duris hinc inde stipata: Folia longa, quasi ex multis foliolis cohærentia composita, flores albidos odores, siliquas breves, planas lupinorum more; semen glabrum & splendens. Altera Acacia in Cappadocia & Ponto provenit, priore minor, tenerior, humilior, folia habens rutæ. Istud gummi pellucidum est & glutinosum, facile in aqua solvitur, rotundum est, & externè quasi à vermiculis sæpe exesum: ob copiam quam hic habemus adfertur non tantum ex Arabia, sed & ex Senegallia. B. **Arabische Gom.** G. Arabischer Gum. Gall. *Gomme d'Arabe.* A. Gum Arabick.

ARABIS, est draba, βράβη, videtur D. vel B. in A. mutatum esse: fortè βραβεύειν quod hæc herba palmam ferat, superetque suâ substantiâ reliquas plantas obsonio dicatas: est quippe Nasturtii species.

ARACHIDNA, vel ARACIDNA, videtur dicta ἀπὸ τοῦ ἀράκου, ob similitudinem aliquam, quam cum Araco habet, & ὕδνον, terræ tuber, cujusmodi similitudinem quandam habent radices.

ARACHIS, vel ARACHUS, est Leguminis species. Putant derivari ab ὤχρον, colore nempe luteo, quem habet ochra.

ARACHYDNA, idem quod *Arachidna.*

ARACHNOIDES TUNICA, seu ARANEA TUNICA, vel AMPHIBLESTROIDES, dicitur tertia & tenuissima medullæ spinalis membrana; Item tunica oculi crystallina, à similitudine araneæ telæ dicta. Ex ἀράχνη aranea, & εἶδος forma. B. **Het Spinne-webs-vlies.** G. Das Spinnewebs häutlein. Gall. *l'Aranée.* The coat containing the Crystalline humor.

ARACUS, fortè etiam ab ὤχρον luteo sc. colore, habetur quoque inter legumina.

ARÆOTICA, vide *Rarefacientia*, ab ἀραιόω rarefacio.

ARANEA, est *Herba Paris*, sic dicta, quod ejus uva Araneam referat, vide *Paris Herba.*

ARANEA TUNICA, sive CRYSTALLINA, ARACHNOIDES & AMPHIBLESTROIDES, est, quæ humorem Crystallinum in oculo ambit, ob levitatem & tenuem araneæ textum, Araneæ nomen conservat. Gr. Ἀραχνοειδής. B. **Het Krystallyn-vlies des oogs / het spinne-webs-vlies.** G. Spinne-webs häutlein / daß netz häutlein.

lein. Gall. *l'Aranée.* A. The coat containing the Cryſtalline humour.

ARANEA, ab ἀράω, compono, apto, quòd telas ad muſcarum aucupium præparet.

ARANTIA, idem quod *Aurantium.*

ARBOR, & ARBOS, Gr. Δένδρον & Δένδρος, quia δεινῶς δέρεται; graviter & moleſtè decorticatur: vel à δέμω ſtruo, ædifico, quia arborum ope domus, &c. ædificantur. Arbor eſt quidquid à radice ſtatim ſimplici caudice, brachiatum ramis, ſulculoſum, diſſolutuque contumax aſſurgit. B. **Een Boom.** G. Ein Baum. Gall. *Arbre.* A. a Tree.

ARBOR VITÆ, eſt Cedri vel Juniperi ſpecies; ſic fortè ob odoris vehementiam appellatur: vel quia odor recreat: vel quia ipſa arbor diutiſſimè vivit. B. **Boom des Leves.** G. Lebens-baum. Gall. *Arbre de vie.* A. The Tree of life.

ARBUTUS, eſt Arbuſcula, ſic forte dicta, quod inter arbuſta creſcat: vel ut aliis placet ab arbor. Gr. Κόμαρος, an à κομάω comatus ſum? B. **Haag-appel-boom/ Aardbeſie-boom.** G. Hagapffel-baum. Gall. *Arboſier.* A. The Erab-tree. properly The Strawberry tree.

ARCANUM, nominatur aliquod Medicamentum, quod tanquam aliquid ſecreti habetur, tum in ejus præparatione, tum in ejus adminiſtratione dextra. Theophraſti Arcanum appellatur, eſt Quinta rei eſſentia ſumme exaltata, ſed ut ait idem, eſt virtus rei millecupla exaltatione emendata. Quatuor imprimis arcana jactitat. 1. Arcanum primæ materiæ. 2. Lapidis Philoſophorum. 3. Mercurii vitæ. 4. Tincturæ. Aliis eſt extractum in ſpecie ſic dictum. B. **Een Geheim.** G. Geheimniſſ. Gall. & A. *A Secret, Myſtery.*

ARCENICUM, Fuligo ſive ſuccus eſt, mineralis, pinguis, inflammabilis; eſtque vel *album* in ſpecie ſic dictum, ſive cryſtallinum, *Citrinum*, ſeu *Flavum*, alias *Riſigallum*, aut *Auripigmentum* dictum; & Tertio *Rubeum*, ſive *Græcorum Sandaracha.* Omnia corrodunt, & deleteriam vim præſtant, ideoque inter venena recenſentur. B. **Rotte-kruid/** quia mures gliriumque ſoboles, hoc commeſto, moriuntur. G. Ratten Pulver/ Hütten rauch. Gall. *Arcenic.* A. Ratsbene. Auripigmentum. B. **Operiment.** G. Operment/ Gold-gelb/ Hutten-rauch. Gall. *Oripiment, Orpin.* A. Orpment.

ARCEUTHOS, eſt *Juniperus:* dicitur ὅτι τὸ πλῆθος ἀεὶ σώζει.

κεύθω, quod celet noxam. ἀρὰ enim est noxa, & κεύθω celo. Ἀρκεύθις est Juniperi bacca: vel ἀπὸ τὸ ἔχειν τὰς ἄκανθας κεκρυμμένας, quod spinas habeat occultas, vide *Juniperus.*

ARCHANGELICA, est Angelica aquatica, ab ἀρχὴ principatus, & Angelica: de qua antea, sic dicta, quod cæteris major sit, vide *Angelica.*

ARCHE, est morbi initium, ab ἄρχω incipio. Vide *Acme.*

ARCHEUS, est (ut Chymici loquuntur) summus, exaltatus, & invisibilis spiritus, qui separatur à corporibus, exaltatur & ascendit, occulta rerum virtus generalis omnibus, Artifex, & Medicus. *Item* Archiatros supremus rerum Medicus, qui rei cuique suum *Archeum* peculiarem, & membro cuilibet occultè per *Aërem* distribuit. *Item Archeus* primus in rebus, vis est occultissima res omnes producens ex *Iliaste*, divina virtute nimirum suffulta duntaxat. B. **Lzacht / elementscheider / geest.** G. Furnemste krafft / vel subthileste Geist. Gall. *Esprit, vertu, qui separe les elements.* A. Amost subtle Spirit.

ARCHIATER, est Medicus supremus; vel qui caput & dux aliorum Medicorum est: Ideoque Primarius vel Senior dicitur. Ita Principum & Magnatum Medici καθ' ἐξοχὴν Archiatri vocantur, ex ἀρχὴ principium & ἰατρὸς Medicus. B. **Een oppergeneesheer / Stads-Doctoor / Stadsgenees-heer.** G. Statt-artzt / fürnemster artzt. Gall. *Archiatre, le premier Medicin.* A. The Chiefest Physician.

ARCHIGENI MORBI, seu acuti, ab ἀρχὴ, Principatus, & γινάω, gigno; quòd nempè imperium in sanitatem teneant.

ARCTOSCORDON, est *Allium ursinum*; ex ἄρκτος, ursus, & σκόροδον allium. B. **Beeren-looк / dags-looк.** G. Wald-knol-louch / Ber-lauch / Hund-knob-lauch. Gall. *Aux d'ours.* A. Ramsons

ARCTOSTAPHYLOS, est ursi uva, seu Vaccinium rubrum, ex ἄρκτος ursus, & σταφύλη uva.

ARCUATIO, à quibusdam dicitur *Gibbositas anterior*, quando accidit cum ossium communitate. B. **Gebogcheid.** G. Gebogchelt. Gall. *Courbe.* Crookedness.

ARCUATUS MORBUS, vide *Ictenus.*

ARDEA AVIS, dicitur ex arduo, quia volat in altum.

AR-

ARDENTES FEBRES, sunt, in quibus præter alia symptomata magnus æstus, ardor & sitis deprehenduntur, ut in *Causo & Lipyriis*, vide *Causus*.

ARDOR, seu *Æstus*, est calor in corpore nostro, intense acutus. B. Hitte. G. Hitze. Gall. *Ferveur*, *Ardeur*. A. Vehement or parching heat.

ARDOR VENTRICULI, doloris ventriculi peculiaris species est, quæ tamen simul etiam œsophagum molestat, quam Στομάχου καύσωνα, *ardorem stomachi* & nonnulli *Ebullitionem Ardoremque* stomachi *ebullientem* nominant, quibusdam *Soda*. Quando ardens quidam dolor in ventriculo & gula percipitur, qui urendo quasi molestat, malum hoc sanis etiam sæpe familiare est, tum cibum sumentibus, tum jejunis; Imprimis cum eructant, intus incluso quasi flatu igneo & erumpere non valente. Nonnunquam tamen & in febribus accidit. *Causa* mali est effervescentia quædam particulis oleosis aut biliosis unde ebullitio sive ardor ventriculi ebulliens persentitur. B. De sode. G. Hitze des magens/ sode. Gall. *l'Ardeur d'Estomac*. A. The heart-burn.

ARDOR URINÆ, vide *Dysuria*.

AREA, *Celso* arearum duo genera sunt. Commune utrique est, quod, emortua summa pellicula, pili primum extenuantur; deinde excidunt: ac, si ictus is locus fuerit, sanguis exit liquidus, & mali odoris: incressitque in aliis celeriter, in aliis tardè. Pejus est, quod densam cutim, & subpinguem, & ex toto glabram facit. Sed ea, quæ ἀλωπεκία nominatur, sub qualibet figurâ dilatatur. Fit & in capillo, & in barba. Id vero, à serpentis similitudine ἐφίασις appellatur, incipit ab occipitio: duorum digitorum latitudinem non excedit: ad aures duobus capitibus serpit; quibusdam etiam ad frontem, donec se duo capita in priorem partem committant. Illud vitium in qualibet ætate est: hoc ferè in infantibus. Illud vix unquam sine curatione, hoc per se sæpe finitur. B. Hair-uitvalling / haireloosheid. G. Außfallen des haars. Gall. *Pelade*. A. The falling off ones haire.

AREA, est inter musculos, glandulas &c. quædam intercapedo seu spatium, à circumjacentibus partibus relictum. B. Tusschen-ruimte. G. Zwischen-weyte. Gall. *Espace entredeux*. A. An empty space.

AREGON, est Unguentum resolutivum, relaxans & attenuans, ab ἀρήγω auxilior, opem fero.

ARENA,

ARENA, in corpore humano, res est toto genere aliena, ex plurimo sale & terra, genita: ex qua sæpe calculi concrescunt. Gr. Ψάμμος & Ἄμμος. B. **Gravelige sandigheid.** Lat. *Sabulum* dicitur. G. Sand / grieß. Gall. *Sable*, *Arene*, *Sablon*, *Grave*. A. Sand, Gravell.

ARENARIA, est Coronopi species, sic dicta, quod arenosa loca amet.

ARENATIO, est species Balnei sicci, cum æger pedibus arenæ calidæ insidet: ut in Hydrope fit. B. **Sandbad.** G. Sand-bad. Gall. *Bain de Sable*. A. A Sand bath.

AREOLA PAPILLARIS, vocatur circulus papillam ambiens. B. **De Mamschyf.** G. Der Wärtslein kreiß ander Brust. Gall. *Cercle de Tetin*. A. The Circle that cirrounds the nipple.

ARESTA BOVIS, vide *Anonis*.

ARGEMON, est ulcusculum oculi album in iridis circulo, comprehendens partem albi & nigri. ex ἀργὸς albus, & ἔχω habeo.

ARGEMONE, dicitur à vi, qua pollet: sanat enim ἄργεμα seu oculorum ulcuscula & nubeculas, quæ oculi albo adveniunt; ideoque ab ἄργος albus, vulgo *Argentina*, & *Potentilla*, ob potenter vires in sistendo sanguine. Vide *Anserina*.

ARGENTINA, idem quod *Argemone*; sic ob album seu argenteum colorem dicitur, vide *Anserina*.

ARGENTUM VIVUM, Idem quod *Mercurius*.

ARGENTUM, à Gr. ἄργυρος ejusdem significationis.

ARGILLA, Gr. ἄργιλλος, ab ἀργὸς, albus; quia plerumque illa terra alba est: vel ab ἀργὸς iners, quòd ea plerumque terra sit sterilis.

ARGYROCOME, est Gnaphalii species, dicta ob argenteos seu albos floscules, ex ἄργυρος argentum, & κόμη coma, pili.

ARIDURA, TABES est seu ATROPHIA particularis, qua corpus vel membrum aliquod plane consumitur, fortè ab arescere. B. **Uitteringe.** G. Verfallung / Dörrung. A. The blasting of the body by a planet.

ARILLI, Idem quod *Acini*.

ARISARUM, videtur diminutivum ab *Arum*, quia minor species est, vel ab ἄρον ἴσον. Vide *Arum*.

ARISTALTHÆA, est Althæa vulgaris, ab ἄριστον bonum, & Althæa.

ARISTOLOCHIA, est planta, cui nomen inditum, quod puerperis, vel potius parturientibus prosit: quo ἀρίστη sit τῶν λοχείων, lochiis nempe expellendis. Alii deducunt ab inventore quodam Aristolocho. B. **Hol-woztel / Baar-woztel/ Osterlucie.** G. Osterlucei/Hol-wurtz. Gall. *Sarracine.* A. Birthwort.

ARMENIACA MALUS, fortè sic à natali solo Armenia dicta.

ARISTA, Gr. Ἄθηρα, Ἀθηρίον, Ἀθηρὶξ, ab areo. Estque ut acus tenuis longa, & eminet à gluma. In summa aristæ quasi apices & cornua sunt spicarum. B. **De baard der Hoozn-aare.** G. Das haar von Korn/oder spitze an den ähren. Gall. *La barbe de l'epy, de bled.* A. The ear of corn, the beard of the ear of corn.

ARMENUS seu ARMENIUS LAPIS, est lapis maculis viridibus, cæruleis & subnigris relucens, sicut *Lapis Lazuli* punctis aureis, adeoque non differt inter se, nisi sola maturitate. Uterque enim in unis iisdemque scaptensulis reperitur. Lazuli tamen lapis ceu maturior, crebrius invenitur in fodinis aureis, Armenus in argenteis. Dicitur *Lapis Armenus* seu *Armenius*, Gr. Ἀρμένιος λίθος, quod olim ex Armenia solum ad nos translata sit; hodie tamen & in Germania producitur, verbi gratia, in Comitatu Tyrolensi sub nomine Melochites. Præfertur colorato cæruleus. Inter purgantia recensetur ad drachmam & scrupulos quatuor. B. **Armeni-steen.** G. Armenier-stein/ Bergblaw. Gall. *La Pierre de Armenie.* A. Armenian-stone. Arab. *Hagar* & *Hager.*

ARMERIUS FLOS, Gallis *Armoires* & *Armoiries*, hunc *Ruellius* Armerios flores nuncupavit. B. **Heikens / duis-send-schoon/ Tuithens / Hoepeel bloemen.** G. Heyden-blumlein / bluts-tropffe / stein-nagel / Carthuser-blumen. A. Sweet-williano.

ARMILLA MEMBRANOSA, est ligamentum circulare, tendines multiplices universæ manus circulo aliquo comprehendens in regione carpi; in varia alia facile divisibile. Duplicia constituunt; Unum sinum carpi succingens, revera unicum, sed latum robustumque, simul omnes tendines flectentium musculorum continens: alterum quod est in dorso carpi, ex sex inter se connexis, & singulis annuli instar obvolutis circa extendentium tendines. B. **d'Armband.** G. Armband.

Gall.

Gall. *Ligament du bras.* A. A membranous ligament incompaſſing the muſcles of the arm.

ARMONIACUM SAL, NATIVUM, à Majoribus deſcriptum, ſub arenis Libycis concreſcebat: Verum noſtratibus non niſi *Artificiale* cognitum eſt. Quod nihil aliud eſt, quam ſal amarum factitium, compoſitum, volatile, coctum ex urinâ, fuligine & ſale communi, vel ſale gemmæ & ſimilibus. Eligatur candidum ac purum, vel niſi ſatis nitidum fuerit, purificari poteſt. Præſtantius habetur Antverpianum, & Venetianum. Dicitur *Sal Solare*, *Aquila Cœleſtis*, *Alba Mercurialis Fuligo*, *Sal Mercurialis Philoſophorum*, *Lapis Adir*, *Audix*, *Anacab*, *Alacab*, *Aliocab*, *Abcaph*, *Alcob*, *Alſol*, *Alfatide*, *Alinziadir*, *Aliſtiles*, *Alumonodig*, *Amizadir*, *Anoxadic*, *Azanec*, *Butrum*, *Hiſazium*, *Lixandram*, *Miſatis*, *Neſtudar*, *Nuſiadal*, *Nyſæ*, *Obac*, *Raal*, *Salmiax*, *Turſies*. Fortè ab ἄμμος ſeu φάμμος arena. Dicitur & *Sal mirabile* & *Clavis Metallorum*, quæ fluere facit. Signum ejus Chymicis eſt aſteriſmus. B. Salarmoniak. G. Salmiac. Gall. *Sel armoniâc.* A. Salt Armoniak.

ARMORACIA, eſt Raphani genus: componitur à pontica voce Armon, & agria.

ARNOGLOSSUM, eſt *Plantago* ſeu *agnina lingua*, quia ejus folia linguæ agninæ ſimillima ſint. Ex ἄρν agnus, & γλῶσσα lingua. Dicitur & Polyneurum à nervorum, quibus quaſi coſtæ per longitudinem folia ejus diſtincta ſunt, multitudine. B. Weeg-bree. G. Wegerig / Weegrich / Shaffzunge. Gall. *Plantain.* A. Ribioort plantain, jvaybread, or Lambſtongue.

AROMA, eſt odoramentum quodvis, ut Caryophylli, Cinamomum, Galanga &c. ex ἀρ vel ἄρ particula intenſiva, & ὄζω oleo, ὀδμὴ odor. B. Kiekende ſpeceríe. G. Gewürtz / ſpecerey. Gall. *Drogue Epice*, *Epicerie.* A. Sweet ſmelling ſpicer.

AROMATOPOLA, eſt is, qui aromata divendit, *Aromatarius* dictus. B. Kruidenier / Drooghiſt. G. Ein Würtzkrämer / Materialiſt. A. A Groces.

ARONIA & ARIA, eſt *Meſpilus*, an ab Arona Galliæ fluvio.

ARQUATUS MORBUS, ſeu ARCUATUS, idem quod *Ictterus.*

ARS, dicta eſt, ex ἀρετὴ, virtus, quam Græci ſcientiam vocant.

ARTEMISIA, si Plinio credimus, ab Artemisia Mausoli Cariæ Regis uxore, quæ hanc sibi adoptavit, nomen accepit. Antea *Parthenis* dicta, hoc est, *Virginalis*, quia virgo Dea nomen illi dederit. Sunt, qui ab Artemide (id est Diana παρὰ τὸ τῶν ἄεγα τέμνειν) Ilithya cognominatam putant, quoniam privatim medeatur fœminarum malis. Quid impedit, nomen impositum esse, ἀπὸ τοῦ ἀρτέμεος, quod est incolumis, vel integer. Hinc Artemisia, quod multas incolumes reddat. B. **Byvoet / St. Jans Gordel / St. Jans Kruid.** G. Beifuß / St. Johans Gurtel. Gall. *Armoise.* A. Mugwort.

ARTERIA AORTA seu MAGNA, est vas continuò pulsans, cordis sinistro ventriculo adhærens: constat ex quatuor tunicis, sanguinem in pulmonibus, vi aëris nitrosi elaboratum & è corde protrusum excipiens, ac in universum corpus nutrimenti gratiâ distribuens atque propellens. Vide ulterius *Aorta arteria*, ab ἀὴρ aër, & τηρέω servo, à servando aëre, ut antiqui credebant, alii ab ἄλλεσθαι, salire, saltare.

ARTERIA COELIACA, vide *Cœliaca Arteria.*

ARTERIA MAGNA, idem quod *Arteria aorta.*

ARTERIACA, Medicamenta sunt, quibus ad vocis læsionem & tracheæ vitia solemus uti, & ab arteriâ tracheâ nomen accepisse videtur. τὸ τῆς ἀρτηρίας τραχείας φάρμακον, Arteriæ asperæ medela.

ARTERIA TRACHEA, vide *Aspera arteria.*

ARTERIA VENOSA, est vena pulmonalis, sive illud vas, per quod sanguis ex pulmonibus in sinistrum cordis ventriculum transit: duas habet valvulas semilunares, à figura dictas. B. **Long-ader / d'Aderlijke Slag-ader.** G. Lung-ader. Gall. *Artere veneuse, vene du poulmon.* A. The vein of the lungs.

ARTHANITA, vulgo *Cyclamen* & *Panis porcinus*, est herba folio hederaceo & radice bulbosa, an ab ἄρτος panis, quia à porcis videtur admari, an ab ἄρω tollo, ἀρθὲν sublatus, quia verno & autumnali tempore se elevat. B. **Verkens-brood / Seugen-brood / aard-brood / aard-appel / aard-noten.** G. Schwein-brodt / erdt-apffel / seu-brot / erd-wurtz. Gall. *Pain de porceau.* A. Sow-breed.

ARTERIOTOMIA, est arteriarum sectio artificialis, ad sanguinem in Cephalæa, Mania, Epilepsia, oculorum, auriumque dolore & inflammatione evacuandum. *Sectio* illa fit in fronte, temporibus vel pone aures: *Modus* incidendi hic

hic est, post ligaturas nempe brachiis aut collo injectas, arteria inciditur ut vena, facta deinde sanguinis evacuatione, emplastrum potenter astringens cum lamina plumbea vulneri applicatur, & fasciis commodis firmatur, *Curatio* septem vel novem dierum spatio absolvitur, ex ἀρτηρία arteria, & τέμνω seco. B. Een slag-aders snijding / of opening. G. Öffnung des puls-aders. Gall. *Arteriotome*, *Section d'Artére*. A. Arteriotomie, opening of an arterie.

ARTHETICA, idem quod *Arthritica*.

ARTHETICA, seu ARTHRETICA, est herba Chamœpytis, vel Primula veris. Sic dicta quod articulos juvet, ab ἄρθρον membrum.

ARTHRITICA, vide in *Arthritis*.

ARTHRITIS sive MORBUS ARTICULARIS, circa duos, tres, pluresve articulos sive ossium internodia, suas tragœdias exercet. Estque dolor circa articulos, ab effervescentia acidi & alcali, quæ in succis circa articulos subsistentibus, abundant, unde nervi, tendines, ligamenta, perioستea corrugantur, doloreque miserrimo cruciantur, unde tumor, rubedo, tophi, aliaque symptomata concomitantia. Estque quadruplex: *Chiragra* in manibus; *Ischias* in aut circa os Ilium: *Gonagra* in genubus & *Podagra* in pedibus: habet & alia varia nomina pro parte affecta, ut *dentagra*, *omogra*, &c. Morbus ferè incurabilis est: hinc cecinit Poëta *Ovidius* Lib. 1. Eleg. IV. tritum illud.

Tollere nodosam nescit Medicina podagram.

Plutarchus in Comment. περὶ τ' ὀδυμίας refert hujusmodi sententiam ceu vulgo jactatam: ὅτι ποδάγρας ἀπαλλάττει καλὶς: id est, *Nec podagram liberat calceolus*. Extat alibi Epigramma Græcum eleganter Podagræ originem describens;

Λύζιμελῆς βάκχε, καὶ λυζιμελὴς ἀφροδίτη
Γινῆται θυγατὴς λυζιμελὴς ποδάγρη.

Id est:

Solvere membra solet Bacchus, solet & Venus ipsa
Solvere & ex illis nata podagra solet.

Lucianus integram Comœdiam de Podagra finxit, qua varias podagræ vices recenset. Vox *Arthritis* derivatur ab

ἄρθρον articulus. Unde *Arthritica Medicamenta*, quæ Arthriticis doloribus ſubveniunt. A. **Het fierecijn / den artiſk / de pootjes / voet-eubel / leden zugt / leden krankheid / jigt / gigt.** G. Zipperlein / zipperlin / flüß / gicht / gliederwehe. Gall. *La Goute.* A. The Gout. Barb. *Gutta.*

ARTHRITIS PLANETICA, Idem quod *Arthritis vaga*, à πλανάω vagor.

ARTHRITIS VAGA, eſt morbus articularis, quo dolor nunc in uno membro eſt, nunc in altero: *Cauſa* à duplici ſeminio dependet, nempe ab alcali & acido, cujus particulæ nunc in uno membro nunc in alio invicem effervescunt, proindeque ex mutua effervescentia, membranæ, fibræque nerveæ inſigniter vellicatæ in corrugationes dolorificas aguntur. *Vaga* dicitur *Arthritis*, ex eo quod conſtanter uno loco non contineatur ut *Arthritis*, ſed nunc in hac nunc in illa parte ſentiatur. B. **Vliegende jigt / ongeduldige gigt.** G. Fliegende gicht. ab aurigando & quidem, die lauffende / à motu & velocitate, ideoque dicitur, die fahrende / vel potius lauffende ſchmertzen. Idem die ſpringende Gicht / die Reiſſende Gicht / die Scharbockiſche reiſſende Gicht / die lauffende Gigt / das Scharbockiſſche Zipperlein / die Scharbockiſche Gliederkrancheit / die Kadden / die Guthe-hölden / die Nacht-griffe / die Alpſtecke. Gall. *Goute volante.* A. Wandering gout.

ARTHRODIA, eſt oſſium articulatio, cum nempe cavitas excipiens eſt in ſuperficie, & capitulum quod excipitur, depreſſum eſt: Ut in Maxilla inferiore cum oſſe temporum, ab ἄρθρον articulus, & δέχομαι recipio. B. **Een t'ſamenwrijging der beenderen.** G. Zuſammenfügung der beinen. Gall. *Articulation.* A. Coarticulation.

ARTHRON, Græcis etiam μέλη, eſt articulus, ſeu oſſium connexio, motibus obeundis, accommodata. B. **Een lid / gewrigt.** *Artículi* etiam dicuntur digitorum internodia, σκυλαλίδες Galeno, φάλαγγες Ariſtoph. B. **De litten / leden / ledematen.** G. Glieder / Gliedmaßen. Gall. *Membre.* A. A Member, Limm.

ARTHROSIS, idem quod *Articulatio.*

ARTICOCA & ARTICOCALUS, eſt *Cinara*, ex ἄγριος fortè perfectum & κόκκαλος nucleus pineæ nucis: quod cinaræ fructus pineo fructui ſimilis ſit. B. **Artichollicken / Pijn-diſtel.** G. Stobil-dorn / à Strobulo. Gall. *Artichauts.* A. Artichock. Dicitur etiam *Strobulus*, *Cinara*, *Articoca*, *Cocalus*, & *Scolymus.*

AR-

ARTICULARIS MORBUS, vide *Arthritis.*

ARTICULATIO, est conjunctio artuum, ad motum peragendum: Estque duplex, *Diarthrosis* sive *Articulatio* laxior: & *Synarthrosis*, sive *Articulatio strictior.* Gr. ἄρθρωσις. B. **Wrigting/ geleding.** G. Gliederung der Beinen. Gall. *Articulation.* A. Articulation or Jointing.

ARTICULI, sunt plantarum partes, quæ in nodos quosdam intumescunt, à quibus persæpe ramuli prodeunt. B. **Knoopen/ leden.** Gliedren/ Knöpfe an den Planten. Gall. *Nœuds.* A. Knuckles or joints.

ARTICULUS, vide *Arthron.*

ARTOMELI, est cataplasmatis species, quod ex pane & melle paratur, ex ἄρτος panis, & μέλι mel. B. **Een gehonigde Brood-pap.** G. Eine Pappe von honig und brodt. Gall. *Cataplasme du miel & pain.* A. Cataplasme made, of honey and bread.

ARTOPTICIUS PANIS, hoc est tostus, ex ἄρτος, panis, & ὀπτάω, id est torreo.

ARTUS, sunt membra, ventribus adnata & articulis distincta. Vide *Arthron.*

ARUM. De Ari Etymo hæc *Lobelius*, quin si è græco non sit ἄγιον ἱερόν, quasi sacrum, ut in iride factum, plebecula quæ *Barbam Aaronis* vocitat, videtur agnoscere, ex palæstino vernaculo, & ornamento Aaronis pontificis. Germ. Papen pinti/ id est, *penem sacerdotis*, vocant, quod pistillum promit exacti ferè genitalis effigie. B. **Kalfs-voet/ Duitsche Gember/** idque ob acrimoniam. G. Pfaffen pint/ Teutscher Ingver. Gall. *Pied de Veauw, vit de Prebstre.* A. Cuckow pint, Wake-Rafbin.

ARUNDO, seu HARUNDO, fortè denominatur, quod ad undas, seu aquas fluctuantes crescat. B. **Riet/ Deliriet.** G. Rohr/ Schilff-Rohr. Gall. *Canne, Roseau.* A. Reed, Cane a Bulinsch. Gr. Κάλαμος.

ARYTÆNOIDES, seu GUTTALES, & GUTTURNIIFORMES, sunt cartilagines duæ, quæ laryngis caput, una cum aliis cartilaginibus constituunt. Sumitur quoque pro musculis quibusdam laryngis, ab ἀρύω haurio, ἀνοίγω aperio, quia inspirando aperiuntur, & εἶδος forma. B. **Spleet-makende krake-beenen/ tuitige/ oft tregters wijsige krakebeenen** vel **Spieren.** G. Daß Gießfasgleiche Knorpel/ vel Mauß. Gall. *Muscle*, vel *Cartilage bassineux.* A. The Ewer-like cartilage.

ARYTHMUS, seu CACORYTHMUS, est pulsus ad sensum abolitus, & sine modulo, ex α priv. & ῥυθμὸς modulus. **Een Pols sonder order / ongeregelde Pols.** G. Ein sehr Swacher Puls. Gall. *Le poulx insensible.* A. a pulse lost to sense. Vide *Cacorythmus.*

AS sive ASSIS, ut ex *Varrone* & *Plinio* colligere est, ab ære dicta. *Balbus* ad *Celsum* de asse ejusque partibus, quicquid unum est, & quod ex integrorum divisione remanet, Assem rationatorem vocare scribit. Apud nos idem denotat ac pondo, seu unciarum duodecim libra. Quidam pro duabus drachmis sumunt.

ASA DULCIS, idem quod *Benzoin.*

ASA FOETIDA, est gummi, ex cujus plantæ radice *Assa* sive *Asa* exprimitur. Magna quantitate crescit in imperio Persico, inter Laram & Gamaron civitates. Estque duorum generum, prima sarmentosa est, fermè ut salix aquatica, ex cujus foliis & stolonibus incisis *Assa Fœtida* exprimitur, quæ, ut reliqui succi, sole indurata in consistentiam evadit, qualis est Sagapeni. Secunda species longè fœcundior est, estque succus expressus ex radicibus hujus plantæ, quæ crassissimos raphanos referunt, folia autem Tithymalli foliis similia; Cujus radicis exsiccatæ odor totas ædes implet: putant quoque esse succum sive lachrymam Laseris sive Sylphii in Media, Lybia ac Syria crescentis. Gravem naribus spirat odorem, quem vulgus nominat fœtidum, instar allii: Hinc B. **Duivels-dreck.** G. Teufels-dräck. Gall. *Assa Fetida.* A. Asla fetida, vel pevellodung. Gr. Ὁ πὰς Μηδικὸς, Συριακὸς, olim, Κηφαικὸς. *Laser Medicum* quibusdam, seu *Fœtidum.* Arab. *Altit.* Indis *Hiu.*

ASAPHATUM, est *Impetigo.* Vide *Saphatum.*

ASAPHIA, est vocis obscuritas, ex laxa aut mala organorum constitutione aut contemperatione, ex α priv. & σαφὴς manifestus.

ASARUM, sic dictum volunt, quod in ornatum non veniat, quoniam in coronas & serta non addatur; vel quod, manualibus scopis, quæ vel odoris gratiâ gestantur, vel quibus, ut verbena altaria non verruntur, minimè solitum sit inseri, ex α priv. & σαίρειν mundare, ornare, verrere. B. **Hasel-wortel** / quia circa corylos succrescit, vel quasi diceres **Asar-wortel.** G. Hasel-wurtz / Hasel-minidy / Hasel-papel. Gall. *Cabaret, Oreille d' Homme.* A. Asarabacca.

A 2

ASCARIS, seu *Ascarides*, sunt exigui vermes, qui in intestino recto producuntur, cui titillationem & molestiam inferunt, ab ἀσκέω moveo, exerceo, quia suo motu molestant. B. **Aars-maden / aars-wormties.** G. Arswürmlein. Gall. *Ascaride, vêrs petits.* A. Ascarides, little worms.

ASCIA, ad vinculi & deligationis species refertur, quæ parum à recto declinat, in obliquum tamen nondum vergit insigniter.

ASCITICUS, qui Hydrope ascite laborat.

ASCITES, est hydrops sive tumor abdominis & per consequens scroti, crurum & pedum, ab humore seroso & nonnunquam lymphatico aut chyloso, loturæ carnis instar, in earum partium cavitate, collecto, ab ἀσκὸς uter, quia utris in modum venter distenditur. B. **De water-zugt / 't water / buik-water.** G. Die Wasser-sucht. Gall. *Ascite, Hydropisie dans le ventre.* A. A species of dropsie so called.

ASCLEPIAS, est *Hirundinaria* seu *Vincetoxicum*. Ab Æsculapio antiquo Medicinæ Authore nominata est. B. **Swaluwe-wortel.** G. Schwalben-wurtz. Gall. *l'Asclepias, vinq poison.* A. Swallow-wort.

ASCYRUM, est Hyperici species, & significat durum fœnum, unde G. & B. Harthew / **Herts-hoy:** Gr. à contrario huic nomen imposuisse videntur, σκύρος enim illis asperitatem significat. G. etiam Hartz-hawe Waldt-hopff. Gall. *Asciron.* A. St. Peters wort.

ASEF, Idem quod *Hydora*.

ASELLUS PISCIS, dictus à colore asini.

ASEMA, est crisis (ut dicitur) seu morbi præter spem mutatio, sine signis indicantibus eveniens. Ex α priv. & σῆμα seu σημεῖον signum, à σημειόω signo.

ASITIA, sive ANOREXIA & APOSITIA, est alimentorum fastidium, ex α priv. & σῖτος alimentum, frumentum. B. **Een walg van eten / onlust tot eten.** G. der Eckel zum Essen. Gall. *Degout.* A. A Loathing, or nauseousnes.

ASODES, vide *Assodes*.

ASPALATHUM LIGNUM. Florum magna suavitas, suntque multi & parvi; Ipsa planta frutex est densis ramis, spinis albis, duris, horridis, cortice caudicis albo, ad trium cubitorum & plus altitudinem in altum assurgens.

Verum Medici qui ante nos fuerunt, Aſpalathum neſcientes, *Citrinum* ſubſtituerunt *Santalum*, vel *Meum*, & ſi ignorantibus concedere fas ſit, non ineptum, dictum παρὰ τὸ μὴ ῥαδίως ὑπὸ τῶν πληγέντων ἀποσπᾶσθαι ἤτοι ἀφαιρεῖσθαι, quod non facile evelli ſive eximi queat, è corpore eorum qui in eam impegerunt, eſt enim frutex multis ſpinis horrens. *Plautus* ait Tyrannos Aſpalathi ſpinis apud inferos laniari. *Theocritus Schol.* eſſe ſpinæ genus ait venenatæ. ἀποσπάω enim eſt avello, abſtraho.

ASPARAGUS & ASPARAGOS. Ἀσπάραγος Græcis eſt, quod primum in lucem prodit oleris germen, priuſquam in folia explicetur, ſive recentiſſimus turio, qui edendus eſt, ut lactucæ, lupuli, betæ, omnia etiam germina & recentes cauliculi τῶν θάμνων Aſparagi dicuntur, alii Etymon deducunt ab aſperitate, quia ſylveſtris ſpecies ſpinis horret, alii à σπείρω ſero. Malunt nonnulli Ἀσπάραγον dici ſeu ἄσην φάρυγος, hoc eſt *Gutturis faſtidium*, quod parit dentibus accommodatum ſemen. Melius παρὰ τὸ ἄσπασθαι φάρυγα, quod grato ſuo ſapore & humore ſatiet, & aſperitates gutturis leniat. Non diſplicebit fortaſſis, ſi fingamus nomen indictum παρὰ τὸ ἀσπάζασθαι καὶ ῥαγοῦσθαι, quod contrectantes ac ſalutantes manus findat, ſpiniſque ſuis lædat. Extrita priori litera *Sparagus* vocatur. B. **Aſpergies/ Spargies/ Koral-kruid.** G. Spargen. Gall. *Aſperges.* A. Sperage, or Sparagees, corruptèr Sparrow-graſs.

ASPERA ARTERIA, ſeu TRACHEA, eſt fiſtula oblonga ex cartilaginibus variis & membranis conſtans, quæ à gutture, ſive faucium imo incipiens, gulæque incumbens, inque pulmones deſcendens, per totas eorum compagines ramificatione multiplici diſpergitur. Superior pars *Larynx*, inferior vero *Bronchus* appellatur: quibus & tertia ſive infima à *Malpighio Veſicularis* dicta additur; inſervit voci & reſpirationi. B. **De Longe-pyp / de gorgel-pyp / lugtader.** G. Die Luftröhr. Gall. *La Apre*, *Aſpre & Trachée artére.* A. The Windpipe.

ASPERELLA, idem quod *Aſprella.*

ASPERGULA, ſeu ASPERUGO, vel ASPERULA, idem quod *Aparine*, ſic dicta, quod ob aſperitatem prætereuntium veſtibus adhæreat.

ASPHALATUS, vide *Rhodium.*

ASPHALTOS, ASPHALTIUM, & ASPHALTUM, eſt bitumen, ſevum, aut reſina Macrocoſmi, picis

eis instar durum &c. supernatare primum aquis conspicitur, seu lacubus, hinc ad litora propulsum concrescit, densatur, tenacissimumque redditur. Præfertur reliquis *Judaicum bitumen*, quod Mortui maris (Ασφαλτίτες propterea dicti,) genitura. Præstat ut purpuræ modo splendeat (sc. in nigrore) sitque ponderosum, & validum odorem vibret; nigrum autem & sordidum vitiosum est. παρὰ τὸ σφάλλεσθαι, quamvis ab Asphaltitide lacu (mortuum mare vocant) ubi plurimum colligitur, derivari possit. Illud quoque nomen imponitur Trifolio odorato seu bituminoso, eo quod illud bitumen seu Asphaltum oleat. B. **Joden-lym.** G. Erdhartz/ Erdschwebel/ Jüdenpech. Gall. *Bitume judaique.* A. Jews pitch.

ASPHARAGOS, idem quod *Asparagus:* sed loco π. Atticè scribitur cum φ.

ASPHENDAMNOS & SPHENDAMNOS, est Acer montanus, fortè à Σφενδόνη funda. Ex Acere fiunt Arcus, & quia unica vox sæpe pro altero sumitur, Arcus fortasse pro funda sumptus est.

ASPHODELUS, dici volunt, quasi σπόδελον διὰ τὴν τῶν κατομένων νεκρῶν σποδὸν, *à mortuorum combustorum cinere.* Etenim in tumulis Veteres Asphodelum serebant ne deesset cibus mortuis, uti Porphyrius in quodam Epigrammate scriptum reliquit, ubi tumulum his verbis introducit, Νώτῳ μὲν μαλάχην τε καὶ ἀσφόδελον πολύῤῥιζον, κόλπῳ δ' τὸν δεῖνα ἔχω. *Foris quidem Malvam, Asphodelumque habeo, intus vero mortuum claudo.* B. & G. Affodill. Gall. *Aphrodille.* A. Asphodie.

ASPHYXIA, est pulsus sensibiliter deficiens. Sumitur etiam pro *Lipothymia & Syncope*, ex α priv. & σφύζω salio, pulso. B. **Een ongevoelige pols/ een pols die allenkskens vermindert.** G. Ein tödliche ohmacht/ Wen der puls auff höret. Gall. *Le poulx manquant.* A. A pulse that is sensibly decayed.

ASPIS, Serpentis summè venenati genus est: dicitur ab α privativo, & σπίζω, sibilo, quia non sibilat.

ASPIDION, est clypeus parvus, ασπίς enim est clypeus, sic vocatur *Alysson Dioscoridis*, quia siliquas habet rotundas & parvas instar clypei parvi.

ASPLENIUM, est Scolopendrium, dicitur, veluti *ad splenem*, vel ut alii malunt, quod minuat lienem tumidum & obstructum, vel à formâ habet, quod ejus folia Medicorum splenia, nimirum oblongas plagulas, figurâ imitentur, vide *Splenion.*

ASPRE-

ASPRELLA, est Equisetum majus, sic ob asperitatem dicta; eâ enim cistæ & scrinia poliuntur.

ASSA FOETIDA & DULCIS, vide *Asa*.

ASSA DULCIS, idem quod *Benzoin*.

ASSARIUS, est Veterum pondus, continens drachmas duas.

ASSATIO, ab ASSARE, est quædam coctio sicca, ut est rhabarbari tostio, scilicæ in fornace coctio. B. Brading. G. Bratung rosstung. Gall. *Assation, torrefaction.* A. A Roastiug. or Brying.

ASSODES, est febris continua, in qua exteriora moderatè calida sunt, intus vero ardor adest, sitis insatiabilis, perpetua corporis jactatio, vigilia, delirium, &c. ab ἀσσόμαι sicco, exaresco, & εἶδος forma. B. Een walghoorts/ een heet-houde-hoorts. G. Ein Kalte Fieber. Gall. *Fievre vomante.* A. A Loathing feaver.

ASTAPHIS, Atticis, vel STAPHIS, est uva solem passa, Σταφὺλη enim est uva.

ASTER, Gr. ἀστὴρ stella, quia flores ejus stellæ in modum explicantur, vel ut alii scribunt, quoniam ejus capitula, in quibus flores chamæmeli instar emicant, per ambitum divisa foliolis stellæ modo radiata spectantur. Sic alii describunt: Asteris nomen non à foliorum in caulibus, sed in floribus figurâ & situ accepit; siquidem foliorum in hujus plantæ flore, numerus & forma stellam præ se ferunt, velut *Plinius* & *Dioscorides*, capitula per ambitum divisa, foliis pusillis, stellæ modo, radiata sunt. *Attici* nomen ei tributum, quod in Athenienst agro frequentior vel melior, quam alibi proveniat, dicitur & *Asterion*, & *Asteriscus*: ut & Βουβώνιον seu inguinalis, quia inguinum præsentaneum est remedium. B. Sterre-kruid. G. Meyer-kraut / Buch-kraut / Scarten-kraut / & Stern-kraut. Gall. *Espargoute*, *Estoillée*. A. Star-wort.

ASTERION, & ASTERISCUS, vide *Aster*.

ASTHMA, est respiratio difficilis, parva, & crebra cum stertore & sibilo. Atque hæc duo phænomena ab Asthmate abesse nequeunt, tussis tamen primo sicca, paulo post humida raro non adest, si unquam absit: Præterea Anxietate laborant & incedere sæpe etiam stare & nunquam absque incommodo in lecto decumbere, præsertim molli, nequeunt, sed à loci angustiâ valde etiam læduntur, unde fenestras apertas volunt & libero aëre frui. Nonnullis adest Cachexia, vel Febris, Pleuritis, Hæmoptoë, ventris

Disten-

Distensiones, Colica, Calculus, Palpitatio cordis, Animi deliquium &c. Aliquando periodicum est, & sæpe ingruit suppressa evacuatione, qua durante non aderat, & hoc difficilius est, quo minus tussi phlegmata ejiciuntur, ab ἀσθμάζω anhelo. B. Aamboꝛstig / dampige boꝛst / koꝛtademing / koꝛt-boꝛstig / de king. G. Engbrüstigkeit / Schwer athem. Gall. *Asthme*, *asme*, *Astme*, *Courte haleine. pouſſif.* A. Shortness. of breath.

ASTHMATICUS, est is qui *Asthmate* laborat. Vide quid sit *Asthma*. B. Die engboꝛstig is. G. Engbürstig. Gall. *Asthmatique*, *pulmonique*. A. One that is short-winded.

ASTRAGALOIDES, sic dicitur, quia Astragalo similis est, ex Ἀστράγαλος talus, & εἶδος forma.

ASTRAGALUS, est Herba leguminosa: nomen accepit à seminis formâ Ἀστραγαλοειδὴ, talum referente. Alii dictam hanc plantam volunt, quod radicem teretem in superna infernaque parte planam ac compressam habeat. Vel Astragali nomen inditum ab adnatis appendicibus solidis, duris, seu cornua implicitis, ad similitudinem flagelli.

ASTRAGALUS, sive Os BALISTÆ, est primum & principalissimum os, tarsum una cùm aliis officulis in pede, constituens, ab ἀστραγαλίζω talis ludo, unde ἀστέα talus à Græci nominis, ἀστράγαλος terminatione ultima, γάλος recisa, talum ab ore Romano formatum existimo, quum inter se Γ & T sæpius sint permutata pari valore & pronuntiationis sono, alii ab α priv. & στέφω verto deducunt. B. De enkelen / de enkelaun / de koot. G. Der Knod oder Knoch / Item, das ferssenbein / die knockel des Schenckels. Gall. *Talon*, *Astragale*, *Garignon*. A. The Huckle bone, the ankle.

ASTRANTIA, & *Magistrantia*, sunt corruptæ voces; dicitur & *Asterition*, unde *Osterutium* seu *Ostrutium* sive *Imperatoria*.

ASTRICTA ALVUS, vide *Alvus Astricta & Coprostasia*.

ASTRICTORIA, vide *Astringentia*.

ASRINGENTIA, seu ADSTRICTORIA, sunt quæ particularum suarum crassitie & figuratione prædita, corporis partes inter se cogunt & constringunt, qualem habent ex. gr. cunei, lamellæ complicatæ & dissilientes, nec non fides ex contortis intestinis factæ. Gr. Στυπτικὰ. B.

T'samen-

T'samen-trekkende middelen. G. Zusammenziehende artzney. Gall. *Medicine astringente*, *Styptique*. A. The binding, or Astringent Medecines.

ASTRION, est Herba dicta *Stellaria* & *Stella*, seu *Cornu cervi*, quia ejus plantæ folia in modum stellæ humi decumbunt. ἀστὴρ enim est stella.

ASTROLOGIA, est ratiocinatio de astris, Medicis non admodum necessaria, ut Veteres censebant, ex ἀστὴρ stella, & λέγω dico. B. **Kennis der sterren / sterre-kyk-kunde.** G. Sternkunst. Gall. *Astrologie*. A. Astrologie.

ASTRONOMIA, est stellarum denominatio, sive scientia legis Astrorum, vel scientia de astris vel circa astra, ex ἀστὴρ stella, & ὀνομάζω nomino: vel ex νόμος lex, & ἀστὴρ stella. B. **Benaminge der sterren / sterre-loop kunde / hemels loop kunde.** G. Sternseher kunst. Gall. *Astronomie*. A. Astronomie.

ATAXIA, est inordinatio dierum criticarum, secundum Veterum hypothesin, ex α priv. & τάσσω ordino.

ATECNIA, ex α pr. & τίκτω pario, idem quod *Agonia*.

ATHANASIA, est *Tanacetum*, sic dicta, quod ejus flores non facile marcescant: vel potius, quod homines à vermibus levet: hisce enim laborantes, videntur nec vivere posse, nec mori, ex α pr. & θάνατος mors.

ATHANATOS, est *Lychis Coronaria*, sic appellata, quod ejus flores colorem vividum diu retineant. Ex α priv. & θάνατος mors. Vide *Athanasia*.

ATHANOR, est furnus Chymicus. Aliis habetur Fornax sublimatorius, lapidi Philosophorum elaborando inservit. Dicitur & *Fornax acida & niger Henricus*, *vel Piger Henricus*, & uterus chymicus. B. **Leuye Hendrik.** G. Ein Ofen Genant Fauler Heintz. Gall. *Four à distillér pour les Philosophes*. A. Slow Henry, a Furnace so called.

ATHEROMA, est tumor propria tunica materiam pultaceam continens, indolens, digitis non facile cedens, nec pressus, cavitatem relinquens, ab ἀθάρα pultis genus; unde ἀθὴρ Arista, ex cujus granis puls solebat parari. B. **Een Pap-gezwel / bry-puist.** G. Ein Brey-geschwulst. Gall. *Atherome*. A. a Riud of swelling so called.

Αθλιπτος εἰσβολὴ, Decessio febris incomprehensibilis, ex α priv. & θλίβω, quasso, & εἰσβολὴ, accessio.

Αθροίσμα, Collectio, acervus, cumulus; ab ἀθρόος, densus, & confertus.

ATHY-

ATHYMIA, eſt animi defectio & anxietas, ex α priv. & θυμὸς animus. B. Een qualſtite. G. Ohnmacht. Gall. *Paſmoiſon.* A. Fainting.

ATINIA ULMUS, ſic dicta à civitate Campaniæ *Atina* appellata.

ATLAS, eſt vertebra prima capiti ſubjecta; ſic dicitur quia caput ſuſtentare videtur, ſpina caret, ab ἀτλάω ſuſtineo, perfero. B. Het hooftdraagende werbel-been / den Atlas. G. Der Atlas-wirbel. Gall. *La vertebre d'Atlas.* A. The Atlas whirle-bone.

ATLE, eſt vox Ægyptia, nobis *Tamariſcus domeſtica.*

ATOCIA, ſeu ATECNIA, eſt ex α priv. & τίκτω pario. Vide *Agonia.*

ATOCIUM, eſt nomen ſpurium, alias Lychnis ſylveſtris: eſt, quod nondum peperit: quia ſpecies flore pleno ſemen non ferat, ex α priv. & τίκτω pario.

ATOMON & ATOMOS, ſic quibuſdam vocatur Helleborus albus, ut & Hyoſcyamus, nec non Thus; quam ob cauſam, neſcio: fortè quia ob vires ſtrenuas, ſecari ab imperitis non debeat, ex α priv. & τέμνω ſeco.

ATOMUS, dicitur eſſe corpuſculum adeo parvum, ut ulterius ſecari non poſſit, quemadmodum ſunt particulæ ſpirituoſæ, ſalinæ, ſulphureæ, aquoſæ, terreſtres &c. Sed revera tales particulæ non dantur, cum minima particula corpus ſit, habens trinam dimenſionem, ergo habet medietatem, dextrum & ſiniſtrum, altum & profundum &c. ex α priv. & τέμνω ſeco. B. Ondeel. G. Ein Unzertrenlich ſtücklein. Gall. & A. An Atome, or Small particule.

ATONIA, eſt languor, infirmitas & remiſſio virium, ex α priv. & τείνω tendo. B. Slapheid / magteloosheid. G. Ohnmacht. Gall. *Paſmoiſon.* A. Loſs of Strength.

ATRA BILIS, vide *Melancholia.*

ATRACTYLIS, eſt Cardui, ſeu Cnici ſylveſtris ſpecies, ſic dicta eſt, quod ex ejus ſcapo longo, lævique ruſticæ mulieres fuſos conficiant. Ἄτρακτος eſt fuſus. B. Baſtert Saffraan. G. Feld-ſaffran. Gall. *Saffran Sauvage.* A. The Diſt of Thiſtle.

ATRAPHRAXIS, Latinis *Atriplex.* Attici d litteram in t mutare amant. Dicta eſt, quod ἄθρως ἄυξει, id eſt ſtatim in amplitudinem adoleſcat.

ATRETUS, eſt cui anus aut genitalia non ſunt perforata, ex α pr. & πτάω perforo. B. Een toegroeijnge van den

den Aars of andere deelen. G. Dem der Ars iſt Zugewachſen. Gall. *Non Perforé au quelque partie.* A. Noc perforated in an party.

ATRIPLEX & ATRIPLEXUM, eſt oleris genus, videtur corrupta vox à voce Atraphaxi, vel ab atro colore, ut quidam ajunt, quod homines lividos, & decolores faciat. Gr. Ἀτράφαξις, & χρυσολάχανον. B. Melde. G. Molten/ Mälten. Gall. *Arroches, bonnes Dames.* A. Orrache.

ATRAPHAXIS, Atticis *d* literam in *t* mutare frequenter amantibus, dicta eſt, quod ἄδρους ἄυξει, id eſt, ſtatim in amplitudinem adoleſcat. *Chryſolachanon*, ſive *Aureum Olus* dixerunt, à luteo, quem profert, colore, vel dicitur πρὸ τὸ ἁδρους ἀυξειν, utpote quæ octavo à ſatu die prodeat. Vide *Atraphraxis.*

ATROPHIA, ſive TABES, φθόη, φθίσις, φθινὰς νόσος *Plut.* πικεδὼν πύα *Aretæo.* Eſt cum totum corpus vel aliqua pars ab alimentis non reficitur, ſed ſenſum emarceſcit. *Tabes* ſæpe tantum ſumitur, pro ulcere pulmonum, quo corpus univerſum ſenſim colliqueſcit, ex α priv. & τρέφω nutrio. B. Een teringe/ voedens gebrek. G. Schwein-ſucht/ das Schwinden der glieder / die Darre / daß abnemen/ Schwind ſucht. Gall. *Chartre.* A. A Conſumption.

ATTA, Feſto, qui propter vitium pedum terram attingit potius quam calcat. B. Die de aarde ſchroomt te raken. G. Ein Schlupffer/ Schlarper. Gall. *Trainepieds.* A. One that rather toucheth than treadeth on The ground.

ATTENUANTIA, ſeu INCIDENTIA, quæ acutis ſuis particulis, poros aperiendo craſſos & viſcidos humores incidere & diſcindere poſſunt. Græcis Λεπτυντικὰ & Τμητικὰ. B. Verdunnende middelen. G. Dünn machende mitlen. Gall. *Remedes attenuantes.* A. An enuating.

ATTENUATIO, eſt particularum alicujus medicamenti ſubtiliſatio, ut eo melius & promptius lactea vaſa permeent. B. Verdunning. G. Subtilizierung. Gall. & A. Attenuating.

ATTONITUS MORBUS, idem quod *Apoplexia. Celſo*, propriè cui caſus fulminis vicini aut tonitru ſonitus ſtuporem afflavit. Gr. Ἀποπληκτικὸς, Ἐμβρόντητος.

ATTRACTYLIS, idem quod *Atractylis.*

ATTRAHENTIA ſunt, quæ tenuibus ſuis particulis, poros

poros aperiendo, humoresque contentos dilatando, ac foras, ubi minor est resistentia, propellendo, non tantum partes in tumorem attollunt & rubore suffundunt, sed sæpe etiam plures vapores & humores, quam per densam cuticulam erumpere possunt è cute & carne expellendo, sub cuticula colligunt, eamque in vesiculas attollunt: Imo non raro etiam festucas & aculeos infixos educunt. Gr. Ἑλκτικὰ, Ἐπισπαστικὰ, Ἐξιπωλικὰ, ab ἕλκω traho. B. **Uit-treklende middelen.** G. Anstr treibende artzney. Gall. *Remede attrahante.* A. Attracting Medicines.

AUCTIO CORPORIS, est nutritio, qua plus restauratur, quam fuit dissipatum. Gr. Αὔξησις. B. **Vermeerdering.** G. Vermehrung. Gall. *Accretion.* A. Augmentation or Increase.

AUCUPALIS SORBUS & AUCUPARIA, sic vocatur *Sorbus* seu *Ornus*, quia ejus baccis volucres aucupantur & capiuntur.

AUDITUS, est sensus, quo ex vario aëris circumstantis motu tremulo, tympanum verberante, soni per nervum auditorium, sensorio communi communicantur, ibique percipiuntur. Gr. Ἀκοὴ, Ἀκρόασις. B. **Het gehoor.** G. Anhörung/ gehör. Gall. *l'Ouye.* A. The Hearing.

AVELLANA NUX, fortè ab avellendo, quia fructus avelluntur. Quidam malunt vocari *Abellana*, forsan ab urbe Abella, vel Abellinum, vel ab Avella, urbe Campaniæ abundante optimis nucibus, quæ dicuntur *Avellanæ*: vocantur etiam Κάρυα ποντικὰ, quod in Asiam Græciamque è Ponto venerunt: & Λεπτοκάρυα, sive parvæ, quod juglandibus minores sint. B. **Hasel-noten.** G. Haselnuß. Gall. *Noisettes, Noiselles, Avelines.* A. Hasell-nut.

AVENA, quidam deducunt ab avere, quia concupiscitur, vel ab eo quod ad fructum non veniat. Gr. Βρῶμος, fortè à βρῶμα, quod cibum significat. B. **Haver.** G. Haber. Gall. *Avoine, Avene.* A. Oats, Haver.

AUGMENTUM FEBRIUM, seu INCREMENTUM, est computatio, à quo tempore, febris continuæ incendium totam sanguinis massam occupavit, usque dum pervenerit ad statum. Gr. Ἀνάβασις, ab ἀναβαίνω ascendo. Vocatur item Ἐπίδοσις, Ἐπίτασις, Αὔξησις. B. **Opklimminge der koorts.** G. Anwachsung des Fiebers. Gall. *Accroissement de Fievre.* A. The Increase of a Feaver.

AVICULÆ CYPRÆÆ, sunt pastilli aromatici, Gallis

Oiſelets, quia accenſi ſenſim ſenſimque avicularum more avolant, locumque odore replent.

AURANTIUM MALUM, dici volunt ab aureo colore, quem cortices habent: alii ab urbe Achaiæ Arantia dicta: alii à gente Perſarum, quæ Aranii ſolebat vocari.

AUREMIA, vocatur & *Elichryſon*, ſic dicta à floribus aureo colore fulgentibus.

AUREA ALEXANDRINA, eſt ſpecies opiati ſive Antidoti: ſic dicitur quod recipiat *aurum*, & à Medico Alexandro inventa ſit.

AUREUM UNGUENTUM, ab aureo dicitur colore.

AUREUS ARABUM, ſeu DENARIUS ROMANUS, ſeptima unciæ pars eſt; Pendet enim drachmam unam & inſuper ſeptimam ejus partem. Tres denarii ſeu aurei tetradrachmam conſtituunt, quatuor ſcrupulos computatur pendere.

AURICOMUM, dicitur eſſe Ranunculi ſpecies, ſed male: ex *Aurum* derivatur, & *Coma*, forte ab aureo florum colore.

AURICULARIS DIGITUS, minimus digitus eſt. Vide *Digitus*.

AURICULA JUDÆ, ſunt Sambuci fungi, ſic dicta, quod auriculam referant, cui additur Judæ: quia vulgus in ea opinione eſt pſeudapoſtolum Judam ſe ex ſambuco ſuſpendiſſe. B. **Judas Ooren.** G. Holder-ſchwamm. Gall. *Oreilles de Judas.* A. Jews Ear.

AURICULA MURIS, eſt Alſines ſpecies: ſic dicta quia ejus folia muris auriculis ſimilia ſint. Gr. Μυὸς ὦτα. B. **Muiſen-oir.** G. Mauß-öhrlein. Gall. *Oreille de Souris.* A. Mous-ear.

AURICULA URSI, nomen ſortitur ex eo, quod folia urſi auribus non ſunt abſimilia, præſertim hyemali tempore, aut quando folia primum prodeunt. B. **Beeren-oor.** G. Bären-ohrlein. Gall. *Oreille d'ours.* A. Bears-ear or Oricola, Krenck Gewſlip.

AURICULA INFIMA, Idem quod *Lobus auris.*

AURICULA CORDIS, numero duæ ſunt, dextra & ſiniſtra: Dextra ex vena cava cruorem accipit, qui in ventriculum dextrum portatur, & à pulmonibus recipitur: Siniſtra vero eſt, cui ſanguis benè præparatus & à nitro aereo ritè fermentatus à pulmonibus de novo traditur, ut per ſiniſtrum ventriculum in arteriam magnam exoneretur, & in univerſum

universum corpus distribuatur. B. De ooren van't hert. G. Ohren an das Hertz. Gall. *Oreille du cœur.* A. The Auricule or the eare of the heart.

AURIGA, est fasciæ species, quâ latera deligantur; atque in hunc modum injicitur, mediâ fasciâ collum comprehenditur, capitaque obliqua per pectus attrahitur, ibique inter se implicata sub alis ad dorsum adducitur, ibi rursus implicatur, atque ita donec totus thorax deligatus sit; modo à posteriori, modo à priori parte implicatur, extremaque inter se devinciuntur, quo vinculo utuntur aurigæ ad latera continenda. B. Voermans-band. G. Die Fuhrmans Windel. Gall. *Bandelette de Charretier.* A. A Carter or Waggoner.

AURIGO, Idem quod *Ictericus.*

AURIPIGMENTUM, vide *Arcenicum.*

AURIS, est organum auditus, quæ *externa*, cujus pars superior *Pinna* seu *Ala*; inferior *Lobus* seu *Auricula* infima appellatur: Ejus ambitus exterior *Helix*; interior *Anthelix* dicitur. Vel *Interna* in qua consideratur *Tympanum*, *quatuor Ossicula* cum *Musculis* exiguis, *Concha*, *Foramen ovale*, *Labyrinthus &c.* Gr. ὦς. B. Het Oor. G. Das Ohr. Gall. *Oreille.* A. The Eare.

AURUM, *Hipp.* à nomine autoris, vel ab *Heb.* OR, quòd exponitur pro luce, vel Sole; unde Aurora.

AUSTERUS, à Gr. αὐστηρὸς, ab αὔω, exsicco.

AUTOGENES, sic vocatur Narcissus albo flore: quia ejus bulbus, necdum terræ commissus, folia emittat: ex sese enim quasi generatur aut nascitur, ex αὐτὸς ipse & γίνομαι nascor.

AUTOMATΩS, est id quod sua sponte movetur, ut est cordis motus, coctiones & fermentationes (ut vocantur) in ventriculo & intestinis, ab αὐτοματίζω sponte facio. B. Self-beweging / selfs-roersel. G. Sich selbst bewegende.

AUTOPSIA, ocularis alicujus rei inspectio est, ex αὐτὸς ipse, & ὄψις visus.

AUTOPYROS, est panis, ex frumento integro, hoc est, cui nil furfuris adjectum vel ablatum fuerit; hujusmodi panis aliis præfertur, quia furfures habent vim, ob gravitatem, abstergendi, ex αὐτὸς ipse, & πυρὸς triticum. B. Brood van Meel so als't van de Molen komt / Brood dat ongebuilt is.

AUTOPYROS ARTOS, eſt panis ex propriâ farinâ, una cum propriis furfuribus, ſine additione, aut ademptione, coctus, ex αὐτὸς ipſe, proprius, & πυρὸς triticum, frumentum.

AUTUMNUS, ab augendo opes, ex Feſto.

AUXILIUM ſeu REMEDIUM, eſt, quicquid contraria agendi vi, morbum impugnare eſt aptum. Eſtque triplex, *Dieta*, *Pharmacia & Chirurgia*. Vide *Medicamentum*. B. Geneesmiddel. G. Ein Artzney / hülffe. Gall. *Aide, ſecours, aſſiſtance*. A. Helpe, aſſiſtance, aid.

AUXYRIS, corruptè, ſed melius *Oſyris*: fortè à σύρω traho: dicitur de iis qui raſtris ſtipulas aut ſimile quid in unum acervum contrahunt, & qui ſcopis ſordes è parietibus detrahunt, aut in pavimentum contrahunt. Ex illa Herba olim fiebant ſcopæ, inde *Scoparia* dicta.

AXYRIS, idem quod *Auxyris*.

AXILLA, eſt cavitas illa ſubter Brachium, in adultis pilis conſerta. Lat. *Ala*. Gr. μασχάλη & μάλη. B. De Oxel. G. Die Achſel. Gall. *l'Aiſelle*. A. The arm-hole, or arm-pit.

AXILLARES VENÆ & ARTERIÆ, ſunt illa vaſa ſanguifera, quæ à trunci ſummitate venæ cavæ, & arteriæ magnæ ſupra cor ad axillas, & brachium excurrunt. B. De oxels bloed-vaten. G. Die achſel blut adern. Gall. *Vaiſſeau d'Aiſelle*. A. The Veſſels of the arm-hole, or arm-pit.

AXIOMA, eſt propoſitio ex *Hippocrate* vel *Galeno* authoritatem habens, verum hoc tempore cum Medicina ratione nititur & experientiâ, authoritas non exigitur. At ſenectus nihil contribuere poteſt ad ſapientiam, nam ferè omnes ſenes, paucis exceptis, delirant. Quoad Medicam facultatem, illa eſt ars; inventores, vel potius obſervatores, iſtius artis fuerunt planè rudes, hoc eſt, nihil aliud faciebant, quam obſervare; obſervationibus poſtea ratiocinia addebant; verum, quia malè ratiocinabantur, ex malis principiis, Ars medica Veterum nobis impoſuit. Ideoque alia via inveſtiganda; inter primos fuit *F. Sylvius*, *T. Willis*, illos ego ſecutus, poſt me incomparabilis Vir *C. Bontekoe*, cui multum debeo. Atque hiſce ſuffragiis ad calculum examinatis, verior jam triumphat Medicina, ab ἀξιόω dignum cenſeo. B. Een aanſienelyk voorſtel. G. Ein volkommener ſpruch. Gall. *Dignité, Authorité*. A. An Axiom or propoſition.

AXIS,

AXIS, est vertebra tertia cranio subjecta. Gr. ἄξων. B. De Axe. G. Die Achse. Gall. *Essieu*. A. The third Vertebra near the head.

AXUNGIA, Σπίαρ ὕειον *Dioſc.* Ὀξύγειον *Ægin.* pinguedo vel sebum porci, sebo mollior. Quia vero hujus unguinis præcipuus usus fuit in axibus curruum inungendis, hinc illi nomen creatum, & Grammatici omnes pro unguine vehiculari exponunt. B. Vleusel / seutsel. G. Schmeer / schmaltz. Gall. *Axonge*, *graisse*. A. Fat, grease.

AXYRIS, idem quod *Auxyris*.

Αὔξησις, ab αὐξάνω, cresco, ab ἄυξω augeo, corporis est in omnem modum ampliatio.

AZOTH, modo Mercurium cujuscunque corporis metallici denotat, modo Medicinam quorundam universalem putatam ex Mercurio, auro & argento paratam; ante aliquot annos per Magnates, imo & vulgum celeberrimum, varii coloris, sed pro diversitate præparationis, sæpe nimis sollicitæ, unde mox pretio & fama vilescere incepit. B. Quikſilver. G. Queckſilber. Gall. *Mercure*. A. Mercury, Quicksilver.

AZUGOS, est vena in sinistro latere circa cor insignis, *Sine Pari* aut *Jugo* dicta, ad vertebras porrecta, ortum ducens à vena cava, ex α priv. & ζύγον jugum. B. Ader ſonder paar of weerga. G. Die ader ohne paar. Gall. *Veine sans pair*. A. The veine without a paire.

AZUR, à voce Arabicâ, & Persicâ, *Lazur*, quâ cæruleum pigmentum denotant.

AZYMUS, est panis non fermentatus, & insalubris, ex α priv. & ζυμόω fermento, unde ζύμη fermentum. B. Ongeheevelt brood / ongeſuurt brood. G. Ungeheffelt / ungesäurt brod. Gall. *Pain à chanter*, *sans levain*. A. Unleavened.

B.

BACCA, BACCÆ. Gr. Κόκκος, dicuntur fœtus seu fructus minores herbarum, fruticum, arborumve, qui dispersius rariusque enascuntur: vel quicunque parvi sunt & rotundi, ut ribes, fraga, baccæ lauri, juniperi

&c. atque in hoc ab acinis differunt, quod ii densius proveniant. *Bacca*, fortè à Baccho, quia vitis, baccas producens, Baccho dicata. B. Bezie. G. Beeren, Gall. *Baye*. A. A berry.

BACCAR, BACCARIS, est herba odorata. Sic dicitur quasi πάγχαρις, *omnibus grata*, propter eximiam fragrantiæ gratiam, in radice cinamomum redolente, vel nomen accepit ἀπὸ τῦ βακχάω, & χάρις, quod ex eo coronæ bacchantium more, magna cum gratia, quam ex hederâ gestatæ sint.

BACCHICA, vide *Hedera*.

BACCINIA & BACCINIUM, est Vaccinia, sic dicta quod baccas producat.

BACILLI, nomen imponitur Medicamentis figurâ bacillorum oblongâ, seu tereti, ut bacilli, seu candelæ odoriferæ. Item & bacilli ex glycyrrhiza, ab una extremitate contusi, qui linctui inserviunt: Ut vulgo in affectibus pulmonum & tussi, vel asthmate, à Galenicâ & Arabicâ Medicorum turbâ præscribuntur. B. Stokjes / lik en syroopsiokjes. Item vocantur Candelæ illæ, quæ usui veniunt, si cadaver aliquod fœtidum dissectionibus Anatomicis vacet. B. Riuikende Kaarsjes. G. Wolriechende Kertzlein, Gall. *Chandelle odoriferante*. A. A Sweet-smelling candle, or a Small Stick.

BALANÆUM, sive BALNEUM, est proprie remedium corpori potissimum curando, detergendo, quin & sudando deputatum: nam est totius corporis lotio; non raro tamen & pro lotione partium solummodo inferiorum sumitur, quas *Insessus & Semicupia* vulgo vocant. Estque vel *Siccum* vel *Humidum*; sicca parantur ex cineribus, sale vulgari, arena, chalybe limato &c. *Humida* sunt vel *vaporosa*, vel *aquosa*. *Vaporosa* fiunt ex coctione Radicum, Herbarum, Florum, Seminum, &c. cujus vapor tantum suscipitur. *Aquosa* sunt vel *artificialia*, quæ parantur ex decoctis Medicamentosis. Vel *mineralia* quæ *Thermæ* vocantur, quarum aquæ sunt aluminosæ, ferreæ, cupreæ, nitrosæ, sulphureæ, bituminosæ, vitriolicæ, &c. quæ omnes *Acidularum* nomine veniunt. B. Suur bzonnen. G. Sawrbrunnen. ex βάλλω pello, & ἀνία tristitia, seu morbus. B. Een bad-stove / water-bad / bad. G. Ein Bad-stube. Gall. *Un Bain*. A. A Bath.

BALANIDA, aliis VALANIDA, est Esculus, cujus fructus

fructus glandiformes sunt: ex βάλανος glans, & εἶδος forma.

BALANOCASTANUM, est radix tuberosa, quæ etiam Bulbocastanum appellatur. Ex βάλανος glans, & κάστανα castanea.

BALANOS, est glans proprie quercus, sed latius sæpè sumitur pro quibusdam fructibus oblongis & duris. Forte à βάλλω projicio.

BALANUS, seu GLANS, est penis suprema pars, præputio tecta. Βάλανος, Κύτταρος *Suidæ & Hesychio.* B. **Het hooft der mannelijke roede.** G. Der kopff / vel kolff am schwantz. Gall. *La teste du gland.* A. The head of the yard. Item *Clitoris Muliebris*, vide *Clitoris*. Sic etiam bulbosi fructus & radices appellantur, ut Juglans quasi Jovis glans; item glans quercus, Bulbocastanum &c. B. **Eekels / bollen.** G. Ein eichel / eschlauch. Gall. *Gland, eschalotte.* A. A kind of a corns, or Chesnut. Item *Suppositorium*, & *glans*, vide suo loco.

BALANUS MYREPSICA, sive NUX UNGUENTARIA. Venit ex Ægypto, Arabia, Æthiopia, Syria & Barbaria. Fructus est arboris Tamarisco similis, magnitudine avellanæ nucis, intus nucleum continens pinguem & oleosum, veluti amygdalæ. Plinio dicitur *Myrobalanum.* Arab. *Habel Ben*, vel *Ban*, ab aliis *granum Ben*, in officinis *Ben.* Turcis *Hebelben*, ex βάλανος glans, & μύρον unguentum.

BALATRO sive BAMBALIO, est vitium linguæ in laxitate consistens musculorum aut vinculi, cui adest nimia oris saliva. B. **Brepen** / loquuntur enim, ac si bucca pulte esset repleta. Sic G. Brey en. Gall. *Parler Comme la bouche plein de bouillie.* Quidam accipiunt pro nihili hominibus & nullius pretii. Forte à balatu & vaniloquentia. B. **Babbelaars / tateraars / ratelaars.** G. Ein Plauderer / Gacker vel Lallender tropff. A. A Babbler or Pratler.

BALAUSTIUM, est flos mali punicæ sylvestris, an à βλαστάνω germinare.

BALBUTIES, Gr. Τραυλότης, Τραυλισμὸς, Ῥαλλότης, & Ῥαλλισμὸς. Huc pertinet *Blæsitas & Blæsa lingua; Balatro, & Bambalio.* Est vitium in musculis & organis loquelæ. Estque vox tarda & interrupta, variè flexa, & in quibusdam literarum pronuntiationibus admodum difficilis, hinc cum eas efferre non possunt, alium sonum & inarticulatum sive sibilum, & aspirationem eo conatu, quo difficultati mederi volunt adspergunt, subinde silent, mox contentiore vo-

ce excutiunt incondita, quædam, incongrua oris & linguæ contorsione: Porro tremulo sono certa vocabula loquuntur & os habere solent humore nimium madens. quem sæpe cohibere non possunt, quia effluat, aut in adstantes expuatur. Tandem hoc habet Balbuties quod alio tempore major sit, alio minor: hinc sani & qui bene loquuntur, nimium si festinent, sæpe balbutiunt. B. Stameling. G. Daß Stammeln. Gall. *Beguayement*. A. A stuttering, a stammering.

BALISTÆ OS, vide *Astragalus*.

BALLOTE, est Marrubii species: sic dicitur ϖδὸς πὶ βάλλι κὸ ὄπω, quod ad inveteratos aurium dolores sit efficax. Vocatur *Marrubium* à foliorum similitudine & *Nigrum* à caulis colore, qui niger est respectu Marrubii.

BALNEUM, Chymicis dicitur vario modo, nempe arenosum, Cinereum, Martiale, Mariæ, Maris, Vaporosum &c. *Arenosum Balneum* est, cum retorta vel cucurbita in arena collocatur vel in cineribus vel chalybis limatura. *Balneum Mariæ* seu *Maris*, quod hoc signo notatur B. M. & M. B. est cum eadem instrumenta aquæ calidæ imponuntur; & cum vaporosum dicitur, instrumenta tantum vaporem aqueum excipiunt vel corpora sudationi exponuntur. B. In't Bad distilleren. G. In Bad distillieren/ vel Einbrennhelm. Gall. *Distiller en Bain*. A. Distillation in the Bath. De cæteris Balneis, vide *Balanæum*.

BALSAMELLA, idem quod *Balsamina*.

BALSAMINA, & BALSAMINUM, quasi parvum Balsamum, nam videtur diminutivum à Balsamum; sed quare nescio, an ob foliorum similitudinem? an ob odorem? quod nego, an ob fructuum similitudinem? asseverare nequeo, an quod ex pomis ipsius maris immaturis oleo injectis insolatione Balsamum, ad vulnera sananda, conficiatur? quod veri habet similitudinem.

BALSAMITOX, dicitur Mentha & Costus: derivatur, ob odorem potentem, à voce Balsamum.

BALSAMUM, ejus planta frutex est, seu arbuscula, tres cubitos ad summum alta, folia alens Rutæ foliis similia. *Syriacum* dicitur Rutæ folio. *Ægyptiacum* Lentisci folio. Nascitur sponte in Arabia Felici, unde olim in Judæam, & hodie in Ægyptum translata, loco quodam occluso, Cayro vicino, quem *Mateream* vocant, colitur. Ejus fructus dicitur *Carpobalsamus*; Ramusculi *Xylobalsamum*; Succus,

Opo-

Opobalsamum. Fructus eligatur recens, plenus, ponderosus, gustu mordax. Ramusculi probantur recentes, tenues & odorati. Dicitur ἀπὸ τοῦ βαλοῦ, καὶ σμᾶσθαι, quod cœlestem ac divinam messem reddat. *Hesychius*, βαλὸν, οὐδὸν καὶ οὐρανὸν, καὶ βαλὸς, polum cœlum. Vel *Balsamum* dicitur, quasi *Belsamin*, quod in orientalibus linguis exercitati dicunt esse, Princeps aromatum. *Pausanias*, si rectè scribitur πάλσαμον vocatur. Alii Βλάσαμον. Ægyptii *Balassan* nominant. B. **Balsem.** G. Balsam. Gall. *Baume.* A. The Balsame Tree.

BALSAMUS vel BALSAMUM. Balsami vocabulum pluribus in officina usurpatur significationibus. 1. Denotat genus quoddam *odoramenti* crassiusculi instar unguenti, vel linimenti, & hæc significatio usitatissima est. e. g. Balsamus rosarum, apoplecticus & similes. 2. Solent quoque ex gummi resinisve cum spiritu vini liquores destillari, qui extrinsecus illinuntur, balsamique nomine veniunt; ut balsamus nervinus, sciaticus & similes. 3. *Inunctorium* liquorem significat, eumque oleo crassiorem, linimento liquidiorem. 4. Balsami nomine sibi vindicarunt *salia fusa & liquata*, ut balsamus salis gemmæ. 5. Sunt *singulares* quædam *præparationes*, quibus balsami nomen imponunt; ut balsamum sulphuris, &c. 6. Tandem etiam lachrymæ quædam arboreæ balsami vocantur, ut balsamus copayvæ. 7. Balsamus est, quo cadavera condiuntur. B. **Balsem,** G. Balsam. G. *Baume.* A. Balme or Balsame.

BAMBALIO, Idem quod *Balatro.*

BAMBAX, idem quod *Bombax.*

BAMMA, est tinctura seu liquor, in quo aliquid tingitur, aut madefit, ut panis jusculo immersus, à βάπτω immergo. B. **Een indoopsel.** G. Da man was ein taucht/ eniweicht. Gall. *Plongement dedans.* A. A liquor in which ang thing is dipped.

BAPTISECULA, vide *Cyanus.*

BARAS, Arab. Idem quod *Alphus.*

BARBA, est Labiorum & menti pars pilosa. B. **De baard.** G. Der barth. Gall. *La barbe.* A. A beard.

BARBA CAPRINA, vel CAPRI: vocatur à florum figura, quæ caprinam barbam referre videtur.

BARBA HIRCI, idem quod *Tragopogum*, & *Ulmaria.*

BARBA JOVIS, est *Semper-vivum*, seu *Sedum.* Gr.

Διόσπυρον: sic dicta fortè, quod putent cum Jovis barba similitudinem habere. B. **Huis-looк / Donder-baard.** G. Hauß-laub / Hauß-wurtz / Donder-bart. Gall. *Jonbarbe.* A. Houseleeke.

BARBAREA, est herba S. Barbaræ dicata. Appellatur alias *Nasturtium Hyemale.*

BARDANA, est *Lappa.* Fortè à Bardus, hoc est hebes, quia folia habet mollia & hebetia. Vide *Lappa.*

BARYOCOCCALON, est *Stramonia*, sive pomum spinosum, ac si diceres, quod sit nux, gravem somnum producens, ex βαρὺς gravis, & κόκκαλον nucleus.

BARYCOIA, est audiendi gravitas, ex βαρὺ grave, & ἀκόω audio. B. **Swaarhorigheid.** G. Harthörung / Taubheit. Gall. *Sourdâtre.* A. Hardness of hearing.

BARYPHONIA, est loquendi gravitas, à βαρὺ grave & φωνὴ vox. B. **Een moeyelijkheid van spreken.** G. Schwere zu sprechen. Gall. *Difficulte en parlant.* A. Difficulty of speaking.

BARYPICRON, est Absinthium latifolium: quasi diceres, supra modum amarum. Ex βαρὺ grave, & πικρὸν amarum.

BASILARE OS, idem quod *Sphenoides*, & palati os. Significat quoque occipitis os, quod & *Os proræ*, *Os memoriæ*, vel *Os pyxidis* dicitur. Gr. Γνίον. B. **Het Wigge-been.**

BASILICA, est vena brachii interna, *Hepatica* dicta, à βασιλεύω rego. B. **Lever-ader.** G. Die leber ader. Gall. *La veine basilique.* A. The basilick veine.

BASILICUM, est Medicamentum viribus pretiosum, & cæteris excellens, à βασιλεύω rego. B. **Een Konincklijk Geneeş-middel.** G. Königliche Artzney. Gall. *Remede Royale.* A. A Noble Medicine.

BASILICUM, est Ocimum, herba odorifera. Sic dicta ob vires quas præstat regias. Βασιλικὸν est Regium: βασιλεὺς Rex.

BASIOGLOSSUM, est par musculorum linguam deprimens, ex βάσις fulcimentum & γλῶσσα lingua. B. **Des tongs neerdzukkende Spieren.** G. Der zungs niederdruckende mauß. Gall. *Muscle la langue ravalemante.* A. Muscles that depress the tongue.

BASIS, est cordis superior pars mucroni opposita. Item sustentaculum ossis Hyoidis pro lingua: & occiptis os pro sustentando cerebro &c. Item in formulis præscribendis præcipuum ingrediens, à βαίνω incedo, unde os Basilare. B.

Ouder-

Ondersteunsel / grond / voet. G. Der Grund / boden eines dinges. Gall. *Base*. A. The base of the heart.

BATHMIS, est sinus in osse Brachii seu humeri, utrimque singuli, in quo cum extenditur flectiturque tota manus, ulnæ ipsius coronæ, sive processus ingrediuntur, à βαίνω ingredior. B. Een inhoek van 't schouder-been. G. Hohle von das Arm-bein. Gall. *Sein de l'os de bras*. A. The inmost process of the Shoulder bone that receives the Ulna.

BATHYPICRON, est *Absinthium latifolium*. Significat profundè amarum, ex βαθὺ profunde, & πικρὸν amarum.

BATINON MORON, est fructus Rubi idæi, βάτος enim est rubus.

BATIS & BATOS, est Rubus, ut docet Nicandri Scholiastes: dicitur, quod indomita sit planta, accessumque propter spinas, quibus valde pungit, non admittit. Εἴρηται, inquit, βάτος διὰ τὸ ἄβατος εἶναι. A contrario igitur nomen impositum, βάτος à βατέυω, vado, aditus, accessus, βατὴ γῆ terra facilis accessus: hujus fructus βάτινον vocatur.

BATRACHIOIDES, est Geranii species Batracho similis: ex βάτραχος rana, & εἶδος forma. *Batrachion* enim est *Ranunculus*.

BATRACHIUM Græcis, *Ranunculus* Latinis. Apuleus nominat *Sceleratam*. Vulgus Medicorum perperam, *Pedem Corvi* vocat. Sunt etiam qui *Flammulam*, ab urendi facultate appellant. *Batrachion* autem sive *Ranunculus* dicta est haud dubie, quod limitibus humidis opacisque marginibus ranarum more lætetur: aut quod aquis ubi ranæ degunt potissimum, gaudeat; aut quod sub ejus umbra ranæ frequenter inveniantur. *Agreste* vero *Apium* seu *Apiastrum*, quod foliis Apium æmuletur. *Scelerata*, eo quod comesta noxia sit: Vel, quod magis arridet, quia validi sceleratique mendicantes sibi crura & lacertos hac ipsa dilaniant, quo possint impudentius stipem extorquere, atque hac imposturâ pecuniolam aucupari. Βάτραχος est Rana. Vide *Ranunculus*.

BATRACHUS, RANA & RANULA, seu HYPOGLOSSIS, est tumor sub lingua, unde coaxando vox producitur, à βατραχίζω ranas coaxando imitor, comp. ex βοὴ vox, τραχεῖα aspera, & ἔχω habeo. B. Een kikvorsch gezwel. G. Ein Geschwulst unter die Zunge. Gall. *Tumeur de grenouille*. A. A disease under the tongue.

BAUCIA, dicitur Pastinaca sylvestris. Fortè à jucundi-

tate

tate: βωκὸς enim est jucundus. Alii *Brancam Leoninam* aut *Ursinam* vocant.

BDELLIUM, est gummi aut lachryma Myrrhæ gustu & colore proxima, sed cujus arboris incertum est. Si bonum, gustu erit subamarum, translucidum cum frangitur, pingue cum fricatur, odoratum, facile molliscens: Gummi quidam arboris esse spinosæ in Arabia, India, Media &c. esse putant, illud nomen denotat, quasi diceres fœtens gummi: videtur olim fuisse ex iis, quæ propter ingratum & gravem odorem, ferè fœtere videbantur, à βδέω fœteo, pedo.

BECABUNGA, est vox ficta, ex Belg. **Beeke-boom/ Water-kers/ Boek-bunge / Water-bunge.** G. Bachbungen/ Wasser-bungen/ Brunnen-kreß. Gall. *Cresson aquatique*, *Berle*. A. Brook lime, Becabung.

BECHION, est *Tussilago* seu *Farfara*. Sic dicitur quia pectoris morbis medela est, βὴξ quippe tussis est, & βήσσω tussio.

BECHICA, sunt Medicamenta tussim inhibentia, Lat. *Pectoralia* à βήσσω tussio; Unde βὴξ tussis. B. **Borst-middelen.** G. Brust-artzney. Gall. *Remede pour la poitrine.* A. Expectorating Medecines.

BEDEGARIM, seu BEDEGUAR, vide *Spina alba.*

BEHEN, officinæ nostrates monstrant radices nomine *Behen:* Unam *Behen rubram* appellant, alteram *albam.* De utraque controvertitur cujus sint speciei. Arabibus (ut Serapioni) sunt *Behen* radices, pastinacæ radicibus similes. Hinc scribit Hali Albas, *Behen & Pastinacæ silvestris radices* nullum inter se discrimen habere. E modernis *Behen albam* aliqui *Polemonii*, sive *Lychnidis sylvestris* speciem esse autumant, quam Tabernamontanus vocat *Herbam articularem: Behen rubrum*, alii *Limonii maritimi*, alii *Valerianæ rubræ*, alii *Bistortæ* speciem esse putant: aliqui vero, Garziâ & monente & reprehendente, *Zerumbeth* esse statuunt. Hinc est, quod aliqui in descriptionibus Arabum substituunt *Eryngium*, alii *Tormentillam*, alii *Angelicam*, alii denique *Caryophyllatam.* Auctuarius & Myrepsus *Behen Hermodactylos* esse volunt, forsan avellanas purgatrices.

Βελονίτης, est lapis, qui ἐκ βέλους, id est sagittæ effigiem repræsentat: dicitur & Lyncurius, quod ex urinâ Lyncis confiari falsò putent.

BELENOIDES, est processus styloides, cranii basi infixus, à βάλλω jacio, unde βέλος sagitta, & εἶδος forma. B. Pzlem-

Pziem-wijs uitsteekzel. G. Der griffel gleiche außwasch. Gall. *Apophyse styloide.* A. The proceſſe ſtyloides.

Belladonna, nomen eſt corruptum, ex *Bellonaria*, quo modo Solanum ſomniferum vocari ſcribit *Apuleus.*

Bellis, Bellius flos & Herba Margarita, eſt planta florifera, ubique in pratis nota, ſic fortaſſe vocatur, quod in pratis ubique bellum & lærum aſpectum præbeat. B. Madelieven/Maagdelieven/Margrieten/Herſouwen. G. Matzlieven / Maſſuſelen / Monatblüm / Hertzblumlein. Gall. *Marguerites*, *Paſquettes.* A. Daiſie.

Benedicta Herba, vide *Carophyllata.*

Benignus Morbus, eſt qui nulla vehementia & ſævitia, ſupra ordinarium curſum habet ſymptomata. B. Een goedaardige ſiekte. G. Eine nicht all zu Schwere kranckeit. Gall. *Maladie Benigne.* A. Amild diſeaſe.

Benzoin, gummi eſt, ut dicunt, arboris proceræ; Verum *Bontius*, dicit reperiri in Java plantam ex pluribus ſarmentis coalitam, qualis eſt Smilax aſpera; ſeu Salſa parilla, niſi quod ſarmenta ibi brachii craſſitiem æquent, vel etiam ſuperent, ita ut hæc in medio ſæpe truncus arboris continuus ſatis craſſus appareat: ex hujus cortice inciſo colligitur gummi bezoin. *Doctiſſ. H. N. Grimm*, notat eſſe arborem egregiæ formæ, recti caudicis, & mediocris magnitudinis, habens viri plerumque craſſitiem; Creſcit ad occidentem Sumatræ. Fructus fert rotundos ſed compreſſos, magnitudine parvæ nucis avellanæ, & incluſus eſt tunicæ, inſtar nucum juglandium, quæ tamen aliquantulum piloſa eſt. Folia profert tenera & mollia, inferius pallido-viridia, ſuperius vero ſaturatè viridia. Nucleus hujus fructus ſaporem habet ingratum & amarum. Arbor quinquennis vel ſexennis uſque ad lignum ſecundum longitudinem vulneratur, unde liquor albus, tenuis, viſcoſus, glutinoſus & pellucidus exſtillat, qui ſolari calore induratur, unde duplex gummi, album & citrinum, vel craſſius & obſcuri coloris: Eſtque valde odoratum, & ſi bonum pellucidum, globulis candidis refertum, thuris æmulum, citrineſcens eſt, venit etiam ex Siamo. Vocatur & *Aſa dulcis.* B. Benſoin. G. Benzoin. Gall. *Benjuyn.* A. Benjamin vel Benzoin.

Berberis, eſt arbor *Oxyacantha* dicta, idque à ſpinarum acuminatis cuſpidibus. *Berberis* vero eſt vox origine Barbarica, & ab eâ voce videtur deſcendere *Barbar*, *Barbaris*,

baris, & *Berberis*: nonnulli derivant ab *Amyrberis Avicennæ*, unde mutatis quibusdam literis *Berberis* devolvi putant: vocatur etiam *Spina acida* & *Crespinus* vel *Crispinus*, ab Italica voce, *Crespino* B. Sauce-boom/ Suur-boom/ Berberisse-boom. G. Paissel-beer / Sauriek / Erbsell / Berberos stand. Gall. *Espinevinette*, vel *Aigrette*. A. Barberry-tree, or Pipperidge bush.

BERIBERI, *Bontio* aliisque vox familiaris apud Indos; Vox est Barbarica significans paralysis speciem, cum quis nictitando genubus & elevando ovium instar incedat. B. Schaaps Lammigheid.

BERYLLUS, βηρυλλος, quasi virillus à virore lapidis.

BES, alias *Bessis*, *Bissis*, *Bissa*, vel *Bise*, quasi bis triens, quia ⅔ sive duo Assis Trientes, seu quod dempto libræ Triente superest, *hoc est*, Unciæ VIII. Priscian. p. 8. vulgo *Marco*, vox præter *Celsum*, *Galeno* usitata. Olim *Des*, veluti dempto triente. Alias Libra numularia & octonaria.

BETA, Gr. σεῦτλον τεῦτλον. Nomen accepit, quod figuram Litteræ B. dum semine turget, referat. Nam summitatem in acumine reflexam obtinet. B. Beet. G. Mangolt / Runckel / Piessen. Gall. *Beterave*, *Bette*, *Porée*, *Jotte*. A. Beet.

BETONICA, seu *Vetonica*, à varietate & copia remediorum, Κέστρον à Græcis dicta est: hac siquidem voce opus interpunctum, acuve pictum nominavere, nascitur in pratis, montosis, frigidis & opacis locis, ideoque Græcis ψυχοτροφον, vocata est, quasi frigus alens, ab inventoribus Vetonibus Hispaniæ populis *Betonica* & *Vetonica* appellata est. Porro Caryophylleus flos etiam vocatur *Betonica*, vel *Tunica* detractis à Betonicâ duabus litteris prioribus. B. Betoni. G. Betonien / Gall. *Betoine*, *Betosne*. A. Betony.

BETULA & BETULLA, Gr. Σημίδα: arbor est; quidam dici putant, quod bitumine scateat. Apud Plinium enim legere est, *Bitumen ex ea Galli excoquunt*. Malunt alii à batuendo nomen accepisse: batuere enim cædere est. Sic Batula, levi mutatione, fit Betula. B. Berken-boom. G. Bircken-baum. Gall. *Bauleau*, *Bauillet*. A. The Birch-Tree.

BEZOAR, est vel Chymicum, vel animale. *Chymicum* est compositio ex *Butyro Antimonii* & *Spiritu nitri*, ex qua pulvis albus componitur, adversus venena, qui & sudorem prolicit. *Animale* duplex est *Orientale* vel *Occidentale*. Orientale

rientale reperitur in animali capri-cerva dicto. Estque animal Persiæ ac Indiæ orientalis, partim cervo simile, partim capræ: hinc fit ut aliis capra audiat, aliis bircus, aliis capri cerva, Persis *Pajon*, iste lapis in prædicto reperitur animali, nempe in proventriculo, hinc & in ventriculo aliisque cavitatibus internis. Figuram habet ovalem, rotundam, sessilem & intus cavam, in meditullio paleam continet, pilos, vel similia, superficies est levis & glabra cum splendore, substantia è laminis cæparum adinstar sibi incumbentibus compacta, variante colore, plerumque atrovirente hinc dilutius virente, pallescente, cineritio, fulvescente melleo &c. odore nullo, nisi contrito, tum muscum aut griseam ambram redolet: variante magnitudine & pondere, plerunque sc. intra juglandis magnitudinem constitutis vel paulo majoribus aut minoribus, dantur quoque artificialia, sed vili pendenda. *Occidentale* venit etiam ex capricerva nulla tamen cornua gerente; nascitur in Peru, dicitur *Vicuniras* seu *Taraguas*, in iis locis animalis, ut de priori dictum, invenitur, circa rem heterogeneam in cavitate media contentam tunicatim concretus. Orientalibus ut plurimum major; superficie scabra, colore cinereo, albo, nigro, obscureve virente, qui optimus.

Bezoar Animale, est hepar & cor viperarum siccatarum & pulverisatarum.

Bezoar Minerale, est præparatio antimonii sudoriferi, cui attribuitur virtus quæ bezoar orientali adscribitur, unde nomen.

Bezoardicum, est Medicamentum alexipharmacum venena & malignitates expellens. Derivatur nomen à Lapide bezoar. B. Een tegengift. G. Widergifft. Gall. *Contrepoison*. A. A Antte.

Bibenella, & Bipennula, Idem quod *Pimpinella*.

Bibitorius Musculus, sive *Oculum adducens*, positus in majori angulo oculi, sic dictus, quod introrsum nasum versus oculum ducat, bibentesque cantharum inspicere cogat. B. De drinkspier. G. Der sauffer mauß. Gall. *Muscle bibitoire*. A. The drinking muscle.

Bibliotheca, quasi Βιβλίων θηκη, librorum theca; βίβλος autem significat plantam, quæ papyrus dicitur, qua olim chartæ conficiebantur.

Biceps Musculus, est primus cubiti & femoris. B. De tweehoof dige spier. G. Der Zweyköpffige mauß. Gall. *Muscle*

cle gemeaux, *Muſcle avec deux teſte*. A. The Muſcle with two heades.

BICONGIUS, eſt menſura duodecim ſextarios continens, dicitur continere viginti quatuor libras vini.

BILIS, eſt excrementum ſulphureum & ſalinum ipſius liquoris ſanguinei, in hepate mediantibus glandulis exiguis ſegregatum, quod vel in veſiculam felleam, vel per ductum hepaticum in inteſtinum duodenum exantlatur, ut ibi ciborum ulteriori perfectioni inſerviat, & fæces à ſecretione chyli relictas foras convehat. *Bilis* conſtat ex ſulphure, ſale volatili & pauca aqua: Ordinario flava eſt: *Præter* ordinem vero Vitellina, Porracea, Æruginoſa, vel Glaſtea, quæ colorum diverſitates ſolummodo ex intenſioris caloris & fermentationis gradu expullulant. *Franc. Sylvius* bilis aſcenſionem per ductum Hepaticum ad cor aſſeruit, verum hæc ſententia, ut nec rationi, nec experientiæ ita nec veritati congruit. Bilis non dicitur niſi quando à ſanguine ſegregata fuerit; Ideoque Veterum ſententia de humore bilioſo, inventa circulatione ſanguinis, prorſus corruit, vide *Humores ſanguinei*, *Celſo* Fel. χολὴ ξανθὴ, aut κροκώδης, γλυκὺ, quaſi dulce, à contrario ſenſu, cum ſit amariſſimum, teſtibus *Plinio & Aureliano*. B. **Gal.** G. Die Gall. Gall. *Fiel*, *Bile*, *Cholere*. A. The Gall or Bile.

BILIOSUS, dicitur, præſertim Veteribus, qui multa bile abundat, ſed qui noſtra inſpiciat fundamenta, aliter videbit, bilem quidem deficere, ſed bonam nunquam abundare. B. **Galagtig.** G. Giftgallig / Der viel Choleriſche Feuchtigkeit hat. Gall. *Bilieux*, *cholere*. A. Bilious or Cholerick.

BILIS ATRA, Idem quod *Melancholia*.

BIOLYCHNION, eſt calor nativus, qui à parentibus fœtum comitatur, verum poſtea cum in lucem editus eſt, calor ſenſim perit, poſtquam pueri ſpiritus & ſanguis ab alimentis & aëre nitroſo, alterantur, fermentantur & accenduntur. Nugæ ſunt eorum, qui affirmant calidum hoc perennare; Nam ſi calidum ſit, in continuo motu erit, ergo ut cæteri ignes & calores diſpellitur, ex βίος vita, & λύχνος lumen. B. **De ingeboren warmte.** G. Eingebohren Warme. Gall. *Le Chaleur ne dans*. A. Native heat.

BIPINELLA, ſive PIMPINELLA, eſt herba, cujus folia binis ordinibus plumatim ſive pennatim digeſta ſunt, unde nomen. Vide *Pimpinella*.

BISLIN-

BISLINGUA, est *Hypoglossum*, seu *Laurus Alexandrina*, sic dicitur, quia supra ejus folium insuper foliolum habet linguæ instar.

BISMALVA, sive ALTHÆA: est officinarum vox barbarica. Vult dici, quasi duplex malva, vel quæ alterum tantum viribus pollet. Vel dicitur quasi malva ibiscum, vel malva viscum. Vide *Althæa*.

BISMUTHUM, idem quod *Marcasseta*.

BISTACIUM, mutato B in P. fit *Pistacium*.

BISTORTA, dicitur, ob radicem semel aut bis contortam: dicitur etiam *Serpentaria*, *Colubrina* & interdum *Dracunculus*, vel *Dracontium*. B. Perts-tonge. G. Natterwurtz. Gall. *Bistorte*. A. Bistort, Snake-weed.

BITUMEN JUDAICUM, vide *Asphaltos*.

BLÆSITAS, est depravata locutio, à vitio linguæ, in conformatione aut obstructione peccantis. B. Lispen. G. Lispeln. Gall. *Begayant*. A. Lispe. Vide *Balbuties*.

BLÆSUS, est vitium in verborum prolatione. Item is cui pedes sive crura extrorsum vertuntur: vel cui dorsi spina anterius vel posterius incurvata est. Paralyticum quoque significat, à βλαισόω distorqueo. B. Lisper. G. Der da lispelt. Gall. *Begue*. A. That stammreth in speaking, or Lispeth.

BLAPTISECULA, vide *Cyanus*.

BLAS, est nomen à phantastico *Helmontio* confictum, significans generaliter astrorum motum localem & alterativum; sed quid ipse per illud vocabulum significat, forte nescivit.

BLATERONES, ex βλὰξ derivatur. Est autem nomen piscis inutilis, ut sunt blaterones homines, multa, sed inutilia dicentes.

BLATTA, Vermiculus est, quasi blapta, ἀπὸ τ βλάπτω, id est nocendo, quia libros, ac vestes erodit. Hinc blattaria herba, quæ blattis scatet.

BLATTA BIZANZIA, sive UNGUIS ODORATUS, est alicujus conchilii integumentum: Odore suavi, colore fusco, figura oblonga.

BLATTARIA, invenit nomen hoc Latinum, à colligendis in se blattis: nam si alibi reponitur, aut projicitur, dicunt plurimas blattas super ea colligi. Alii à βλάπτω noceo, quia Blattæ vestimenta rodunt, & perforant. B. Motten-kruid. G. Schaben-kraut / Motten-kraut. Gall. *Blattaire*. A. Mothmulleyn.

BLENNA, est mucus crassus per palati foramina & nares destillans, qui provenit, (ut dicunt,) ex cerebri ventriculis per processus mammiformes; sed potius ex glandulosis narium acinis. B. Snot. G. Putzen / Rotz / der umflat durch die Nasen. Gall. *Morue*, *Morueau*. A. Snot.

BLEPHARIDES, idem quod *Cilia*.

BLEPHARON, vide *Palpebra*.

BLEPHAROXYSTUM, instrumentum est, quo palpebræ concinnantur, ex βλέφαρον, palpebra, & ξυέω tondeo.

Βληχρισμὸς, incontinens est corporis jactatio, ex βάλλω, jacio.

BLITTUM, est herba, quæ ab insulso fatuoque sapore nomen habet: à Gr. βλαξ, quod bardum aut stupidum denotat. Gr. βλίτον stolidus, ignavus: vel βλίτον ita fortè dictum, quasi βλητὸν, id est abjiciendum, propter vilitatem, vel ab insulso fatuoque sapore: vel à βλαξ pisce plane inutili. B. Maser. G. Maser / Meyer. Gall. *Blette*. A. Blite.

BOA, papularum morbus est, cum maculis rubentibus corpus rubet. Idem quod *Papula*. B. Hoodjont / roodsong / roodvonk. G. Hitzblatterlein. A. Pimples.

BOCHETUM, sive DECOCTUM SECUNDARIUM, est alicujus decoctionis secunda decoctio. B. Minderdrank.

BOCIA, est vas vitreum ventricosum cucurbitæ instar. B. Een buik-glas. G. Bauchglas. Gall. *Verre ventru*. A. Bellied glasse.

BOCIUM, idem quod *Bronchocele*.

BOLBOCASTANUM, vide *Bulbocastanum*.

BOLBONAC, vide *Bulbonac*.

BOLBOS, vide *Bulbus*.

BOLETUS CERVI, *Fungus cervinus*, *Tuber cervinum*. Crescit in sylvis, ubi cervorum copia est. Sunt rotundi, magnitudine ferè pilæ palmariæ, & aliquando minores, cortice obducuntur subnigro, intus continent materiam pulverulentam nigerrimam. Βώλιτος nomen habent teste Marcello, ἀπὸ τῆς βώλου, quod glebam & rubricam illam, qua pictores aurum suis operibus inducunt, significat, ex βῶλος gleba, & λίαν valde. B. Herts-wannen / hertspongie. G. Hirschbrunst / hirsch-schwamm. A. A species of a Mushroem called, Blindmans boll.

BOLUS, est Medicamentum internum, habens consistentiam, melle paulo crassiorem; & quantitas, quæ unica

dosi

dosi præscripta, buccâ commodè excipi potest. B. Een bzolk. G. Ein Bissen/ mundvoll/ brocken. Gall. *Bolus*, *Morceau*, *une bouche*. A. A Bolus.

Bolus, Terræ genus est, ex pallido rubrum, vaporibus Martialibus imprimis imprægnatum. Estque Armena, Orientalis, Germanica, Bohemica, alba &c. in omnibus linguis *Bolus* appellatur. Gr. Βῶλος gleba, ager, à βίω paseo & λίαν valde, quod è glebis papulum animantibus uberrimè efflorescat.

Bombax, Bambax & Pambax, synonyma sunt, hinc nobis (sed malè) Boom-wol/ nam arboreus tantum frutex est. Hinc porro Bombazijn / Wambais &c. sic fortè appellatur, quia more vermis bombycis, fructus ejus intus cote, in modum serici, est quasi nendo obductus. Vide *Xylon*. B. Kattoen/ Boom-wol. G. Baum-Wol. Gall. *Cotton*. A. Cotton.

Bombus, idem quod *Borborygmus*.

Bona, vel Boona, est *Faba*, seu *Phaseolus*. Fortè nomen sortitur à Belgico idiomate *Boone*: vel à Latino Bonum, quod legumen illud bene nutriat, hominique brutoque salutare & bonum.

Bonifacia, idem quod *Laurus Alexandrina*.

Bonus Genius, est *Peucedanum*: à Græcis prophetis ἀγαθὸς δαίμων, fortasse ob eximias vires, vel ob prognostica boni ominis, quæ ex illo divinare putabant.

Bonus Henricus, est Lapathi species; sic ob vires laudabiles appellatur; fortè ejus vires primum à quopiam Henrico detectæ fuerunt: ideoque *Tota bona* & *Aureum Olus*. Gr. χρυσολάχανον. B. Algoede / Goeden Hendzik / Lammekens oir. G. Gutter Heinrich/ Schmerbel. Gall. *Toute bonne*. A. English Mercury.

Borago, & mutato B. in C. est *Corrago*, quia putatur cor ejus usu roborari, & lætificari. B. Bernagie. G. Borretsch/ Burretsch. Gall. *Borrache*, *Bourrache*. A. Borrage.

Borax, est sal factitium ex sale Armoniaco, Nitro, Tartaro calcinato, Sale communi, Alumine, quæ cum urina liquantur, filtrantur, & tandem evaporantur. Sunt qui putant originem habere ex stabulis in quibus Elephantes aluntur, quæ urina eorum & stercoribus imprægnata sunt. *Dioscorides* dicit habere porri colorem, sed nostrum album est, instar nitri: fortè à Porro nomen mutuatum, mutato P.

in C. Gr. χρυσοκόλλα sive auri gluten. B. Boras / Gondsoudeerſel. G. Boras / Burreß. Gall. *Borax*, *Boras*. A. Borax.

BORBORYGMUS, eſt murmur in inteſtinis ampliscum ſonitu, à βορβορύζω ſtrepitum edo. B. Beſlote winden. G. Ein Gemummel / Getöſe Jm-leibe. Gall. *Murmure*. A. Murmuring of the gutts.

BOROZAIL, aut *Zail* Æthiopum; in viris *Aſab*, in fœminis vero *Aſſabatus* dicitur. In utraque ora fluvii *Senega* multa ſunt regna, præſertim in ea quæ meridiem ſpectat, Regnum *Mely*, in ea quæ ſeptentrionem regnum *Tombotu*. Ibi graſſatur morbus, partes genitales potiſſimum infeſtans, diverſus ab eo quæ vulgo *Gallicus* dicitur, qui ex immodica venere, cui multum obnoxii ſunt, ortum habet.

BOSCI SALVIA, herba eſt à Boſcum, vel Boſcus, βοῦς, in quibus locis creſcit.

BOSMOROS, ſeu BOSPOROS, eſt frumenti ſpecies, fortè à βόσκω paſco, & μόρος portio: quia frumentum dentibus vel mola dividitur: vel quia à bobus calcando à paleis ſeparatur, βοῦς & βῶς dorice eſt bos, vel etiam ex βοῦς & πείρω tranſadigo, tranſeo.

BOTANICA, eſt ſcientia de herbis; inde *Botanicus*, qui herbas novit. Gr. à βοτάνη herba, gramen. B. Kruid-kenning. G. Kraut-kennung. Gall. *Science d'Herbe*. A. Botany or ſimpling.

BOTHOR, ſunt puſtulæ oris nou ſerpentes, ſed tales quæ facile ſuppurantur & delentur, etſi nonnunquam leviter eas ſuppurare contingat. Eſtque *Bothor* generalis appellatio etiam puſtularum faciei, pulmonis & aliarum partium. Variolæ ac morbilli etiam *Bothor* ab Arabibus nominantur & pro veſiculis puſtuliſque oculis adventantibus ſumuntur.

BOTRYS, eſt racemus uvarum vitis; ut & Herbæ nomen, quæ ſic à ſemine vocatur, quod racematim ramulis adnaſcitur; ſive quod plura ejus ſemina caulibus ſic conferta pendeant, ut racemi in uva referant imaginem, à Cappadocibus ἀμβροσία vocari author eſt *Dioſcorides*. B. Druiven-kruid / Piment. G. Trauben-kraut / Krotten-kraut. Gall. *Pimen*. A. Oake of Jeruſalem.

BOUNIAS, Gr. Βουνιάς, ſpecies Napi, cujus radix in rotundum creſcit, ac βουνοὺς, ſeu verrucoſa loca amat.

BOVINA FAMES, idem quod *Bulimia*.

BRABYLA, prunorum ſpecies eſt; ſic dicuntur quia alvum

alvum ducunt, quasi βόρων βάλλοντα, id est, cibos depellentia, & ἕλκα quasi μῆλα, id est mala.

BRACHERIUM, idem quod *Amma*.

BRACHIA, Gr. Βραχίονες, sunt plantarum, præcipuè autem arborum rami, quod instar brachiorum hominis extendantur. B. **Boom-armen.** G. Der Ast. Gall. *Branches de l'arbres.* A. Branches of trees.

BRACHIALE, idem quod *Carpus*.

BRACHIÆUS, vide *Brachium*.

BRACHIUM, sive LACERTUS, est membrum constans brachio propriè dicto, cubito & manu. Fortè à βραχίων sive βραχύτερον τῶν λοιπῶν τῶν χειρῶν, brevissimus reliquæ partis manuum. Unde *Brachiæus Musculus*. B. **Den Arm.** G. Der Arm. Gall. *Le bras.* A. The arm.

BRACHYLOGIA, vide *Brachylogus*.

BRACHYLOGUS, est qui suas sententias breviter determinat. *Brachylogia* est brevis locutio. Ut sunt *Aphorismi Hippocratis*, ex βραχὺ breve, & λέγω dico. Vide *Aphorismus*.

Βραδυπεψία, ex βραδὺς, tardus, & πέψις, coctio, à πέπτω, coquo. Tarda est, & difficilis concoctio alimenti.

BRADYPEPSIA, est tarda ventriculi concoctio seu fermentatio à mala dispositione fermenti acidi, & respiratione imminuta, ex βραδὺ tardum, & πέπτω coquo. B. **Een langsame kolking der mage.** G. Langsame kochinge des magens. A. Slow digestion.

Βραχυπότης, ex βραχὺς, brevis, & πίνω, bibo, qui parum, & rarò bibunt. Plerumque sunt phrenitici, qui ad potus necessitatem non attendunt.

Βραχύπνοος, ex βραχὺς, & πνέω, spiro, brevis spiritus, qui parùm, & rarò spiritum ducit.

BRANCA, est vox Italica, & significat pedem: sic vocatur Acanthus, *Branca ursina:* ideoque à similitudine quam ejus folia cum anterioribus ursorum pedibus habent.

BRANCHUS, est raucedo faucium, & asperæ arteriæ. Raucitas *Plin.* Ravis *Plauto.* à βρίχω sorbeo. Vide *Rancedo*.

BRASSICA, Gr. Κράμβη: nomen accepit à præseca, quod ex hujus scapo minutim præsecatur, siquidem nunc tonsili, nunc cymoso caule spectatur: Non desunt, qui brassicam contendant ἀπὸ τοῦ βρώσεως, *à vorando* nomen accepisse, Estur enim à totâ Plebeculâ tum cocta, tum cruda, vel muriâ condita. Non desunt qui Brassicam, quasi *Passicam*

nominatam referunt, quod ex caule minutatim præsecatur, ut passa fiat. Vide *Crambe*, B. Kool. G. Kohl. Gall. *Choux*. A. Colewort.

BRASSICA MARINA, vide *Soldanella*.

BRATHUS, vocatur *Sabina*, quod βραδύνει tardè in altitudinem crescat.

BREGMA, sive PREGMA, est os sincipitis, à βρέχω madefacio, quia illa ossa infantibus, & sæpe adultis humida & tenera sunt. Vide *Sinciput*.

BREVE VAS, dicitur vas à ventriculo venosum in ramum venosum lienarem transiens. B. Het korte vat. G. Das kurtz gefaß. Gall. *Vaisseau bref*. A. The Short vessel.

BREVIS CUBITI MUSCULUS, est musculorum cubiti extensor secundus dictus & brevis. Oritur ab humeri cervice, posterius miscetur cum Longo & humeri os occupat, desinit vero in illam Olecrani partem, cui innitimur. B. De korte ellenboogs spier. G. Der kurtze ellenbogen. Gall. *Le Bref muscle de coude*. A. The Short muscle of the Elbow.

BRITANNICA, est Herba, quam dicunt in convallibus locis prope Arcem *Bretten* reperiri, unde nomen deducunt. Sed malè: neque, à britannica insula deduci debet ut nonnulli statuunt. Sed est vox origine Frisica: Medetur quippe gingivis sanguinolentis in scorbutico malo, quando dentes vacillant, consumuntur, atque decidunt. Venit itaque à vocibus *Britten* en *Brit*, quod sonat *firmiter claudere* vel *inhærere*, ut dentes sanis in alveolis solent, deinde additur *Tan*, & unius litteræ adjectione *D* fit *tand*: & *Hten* significat dentium expulsionem: hinc nostris *Hik* sive singultus, quia illa convulsionis species cum flatu expellitur.

BRIZA, est frumenti species, ex quo panes conficiuntur, dicta hæc planta ἀπὸ τῆ βρίζειν, quod est onerare, aggravare, & quasi Veterno sopire; quod hujus panis esu evenire, scriptum reliquit *Galenus*.

BROCHI, sunt labiones, sive qui magna & inordinata labia habent: Item laquei Chirurgici genus.

BRODIUM, est liquor in quo Medicamenta vel asservantur vel diluuntur. Item expressus succus ex materia cocta. v. g. ex Capone.

BROMOS, est frumenti species: dicitur βρῶμος & βρόμος non

non à fætore, ſed potius quia veterina ea multum veſcantur, vel à fragore, ſonituque, quem ſeges matura, minimo tacta flatu, edit. Alii βρῶμος legunt à βρῶμα, quod cibum ſignificat. Vocatur aliquando *Avena*.

BRONCHIA, ſunt arteriæ ſeu fiſtulæ reſpiratoriæ ramificationes; à βρόγχος, guttur.

BRONCHOCELE, eſt tumor in larynge aut Broncho apparens, à βρόγχος media pars aſperæ arteriæ, & κήλη tumor. B. **Gorgel-gezwel / Keel-ſcheur.** G. Gurgel geſchwulſt. Gall. *Le Goutiron*, vel *Le gros goſier*. A. A tumor in the throate.

BRONCHOTOMIA, eſt aſperæ arteriæ, in membranoſa ejus parte, quæ eſt intra duos annulos, ſectio; uſus eſt in anginoſis, ad ſuffocationem inhibendam, et βρόγχος media pars aſperæ arteriæ, & τέμνω ſeco. B. **Een openinge in de longe-pijp / ſtrot-ſnee.** G. Eröffnung der Gurgel. Gall. *Section de goſier*. A. A cutting of the wind-pipe.

BRONCHUS, eſt aſperæ arteriæ portio media fiſtuloſa ex annulis anterius conſtructa; ſuperior pars *Larynx*; inferior *Veſicularis* dicitur: inſervit voci & reſpirationi, à βρίχω vel βρόχω ſorbeo, jugiter enim ad ſanguinis accenſionem aër abſorbetur. B. **Het middelſte deel der lucht-ader / longe-pijp.** G. Die Gurgel. Gall. *Goſier*. A. The wind-pipe.

BRUCHUS, à βρύχω, comedo, vermis eſt herbas, & arborum frondes rodens. Dicitur aliis βρύχος, à βρύχω, frendo, ſtrideo.

BRUNELLA, idem quod *Prunella*.

BRUSCANDULA, vide *Lupinus*.

BRUSCUS, vide *Ruſcus*.

BRYON, eſt muſcus, à βρύειν pullulare, quia muſcus ex arborum corticibus expullulat. Vide *Muſcus*.

BRYONIA, dicitur, quia florem & fructum gerit, fortè etiam à βρύειν pullulare, atque adeo extollere, & exaltare, eo quod in adjacentes ſcandens ſe exaltet atque latè pullulet; videtur derivari à βρύον uva: vel à βρύειν germinare: uvas enim profert, & plura & longa germina: vel à βρύον muſcus, quia in petroſis & ſimul muſcoſis locis naſcitur. Gr. Ἄμπελος λάυκη, ψίλοθρον. *Vitis alba* dicitur, non quod vitis ſit, ſed quod in vitis ſimilitudinem, juxta parietes proſerpat, claviculiſque ubique adhæreat: *Viticella* ideirco quoque nomen eſt: ut & *Pſilothrum*, quod ejus acinis

coria depilari possint. B. Quartel-besien / wilde Wijngaart. G. Stick-wurtz / Schisz-wurtz / Rasz-wurtzel / Hundskürbsz / Römische-rüb / Wilder-zitwan / Teufels-kirsz. Gall. *Feu ardent*, *Colubrine*, *Coulevree*, *Vigne blanche*. A. Bryony.

BRYOPTERIS, seu DRYOPTERIS, est filix querna alba, musco quercino innascens, à δρύος muscus quercinus, & πτέρις filix, folia enim alarum in modum habet explicata, à πτέρυξ ala.

BRYTON, est cerevisia; à βρύω, germino, pullulo, quia hordeum, ex quo cerevisia coquitur, prius pullulare, &, germen emittere debet.

BUBONIUM, seu INGUINALIS: sic dicitur quia bubones, seu tumores inguinales sanare dicitur. βουβών enim est inguen & tumor in inguinum glandulis.

BUBO, est inguen sive locus à flexu femoris ad pubem. Item tumor p. san. in inguinibus, à lue venerea vel pestilentiali excitatus, à βουβωνιάω bubone laboro. B. Losbuil / las-klier / pest-buil / venus-buil / klap-oor. G. Drusen / schlier / wachs-drusen / Knuttel in collo si fuerit. Ein schlier. Gall. *Un Bubon*, *Poulai*. A. Boile.

BUBO, Gr. βουβών, Hipp. inguen est, aut inguinis tumor.

BUBONOCELE, est *Hernia* sive *Ramex inguinalis*, hoc est quando intestina per processum peritonæi dilatatum, in inguina & scrotum delabuntur & subsidunt: Nonnunquam pro bubone sive tumore in inguine sumitur, ex βουβών inguen, & κήλη tumor. B. Een zwelling in de lies / breuk / darmscheursel / lies-breuk. G. Ein Bruch in den gemächen / vel Untertheil der leiber. Gall. *Hergnie à l'Aine*. A. A rupture.

BUCCA, Gr. Στόμα, Γνάθος, Κόρη. Dicitur oris pars laxior, quæ inflando tumet, uti apparet in Tubicinibus. B. De mond / het hol der kaken. G. Die Backen. Gall. *Bouche*. A. The cheeke.

BUCCINATOR, est musculus buccarum rotundus, circuli instar, tenuis & membranosus, variis fibris intertextus ori tunica inseparabiliter succinctus. In hujus centro observavit *Casserius* robustum quoddam vinculum exterius enatum, & os genarum perreptans, ubi in musculum quendam parvum & gracilem buccæ directè oppositum terminetur. *Oritur* à superiori maxilla, inseritur in inferiorem ad gingivarum radices. *Usus* est buccas cum labiis movere: Estque dentibus instar manus, dum huc illuc ad dentes cibos propellit, quo exactius comminuantur. B. De kaak-

spier.

spier. G. Der Backen mauß. G. *Muscle de la bouche.* A. The Muscle of the cheek.

BUCCINUM, BUCINUS, & BUCINUM, est flos regius, sic dicitur à similitudine tubarum, quæ buccinæ dicuntur.

BUCCULA, est carnosa sub mento pars. B. **De onder-kin.** G. Unter Backe. Gall. *Petite bouche.* A. That part under the chin.

BUCEROS, est fœnum Græcum: sic dicitur quia ejus siliquæ Bovis cornu referant, ex βῦς bos, vacca, & κέρας cornu.

BUCRANION, est *Antirrhinon*, sic dictum, quod ejus florum anterior facies, bovis capiti similis sit. Ex βῦς bos, & κρανίον, caput, cranium.

BUGLOSSA, lingua bovina: est species Boraginis: ex βῦς bos, & γλῶσσα lingua. B. **Osse-tong.** G. Ochsen zunge. Gall. *Bugloſſe.* A. Bugloss.

BUGULA, BUGLUM, BUGLA, est herba vulneraria, ideoque consolida media dicta. Nonnulli vocem derivant à Bugloſſa. B. **Segegroen / ingroen.** G. Guntzel. Gall. *Buglum.* A. Bugule.

BULAPATHUM, est *Lapathum bovinum*, sed potius *magnum*, quia particula βυ est intensiva. Vide *Lapathum.*

BULBI, Gr. Βολβοὶ. Fortè à βυ & λαβὴ, quod ob crassitiem facile prehenduntur: vel à βάλλω, quia facile, globuli in modum projiciuntur. Suntque radices rotundæ, tunicatæ, quales sunt cæparum, tuluparum, hyacinthorum &c. etiam ad alias radices vox illa transfertur, nempe ad radices tuberosas, ut glandes terrestres, bulbocastana, solani tuberosi & Chrysanthemi tuberosi &c, radices. B. **Bollen / kluisters.** G. Kolb-wurtzel / rund Wurtzeln. Gall. *Racine ronde, Bulbes.* A. Bulbs or any root that is round.

BULBINA, & BULBINE, videtur diminutivum à *Bulbus.*

BULBOCASTANUM, est terræ glans; ex βολβὸς bulbus & κάστανα, Castanea, glans: castaneam enim sapit. B. **Aard-noten / Muisen met staarten / Aard-akers.** G. Erd-nuß / Erd-kesten / Schafernuß / Erd-eychlen / Grund-eychlen / Acker-eychlen / Erd-feygen. Gall. *Glands de terre, Tarnotes.* A. Kepper-nut, Earth-nut, pignut.

BULBONAC vel BOLBONAC, est herba, *Lunaria* sive *viola Latifolia* dicta: sic dici putat *Lobelius* à radice tu-

berosa seu bulbosa. B. Penning-kruid / Penning-bloemen. G. Mondt-viole / Mondt-kraut. Gall. *Lunaire*. A. Sattin or glonesty.

BUBONIUM, vide *Aster*.

BULBASPHODELUS, est Asphodelus bulbosus.

BULBUS, est radix quævis rotunda, ex βυ particula augendi, & λαβὴ prehensio : quia ob crassitiem facile prehenditur.

BULIMIA, idem quod *Bulimus*.

BULIMIASIS, idem quod *Bulimus*.

BULIMUS Aurel. *Phagadæna*, *Edacitas præter consuetudinem* Horatiano. Βούλιμος Plut. in Symp. Galeni, Βουλιμία, Βούλεξις Plut. Hom. Φαγέδαινα. Estque fames aucta nimis; cui sæpè lipothymiæ comitantur, *Bovina* dicta: oritur aliquando à ventriculi fermento nimium acri, unde tunicæ membraneæ & nervi irritati animal in remedium, alimentum, sibi appetit, ex βοῦς bos, sive ut aliis placet ex particula βου, significationem augente & intendente, & λιμὸς fames. B. Koe-honger / een onverzadelijke honger / rasende honger / eet-zucht. G. Al zu groser Hunger / Kühe-hunger. Gall. *Faim de vache*. A. An unsatiable hunger.

BUMELIA, est *Fraxinus bubula*, vel ut aliis placet, *Fraxinus magna* : ex βοῦς bos, aut ex βου particula augendi, & μελία vel μιλία Fraxinus,

BUNIAS, sive NAPUS, significat radicem tuberosam, crassam & magnam, à similitudine collium, terræque tumorum, quos Gr. βουνοὺς appellant.

BUPLENRON, est planta angustifolia vel latifolia, videtur componi ex βοῦς bos, & πλευρὰ costa, quasi diceres bovis costa.

BUPRESTIS, Gr. Βούπρηστις, insectum est de genere cantharidum, in arbore pinu degens. Dicitur ex βοῦς, bos, & πρήστης, qui incendit, ex πρήθω, quòd si bos cum pascuis illud animal devoraverit inflammatione perit, & tumore abdominis.

BUPTHALMUM, est *oculus bovinus* seu *Cotyla fœtida*. Vocatur sic, quia ejus flores oculi imitentur formam & boum potissimum oculis similes sit. B. Koedil / Koeoog / stinkende kermille / Padde-bloem. G. Kröten-dill / Hundß-dill / Hunds-blum. Gall. *Espergoute*. A. Oxe-eye, May-weed.

BURSA PASTORIS, est Thlaspios species : sic dicta, quod ejus folliculi seminales Bursam pastoriam apprimè refe-

referant. Hinc etiam *Pera pastoris* vocatur. B. **Herders-tas/ Teskens-kruid/ Borsekens-kruid.** G. Tasschen-kraut. Gall. *Bourse de Pasteur*, *de Berger*. A. Sheepherds purse.

BURSALIS MUSCULUS, est *Obturator* femoris internus, sic dictus quia tendines quadruplices junctos intra carnosum veluti marsupium, à tertio & quarto quadrigemino, eleganter formatum abscondit. B. **De beurs-spier.** G. Beutel mauß. Gall. *Le Muscule boursale*. A. The inward Obturator so called.

BUSELINUM, est Daucus vulgaris, quasi diceres *Selinum bovinum*, id est *magnum*.

BUTOMON, est graminis arundinacei species, vulgo *Plantanaria*: sic dicitur, quia avidè à bobus expetitur; vel quia valde scindit, ex βοῦς bos; vel βου particula augens, & τέμνω seco.

BUTYRUM, Gr. βούτυρον, quasi βοῦς, seu bovis, τυρὸς caseus, vel coagulum: pars est lactis pinguior.

BUXUS, à Gr. πυξος, mutato nempe P. in B. venit à πυκάζω denso, nam densum habet lignum. Hinc quoque *Bruscus* & *Ruscus*. B. **Palm/ Bos-boom/ Bux-boom/** G. Buchßbaum/ Buexboum. Gall. *Bues*, *Buis*, *Bovis*. A. Boxtree.

BYNE, est *Maltum*, sive hordeum madefactum, & germinans, quod postea siccatur, an à βύω & γάω, quia humore impletur? B. **Mout.** G. Maltz. Gall. *Moûture*, *Brais*. A. Malt.

BYSSUM, BYSSUS, est lini præstantissimi species.

C.

CACABUS seu LEBES, est vas terreum vel cupreum majus, stanno intus obductum, quod climactere supra ignem suspendi solet, in quo Medicamenta coquuntur. B. **Een Ketel.** G. Eine Pfanne/ Kessel. Gall. *Marmite*, *Chaudron*. A. A Kettle, Caldron or Basin.

CACATORIA FEBRIS, est febris intermittens, (sic Clarissimo *Sylvio de le Boe* dicta) cum alvi dejectione multa vel

vel frequenti, & quandoque simul torminosa, diverso accessus tempore ægros valde affligens, ac debilitans: etiam *Catarctica & Dejectoria* vocari potest. B. De kalt-koorts. G. Scheis Fieber. Gall. *Fievre Chiante.* A. The purging fever.

CACHECTICUS, est qui cachexia laborat. B. Zugtig / die in een quaat vel sieckt / wangedaantig. G. Der Coller Luser feuchtigkeit Aerkel. Gall. *Cachectique.* A. One of an ill constitution, and habit of body.

CACHEXIA, est malus corporis habitus, ex humorum vitiosorum dispositione prava ortus, unde febres lentæ, tabes, hydrops &c. contrahuntur: in cachexia facies sæpe pallida & mali coloris est, corpus tumidum & inflatum: Cachexia latè sumpta cum εὐεξία opponitur, ac ut bonus habonus habitus omnibus partibus sanis communis est, ita malus habitus ab omnibus malis propagatur. Strictè *Cachexia* tantum sumitur pro mala dispositione in habitu corporis; *Euexia* vero pro humorum sive sanguinis pariter & corporis dispositione bona accipitur. Ex κακὸς malus & ἕξις habitus. B. Ongedaantheid / groene ziekte / wanstal / wangedaante. G. Ubele und lose liber beschaffenheit. Gall. *Cachexie.* An eu vill disposition, or an illstate of body, A distemper.

CACALIA, sive LEONTICE, est planta Tussilagini vel Petasitidi non absimilis, an ex κακὸν malum, & λίαν valde? quia fortè agris & campis invisa est.

CACOA, est fructus arboris, magnitudine amygdali, colore fuscus, tenui membrana conclusus. Tota autem siliqua in qua concluduntur magnitudinem habet cucurbitæ oblongæ mediocris sortis, desinit in acumen, uti inter καμήλια mea videre est. Venit ex variis Americanis locis, ex Guatimala &c. adhibiturque loco monetæ, pauperibusque eleemosyna datur, parant ex hoc tum potum Indis vulgarum, tum massam hanc *Chocolatam* dictam, (& potius hoc nomine venit) quæ fit ex dictis granis tostis & tusis ac aromatibus mixtis. Vide *Chocolata.*

CACOCHYMIA, est humorum in sanguine vitiosorum, abundantia: Veteribus dicitur pro varia dispositione, *ulcerosa, bilios a, pituitosa, melancholica, acida, salsa, pontica &c.* Sed vocabula hæc ob inutilitatem à veris Neotericis irridentur, ex κακὸς pravus, & χυμὸς succus, humor, à χέω vel χύω fundo. B. Kwaat zapigheit / quade voedsaamheit /

heit / quaadvogtigheit / quaadbloedigheit. G. Böß Schwartz Geblú. Gall. *Cacochyme.* A. Cacochymie or an abundance, of ill humours in the body.

CACOCHOLIA, est bilis malè dispositа, ex κακὴ mala, & χολὴ bilis. B: **Quade gesteldheit der Gal.** G. Ubele beschaffenheit des Gallen. Gall. *Indisposition du fiel.* A. Indisposition of the gall.

CACOCHYLIA, est depravata Chylificatio. Ex Κακὸς malus, & χυλὸς, Chylus, succus. B. **Quade gulmakinge.** G. Böse Dawung. Gall. *Mauvaise chilification.* A. Depraved Chyle.

CACOËTHES, CHIRONIUM ULCUS sive TELEPHIUM, est morbus vel ulcus curationem respuens, quod ulcus malignum vocatur, hoc fit cum ulcus fuerit callosum vel sinuosum, cui nonunquam ossicula decedentia & carriosa subjacent, ex κακὸν malum, & ἦθος mos, consuetudo, est enim ulcus vel morbus mali moris. B. **Een quaad-aardige sweer.** G. Ein böß geschwär. Gall. *Mauvaise ulcere.* A. An evil ulcer, A Boil, vel sore.

CACOPATHIA, est mala passio, ex κακὸς malus, & πάθος passio. B. **Quade ziekte.**

CACOPHONIA, est mala vocis prolatio, ex organorum vitiositate proveniens, ex κακῶς malè, & φωνέω voco. B. **Quade uitspraak der woorden.** G. Der Schwär zu sprechen hat. Gall. *Difficulte en parlant.* A. A bad pronunciation, or an ill sound.

CACOPRAGIA, Gr. κακοπραγία, à κακὸς malus, & πράττω, facio. Est sæpè depravatio viscerum nutritioni famulantium.

CACORYTHMUS, pulsus est arteriarum, nullum ordinem servans. Dicitur etiam *Arythmus*, ex κακὸς malus, & ῥυθμὸς, ordo. B. **Een ongelijke pols.** G. Ungleich flagende pulß. Gall. *Le Poulx inegal.* A. An unequall pulse. Vide *Arythmus.*

CACOSPHYXIA, est pulsus vitiosus, ex κακὸν malum & σφύζω pulso, salio. B. **Een quade pols.** G. Ubel pulß. Gall. *Le Poulx mauvais.* A. A bad pulse.

CACOTROPHIA, est nutritio depravata ex sanguinis vitio: Ut in Lepra, Impetigine &c. ex κακὸν malum & τροφὴ seu τρέφω nutrio. **Quade voeding.** G. Das Ungedeyen. Gall. *Mauvaise nutrition.* A. Bad nourishment.

CACTOS, est Cardui species: cur ita dicatur, haud facile

cile dixerim. An κακτὸς quasi κατάκτονος, παρὰ τὸ κατακτείνειν interficere, occidere, quod pappi ejus noceant, nec periculo careant? certè Dioscorides inter plantas tales, & pappos Cactos recenset. Quidam à καίω uro, quia urit seu pungit.

CACUMINA, idem quod *Summitates*.

CADAVER, à cadendo, quòd animâ spoliatum corpus, in terram cadat; ex Isid.

CADMIA, vide *Lapis calaminaris*: Tutia etiam idem sortitur nomen. Arab. *Climia* vel *Chlimia*, vide *Tutia*.

CADUS, sive *Ceranium*, est Veterum mensura, continens vini centum & viginti libras vini, olei vero centum & quinque.

CADUCUS MORBUS, vide *Epilepsia*.

CÆLESTIS, est IRIS, sic dicitur, quia iridi cælesti similis sit. Gr. οὐρανία.

CÆLI DONUM, est Chelidonium majus, sic appellatur ob egregias virtutes.

CÆLI ROS, est gramen Mannæ; videtur Milii Sylvestris esse species.

CÆLI ROSA, & CÆLI FLOS, est *Lychnis Coronaria*.

CÆPA, CEPE, & CEPA, Gr. Κρόμμυον, sic dictum quod oculi pupillam comprimi cogat: Nam oculos vellendo expressis subinde lachrymis contrahi pupillas certum est: quidam derivant à κάρα caput, quia capitata: sed rectius à κόρα pupilla, & μύειν claudere, comprimere. *Cepa* vero sic à capitis magnitudine dicitur: Hinc derivatur Frisica vox *Cipels*. B. Ajuin / Eujen. G. Zwiebel. Gall. *Orignon*. A. Onion.

CÆSAREA SECTIO, idem quod *Hysterotomotia*.

CÆSAREUS PARTUS, vide *Partus Cæsareus*.

CALAMINARIS LAPIS, reperitur sæpius in metallorum fodinis; est lapis fossilis, subflavus, non admodum, durus, luteus dum accenditur fumum eructans. Dicitur & *Cadmia*. B. Kalamint-steen / Kalmy-steen. G. Galmey / Galmey-stein. Gall. *Cadmie*. A. Calaminare-stone.

CALAMINTHA, CALAMINTHUM, est Menthæ species. Dicitur quasi vel utilis Mentha: namque nidore suo serpentes fugat. Ex καλὴ utilis, & μίνθα seu, μέρθα, Mentha. Aliis placet ἀπὸ τοῦ κάλου quod lignum significat, à καίω uro.

CALAMITA, nempe *Styrax*, sic vocatur, quia in calamis excipitur & asservatur.

CA-

CALAMOGRASTIS, & CALAMAGROSTIS, est gramen arundinaceum; ex κάλαμος virga, calamus, & ἄγρωστις gramen.

CALAMUS, *Arundo*: dicitur ἀπὸ τοῦ καλῶς ἀμᾶσθαι, quod pulchrè demetatur arundo. Gr. Δόναξ, ἀπὸ τοῦ ῥᾴδιον δονεῖσθαι, quod facile à vento moveatur. B. Riet. G. Rohr. Gall. *Canne*, *Roseau*. A. A reed.

CALAMUS AROMATICUS, quid sit, dubitatur. Alii *Acorum* volunt, alii *Galangam*. Garzias dicit esse Aromaticum quidem, non vero odoratum, imo & juncum esse. duntaxat. Seritur per universam Indiam: Neque odoratus est nisi è terra evulsus: quantoque viridior, tanto tetriori odore tetrior, teste eodem Garzia. Dicitur & Calamus odoratus, Indicus, Alexandrinus, &c.

CALAMUS SCRIPTORTUS, est dilatatio quædam circa cerebri ventriculum quartum, quæ deinde in mucronem exacuitur, & ab hac figura nomen obtinuisse videtur. B. De schryf-pen. G. Schreibfeder. Gall. *Un Plume*. A. A Writing pen.

CALATHUS, est rectus turbo, hoc est, id quod ex angustiis in latitudinem se diffundit. Calathi effigiem planè liliorum flores referunt.

CALCANEUM, idem quod *Calx*.

CALCARIS FLOS, est FLOS REGIUS, sic dicitur, quod ejus flores quodammodo calcaria referant.

CALCEOLUS D. MARIÆ, SACERDOTIS, MARIANUS, est Alismatis species, cui in medio floris aliquid concavum, instar calceoli apparet.

CALCHOIDEA OSSICULA, idem quod *Cuneiformia ossicula*.

CALCINATIO, est misti per ignem, aut res corrodentes, (per Mercurium, aquam regiam &c.) in calcem solutio. B. Kalkmaking / Kalkbranding. G. Kalckbrandung / Kalckmachung. Gall. & A. *Calcination*.

CALCINATIO PHILOSOPHICA seu SPAGYRICA, est, cum cornua, ossa aut ungulæ, super aquam fervent̃em per aliquot horas suspendantur, donec omnem mulcilaginem amiserint & facile in pulverem tundi queant. B. Philosoophyse Calcinatie. G. Philosophische Kolen brennung. Gall. & A. *Philosophicale Calcination*.

CALCULUS, est præter sanitatem in corpore humano lapi-

lapidosa concretio, quæ sæpe in renibus, testiculis aliisque in partibus, ex particulis acidis salinis & terrestribus concretis generatur. Steen. G. Blasenstein. Gall. *Pierre dans la vesie.* A. Stone in the bladder.

CALDARIUM, Idem quod *Laconicum.*

CALENDULA, nomen accepit, quod singulis fere calendis floreat: sed alii putant, quod sit corruptum nomen à Caltha, seu Calthula. B. Goudş-bloem. G. Ringel-blumen. A. Marigold.

CALIDUM INNATUM, vide *Emphytum thermum*, aut *Biolychnium.*

CALLICREAS sive PANCREAS, est Glandula conglomerata, sub ventriculi parte posteriore collocata: longitudinem habet trium aut quatuor digitorum in homine; tenui membrana à peritonæo investitur: terminatur in homine juxta ductum communem bilarium in intestinum duodenum ex cujus ductu lympha volatilis & insipida effunditur: Verum *Sylvius de le Boe* cum Discipulo suo *de Graaf* succum acidum & subacidum, quandoque austerum & dulcem inveniisse se dicunt, inde quoque originem ferè omnium morborum deducunt: Sed sciendum hoc fortasse fuisse observatum cum vix unus ex centum hominibus exactè sanus reperiatur. De hac quæstione vide Anat. nostr. Ref. Usus est, succo suo volatili chylum subacidum & bilis amarorem temperare, fermentare & volatilizare, ut tandem dulci sapore venas lacteas subeat & ascendat. Componitur, ex καλὸν pulchrum, & κρέας quasi diceres carnem formosam. B. Alvleiş / groote klier / heel-vleiş / Buikklier-bedde. G. Die grose Druse. Gall. *Le Pancreas.* A. The sweet taste, all flesh, sweet-bread, the pancreas, or the Birr.

CALLIGONUM, Idem quod Polygonon. Ex καλὸς pulcher, κάλλιον melius, & γόνυ genu, quia geniculata est herba.

CALIX, CALICES sunt oculi sive gemmæ florum prodromi, ut oculi Populi arboris: Vel est folliculus, quo flos primum, mox seminis fœtus clauditur. Vide *Alabastri.*

CALLIONYMUS, est lilium convallium, ex κάλλιον melius & ὄνομα nomen.

CALLITRICHUM, seu POLYTRICHUM, est herba capillaris, dicta quod capillos pulchè tingat. Ex καλὴ pulchra, & θρὶξ capillus, vide *Polytrichum.*

CAL-

CALLUS, est species tumoris sine dolore, cuti similis, ex nimio labore contractus. Gr. πήρωμα, πήρωσις, τύλος. Belg. **Een weere / eelt.** G. Dicke Haut / Schwiele an Fussen. Gall. *Cal*, *Durillon*. A. An hardnes in the Skin.

CALOMELAS, est Mercurius dulcis, qui aliquoties sublimando elevatus fuit, sed unde nomen habeat, ἐπίχω: videtur derivari ex καλὸς pulcher, & μέλας niger, quæ compositio nominum nihil significat.

CALOR NATIVUS, vide *Biolychnium*.

CALTHA, seu *Calthula*, quam vocem deinde corrumpentes officinæ in *Calendulam* immutarunt. Quamquam verisimile etiam sit, sic nominatam esse, quod omnium mensium Calendis, fruticare comperiatur. Atque hinc fit quod nonnulli florem omnium mensium appellent.

CALVA, *Plin.* Calvaria. *Celso*, Cranium, κρανίον, quod cerebrum integat quasi κράνος id est Galea, πῶλος, κόγχος *Lycophr.* σκάφος *Aristoph.* κῦτος, est integumentum capitis osseum. Vide *Cranium*. B. **Het hooft-scheel / pan van 't hooft / bekkeneel / hooft-schotel / herzen-bekken.** G. Hauptschedel / die Hirnschale. Gall. *Crane*. A. The Scul. Item pars capitis capillata superior, quæ à morbo vel senectute primo calvescit. B. **De kruine / bles.** G. Das oberste des haups. Gall. *Le Sommet de tête*. A. The top of the head which useth to be bald.

CALVARIA, Idem quod *Calva*.

CALVITIUM & CALVITIES, apud Græcos vocatum est Φαλάκρωσις, & Μαδάρωσις, quod quidem vitium nihil aliud est, nisi depilatio capitis ætate hominibus adveniens. B. **Kaal-hoofdigheid.** G. Eine Kahle / glatze. Gall. *Chauvete*. A. Baldnes.

CALX, Plauto. CALCANEUM Virg. item πτέρνα, Σκέλις, est secundum os tarsi in pede, reliquis magnitudine & robore præstantius, oblongum & versus posteriora protensum, ut ei firmius homo insistat, nec lapsu facili retrorsum concidat. B. **De versenen / de hiel.** G. Die versen / unter theil des Schenckels. Gall. *Le Talon*, *le Calcaneain*. A. The Heel bone.

CALX, Chymicis quoque dicitur quilibet pulvis, per humiditatis ablationem, in partes tenuissimas ac velut impalpabiles redactus, idque intelligendum est de *Metallis*, *Mineralibusque* corrosis, iterumque calcinatis, ut de calce

salis, antimonii, &c. sicque nonnulli lapides in' calcem comburuntur, seu uni nostrum cuique notum. Nec non *Vegetabilium* cineres, qui sunt substantiæ terreosalinæ, & *Animalium* cornua, ossa, &c. per ignis torturam partibus volatilibus spoliata, à nonnullis nominantur *Calces*. B. Kalk. G. Kalck. Gall. *La Chaux*. A. Chalke, Lime.

CAMARIUM, vide *Fornix*, ex καμάρα fornix, testudo.

CAMAROSIS, est cranii ictus, in quo ossis portio aliqua, in testudinis formam, suspensa relinquitur, estque quintuplex: 1. cum frangendo os unum deprimitur, & alterum elevatur. 2. quando os absque fissura deprimitur, quod infantibus proprium. 3. est contusio, in qua margines sunt depressi & ossis medium in fornicis speciem elevatum, remanente inferius spatio vacuo. 4. depressio semet sponte elevat eo tempore cum os adhuc sit membranaceum, atque plectri speciem conservat donec ossificari incipit. 5. quando tabula secunda est depressa, & prima semet in priorem statum reducit, à καμάρα testudo. B. Verwelffelbzeuk. G. Hirnschal-bruch. Gall. *Rompure de voute*. A. The Skull broken and become like a vault.

CAMBIUM, est humor secundarius secundum *Avicennam*, qui inter Arabum humores recensetur, cujus usus erat, partes nutrire: primus dicebatur humor *Ros* sive *Innominatus*: Secundus, *Gluten*: & tertius, qui proximè in alimentum convertebatur, *Cambii* nomine veniebat: Sed ea figmenta, inventâ à nobis circulatione sanguinis per tubulos, planè concidunt. Nisi per *Rorem* intelligas Chylum, per *Gluten* particularum quietem, & per *Cambium* Chyli assimilationem.

CAMELINE, quibusdam *Myagrion*, forte sic dicitur, quod à Camelis valde appetatur. Κάμηλος enim est Camelus.

CAMELOPODIUM, est *Marrubium*, quasi diceres pedem cameli: ex Κάμηλος camelus, & πούς pes.

CAMERATIO, Idem quod *Camarosis*.

CAMOMILLA, corruptè, sed melius *Chamæmelum*, vide suo loco.

CAMPANULA, sic dicuntur plurimi flores, qui Campanulam referunt, vide *Cervicaria*.

CAMPHORA & CAPHORA, Veteribus incognita: gummi est alicujus arboris in Sumatra propè Baros. Procera arbor est & densa, ædificiis struendis perutilis; Caudex

dex recte ascendit: Ramos ordinatè explicat: folia sunt magna, carnosa, anterius acuta, camphoramque spirantia. Fructus formosi sunt avellanæ nucis magnitudine, oblongè rotundi, tenui tunicâ cincti, quæ rursus, instar nucum avellanarum, alteri tunicæ eleganti forma includitur, colore rubro, purpureo, flavo & viridi, integrum fructum contegit, & tulipæ instar superius sese aperit. Postquam arbor ista fuerit caphorâ dives, à foliis, cortice, & externo ligno spoliatur, usque ad medullam, quæ finditur, in qua caphora eleganti forma, coagulata & crystallina reperitur. In China & Borneo etiam nascitur, sed in *Japonia* alia colitur arbor, quæ caphoram præbet, folio tenuiori, molliori, diutissimèque odorem camphoræ spirante. Ex radicibus quoque cinamomi caphora elicitur, quod habeo ex Viris fide dignis. Non nego tamen aliam hujus gummi esse arborem, fruticem aut plantam, nam ex ipsa salvia prolectam vidi. Est gummi ex albo pellucidum, graveolens ex China, Japan, aliisque locis ad nos delatum: Omnium optimum dicitur, quod ex Borneo venit, sed ob pretium nimium fortè huc non adfertur. Facile accenditur, & si conservetur in thecis apertis disparet. B. **Campher.** G. **Kampffer.** Gall. *Camfre.* A. Camphire.

CAMPHORATA, seu *Camphoratum*, est Abrotanum, sic dictum quod Camphoram oleat.

CANALES, sunt ductus, per quos liquores transeunt: ut sunt ductus Salivales, Bilarius, Hepaticus, Pancreaticus, &c. Gr. πόροι, ductus. B. **Riolen / buisen.** G. **Canäle / Röhre.** Gall. *Canals, Conduits, Tuyaux.* A. Channels, or ditches.

CANALICULUS ARTERIOSUS, est vas inter arteriam pulmonalem & arteriam magnam in fœtibus, quod in adutis obliteratur: Usus in fœtibus est ut ex arteria pulmonali per canaliculum hunc sanguis in arteriam magnam exoneretur, ex eo quod sanguis, (quia fœtus in utero aëre non respirat) in pulmonibus non accenditur. **De slagaderlijke buis.** G. **Der puls-ader kanal.** Gall. *Canalicule arterioſe.* A. Arterious vessel.

CANCAMUM, Quidam Laccam esse putant, alii animam gummi. Dioscoridi est Arabicæ arboris lachryma, Myrrhæ quodammodo similis, viroſi gustus: quod ad suffimenta usurpant.

CANCER, vide *Carcinoma.*

CANCER, est species fasciarum, quæ capiti tegendo,

inservit. B. Kreeft-band. G. Krebs-windel. Gall. *Cancer*. A. Crab swate.

CANDELARIA, seu CANDELA REGIA, est Verbascum, quod etiam φλὸξ, Flamma & Cereus appellatur, quod cerei in modum flosculis suis se erigat. Vide *Verbascum* & *Phlomos*.

CANDISATIO, soli competit saccharo, quod in aqua solutum, purificatum, atque quadantenus inspissatum, in crystallos concrescit, idque candisari vocant. Imponunt autem solutioni nonnunquam res medicamentales solidas, ut crystallis illis saccharatis obducantur, easque confectionibus adnumerant. B. Candelisering. G. Kandelizirung. Gall. & A. Candying.

CANDUM, melius *Canthum*, saccharum dicitur in crystallos redactum, vulgo *Saccharum candi* sive *candum*, *canthum*, id est *angulosum*, *candium*, *crystallinum*, *lucidum*. Estque saccharum depuratum, candisando in crystallinam formam sec. art. redactum, ad modum quo salia crystallisantur: Est pro viliori vel depuratiori saccharo vel rubrum, vel album, à κάνθος angulus. B. Kandy-suiker / Stok-suiker / quia bacillos ollis imponunt, ut nempe crystalli ex syrupo spissiori iis adhæreant. G. Zucker-kandey. Gall. *Sucre de Candée*. A. Sugar-candy.

CANELLA, vide *Cinamomum*. Videtur nobis derivari à Canna, hinc *Cannula* & *Canella*; sunt enim cortices Cannam referentes.

CANICÆ, sunt furfures, vel potius farina secundaria, quæ ex furfuribus, & pane constat, hoc est cui flores cribro adempti sunt. Sic dicitur, quia canes iis pascerentur: hinc *Panis Canicaceus*.

CANICIDA, est Aconiti venenosi species: sic dicitur, eo, quod canes exinde moriantur. Ex canis, & cædo, vel cedo.

CANINA BRASSICA, est *Mercurialis*. Gr. Κυνοκράμβη.

CANINA LINGUA, idem quod *Cynoglossum*.

CANINA MALUS, idem quod *Mandragora*.

CANINA SENTIS, idem quod *Cynosbaton*.

CANINA APPETENTIA, vide *Cynodes Orexis*.

CANINI DENTES, vide *Dentes* & *Cynodontes*.

CANINA RABIES, idem quod *Hydrophobia*.

CANIRUBUS, quasi *Rubus Caninus*, idem quod *Cynosbatos*.

CANIS CEREBRUM, est *Antirrhinum*, quia folliculi seminales canis capiti mortuo & osseo similes sint.

CANITIES, est mutatio capillorum ad colorem album ante legitimam ætatem. Canities vero duplex adhuc est: altera quæ secundum ætatis cursum obvenit: altera vero quæ vitiosa, & morbosa ab *Aristotele* nuncupata est. B. **Grysheid.** G. Grawe/ oder Weisse Haar. Gall. *Blanchissure de cheveux.* A. Grayhaird.

CANNA & CANA, apud Hebræos *Kanech*, calamum significat, unde hoc nomen originem habere videtur.

CANNA MAJOR, idem quod *Tibia.*

CANNA MINOR, idem quod *Fibulæ os.*

CANNABINA, est Eupatorium Cannabi simile.

CANNABIS, quasi Κάναβος dicitur, quod circa fonticulos, sparsasque scaturigines, spontè & sata luxuriet: κάναβοι enim fontes sunt. multiplici rivo sparsi, alii deducunt à canna, quia cannæ instar ejus truncus cavus sit, *Barbaris* & *Vulgo Canapus Sativa* Gr. Σχοινοστρόφον, quod magni in vita usus sit ad robustissimos funes texendos. *Sylvestris*, Latini *Terminalem* vocant.

CANON, est instrumentum Chirurgicum, quo, mediante acu, vulnera hiantia consarciuntur: Est rectum vel curvum, pro varia vulnerum φάσει. B. **Een kanon**/ ob similitudinem. Item, **Een gevenstert naeppijpjen.** G. Röhrlein.

CANTABRICA PLINII, eam putant esse Scorsoneram, in Hispania primum inventa est, per Divi Augusti tempora, idque à Cantabris, unde nomen retinuit.

CANTHUS sive HIRCUS, est angulus oculi, qui vel major sive internus, vel minor sive externus. Gr. κανθοὶ. Quorum qui ad nasum sunt, ῥαντῆρες & πηγαὶ appellantur, quod inde lachrymæ effluunt: & qui ad tempora, παρωπιαι *Poll. Nicandro.* B. **De oog-hoek/ oogwinkel.** G. die Augen-winckel. Gall. *Coin de l'œil.* A. The corner of the eye.

CANTUM SACCHARUM, vide *Candum.*

CANUM CERASA, vide *Xylosteum*, est Periclymeni species.

CAPELLA, idem quod *Cupella.*

CAPHORA, idem quod *Camphora.*

CAPILLAMENTA, sunt filamenta illa tenuia, in florum medietate surgentia: seu particulæ teretes & oblongæ, in capilli modum extenuatæ. B. **De draadjes.** G. Die Fäselein mitten in der Blumen. Gall. *Filets.* A. Threads

CAPILLARIA VASA, sunt vascula minima capilli speciem referentia. B. Hairige vaatjes. G. Haar'kleine gefässlein. Gall. *Le Vaisseaux capillaire.* A. Capillary vessels.

CAPILLARIS HERBA, sic vocatur Capillus Veneris, Capillus terræ, Capillus aureus, Muscus capillaris, Trichomanes &c. idque ob capillorum ferè similitudinem.

CAPILLATIO, est ossis cranii fracturæ species, sensum plerumque fallens, ferè latens, quia non facile se ostendit, mortis causam sæpe adfert: sic vocatur, quia fractura capillum refert. B. Een Hair-scheur. G. Ein Splitter der Hirnschalen.

CAPILLORUM DEFLUVIUM, idem quod *Alopecia.*

CAPILLUS, ac si diceres capitis pilus. Hoofd-hair. G. Haupthaar. Gall. *Cheveux.* A. The Hair of the Head.

CAPILLUS AUREUS, est *Polytrichum:* idque à similitudine capillorum, & aureo colore.

CAPILLUS VENERIS, appellatur, fortè, quia illa planta pudendi muliebris pilos quodammodo referat: vel à speciosis reddendis capillis: nec alio nomine Veneris vox adjecta est, quam quod hæc pulcherrima pingatur. B. Venus-hair / Vrouwen-hair. G. Frauwen-haar. Gall. *Polytric, Rue de Mur, Gurguet.* A. Venus hair, Maiden-hair.

CAPISTRUM, est fascia quædam Chirurgica, quæ capiti, in prolapsu, aut vulnere maxillæ inferioris, accommodatur. B. Een Hoofd-zwagtel / Hoofd-lap / Halster-band. G. Haupt windel. Gall. *Capeline, Chevestre, Bandette de tête.* A. Head-swadling-band.

CAPITA, circa herbas denotant rotunda illa seminum, aut florum receptacula. Vide *Codia.*

CAPITELLUM, vide *Alembicus.*

CAPITILUVIUM, est liquor quo caput lavatur. Comp. ex *Caput & Lavare.* B. Een Hoofd-wassinge. G. Hauptwaschung. Gall. *Lavement de tête.* A. Washing of the head.

CAPITIS DOLOR, idem quod *Cephalalgia.* Vide *Cesebaria.*

CAPITIS GRANUM, est *Staphisagria:* sic appellatum, eo quod capitis pediculos enecet.

CAPITULUM MARTIS, est Eryngium, procul dubio, quia capitula habet armata, spinosa, & martialia.

CAPNITES, CAPNIUM, & CAPNOS, est *Fumus Terræ,* seu *Fumaria.* Ita dicunt vocari, quod ejus succo, si ocu-

si oculi irrigentur, lachrymæ, ut à fumo acri, extundantur, deducitur ἐκ τῶν καίω καὶ πνοὴ, ut proprie sic dicatur ἢ ἐκ τῆς καύσεως πνοὴ: aut παρὰ τὸ κάπτω seu κάπω τὸ πνέω. Vide *Fumaria.*

CAPPARIS, quibusdam placet à Cypro dici, ubi abundat. Alii denominationem trahunt quod copiosa & pulchra in campo nascatur, non autem locis præruptis. Ergo erit Capparis, M. mutato in P. sed minus rectè: potius à καππαύειν, quod idem est ac καταπαύειν, sedare, quia furoribus medeatur. Nam est vox apud Aristophanem antiquissima: itaque non à campis, neque ab infimi sæculi vocibus barbaricis. B. **Kapper-boom.** G. Kappern-baum. Gall. *Cappres.* A. The Caper-tree.

CAPREOLARIA VASA, dicuntur ea, quæ in modum Capreoli incedunt, ut sunt vasa sanguinea testiculis & ovariis dicata. B. **Wijnranks vaatjes.** G. Gäbelein-gleiche Gefaßlein. Gall. *Vaisseaux capreolaire.* A. Wreathed vessels.

CAPREOLI, sunt ligamenta contorta, quibus plantæ nonnullæ dotatæ sunt, ut aliis sese annectant, uti est in vite, clematum, similacum &c. speciebus. B. **Klawieren.** G. Die Gäbelein. Gall. *Les tenons.* A. Clasp, or Tendrells.

CAPREOLUS AURIS. Vide *Helix.*

CAPRIFICUS, quasi diceres *Ficus capri*, fortè quia à Capris expetitur: vel à carpendo, quod parietes & maceries, atque adeo saxa ipsa sibi obstantia discerpat. Mart. *Marmora Messalæ scindit Caprificus.* Gr. Ἐρινεὸς, seu Ἐρινὸς, an ab ἔρις, quod cum ex arbore velut contendendum sit & luctandum, ut maturet fructus suos. B. **Wilde Vyge-boom.** G. Wild Feigen-baum. Gall. *Figuier sauvage.* A. The Wild Fig-tree.

CAPRIFOLIUM, est Periclymeni species: sic appellatur, vel, quod ejus folia à Capris avidè comedantur; vel quod extremi flexus sint capreolati. Belgæ tamen **Geitenblad** vocant, quasi hircum oleret, vel hirco quid simile haberet, vel, à capiendo, quod circumvolvendo ad se vicinas arbores aut frutices capiat, aut vocet. B. **Kamperfoelie/ Memmekens-kruid.** G. Geiß-bladt/ Speck-gilgen/ Zeunling/ Wald-gilgen. Gall. *Chevre Fueille.* A. Woodbind, hony suckle.

CAPSICUM, ejus variæ sunt species, plerumque pro pipere habetur Brasiliensi: & nomen hoc Actuarius accepisse credit, à κάπτω, quod semen hujus non tantum mordeat,

deat, sed urat. Vel ἀπὸ τ κάψης, quod in capsula seu folliculo, ac quasi cista semen ferat.

CAPSULÆ ATRABILARIÆ, sive *Renes Succenturiati*, aut *Glandulæ suprarenales*, sunt corpora glandulosa, renibus superimposita. *Usus* eorum est ut lympham in suas cavitates suscipiant, ut sanguis crassus à renibus refluus, & sero maxima ex parte destitutus, diluatur, & ad cursum circularem fluidior reddatur. B. De nier-doosjes/ nier-klieren/ malè zwarte gal-doosjes. G. Die Schlieren an den Nieren/ oder Nieren Sacke. Gall. *Glandules des reins*. A. The Reins glandules.

CAPSULA CORDIS, idem quod *Pericardium*.

CAPSULA COMMUNIS *Glissonii* in Hepate, nihil aliud est quam membrana à peritonæo producta, cui porus bilarius & vena portæ in hepate simul includuntur. B. De gemeine doos van Glissonius. G. Das leber Fäßlein von Glisson. Gall. *Capsule commune de Glissone*. A. The common cover of Glisson.

CAPSULÆ SEMINALES, sunt extremæ, vasorum semen deferentium, capsularum instar, dilatatæ cavitates, quæ per duo foramina, semen à testibus receptum, in vesiculas seminales emittunt, ut in iis ad coitus tempus asservetur, vel per vasa lymphatica in massam sanguineam reducatur. B. Zaat-doosjes. G. Das Saamen Fäßlein. Gall. *Capsules seminales*. A. The extremities of the vosa diferentia.

CAPULUM, est palpebrarum, aliarumque partium contorsio, à κάμπτω contorqueo.

CAPUT, est tertius sive supremus venter, cerebri & cerebelli in qua anima habitare videtur, domicilium præcipuum. Quod in summo positum est, oculorum gratiâ. Extus ossibus tegitur & cute cum musculis. Laterales partes sinciput; posterior occiput, & anterior frons dicitur. Infra frontem sequuntur oculi, nasus, os, mala, mentum &c. B. 't Hooft. G. Das Haupt/ der kopff. Gall. *La Téte*. A. The head.

CAPUT, in vegetabilibus est id, quod sursum deorsumve in globum extuberat, aut in orbem glomeratur. Si magnitudine cesserit, *Capitulum* nominatur. Extremam tamen vitis partem *Caput* etiam vocant, id est, ultimum & productissimum flagellum.

CAPUT GALLINAGINIS, est quædam in urethra caruncula, per quam ex vesiculis seminalibus, tanquam per

duos

duos oculos ſemen in urethram excernitur. Atque ſic à ſimilitudine dictum. B. **Het Hennen-hooft.**

CAPUT MORTUUM, eſt reſidua illa materia, craſſa & ſicca, quæ in deſtillationibus præcipuè mineralium remanet: communiſſimè autem remanentiam vitrioli notat, vulgo *Colcothar*, & *Terra Damnata*. B. **De doode kop/ doode overſchot.** G. Der todten kopff. Gall. *Tête mort.* A. Dead head.

CAPUT-PURGIUM, idem quod *Errhinum*.

CARANNA, eſt reſina duriuſcula, tenax, non admodum glutinoſa, Tacamahacæ ſimilis, niſi quod ſit paulo odoratior, ſplendidior, liquidior & denſior. Adfertur ex Carthagine Indiæ occidentalis ſeu novæ Hiſpaniæ provincia, ubi ex vulnerata arbore elicitur, atque illinc foliis latis ac nervoſis inſtar arundinaceorum foliorum involuta ad nos pervenit. Sæpe iſtud gummi in cucurbitis excavatis quoque colligitur.

CARBO, vide *Anthrax*.

CARBUNCULUS, idem quod *Anthrax*.

CARCHESIUS, eſt laquei ſpecies, ex duabus conſtans habenis, vim habens æqualiter extendendi. Sic dicitur à funè qui in ſummo navis malo habetur, quem Gr. καρχήσιον appellant. B. **De mars-ſtuk.** G. Das Sägelloch-ſtrick. Gall. *Lacq d'hune*.

CARCINODES, eſt tumor Cancro ſimilis, ex καρκίνος cancer, & εἶδος forma. B. **Een kanker-gezwel/ de Wolf/ de Wet.** G. Ein umb ſich freſſend Geſchwer/ Wie der Krebs. Gall. *Ecrevice*, *Chancre*. A. A ſpecies of a cancer.

CARCINOMA, CARCINUS ſive CANCER, eſt tumor ſemper in glandulis productus, ab acribus & obſtruentibus humoribus ortum ducens, rotundus, durus, lividus, dolens, in principio piſi magnitudine, ſed poſtea gaudet venis circum ſe turgidis, pedeſque cancri referentibus, quamvis non ſemper. Ex καρκίνος cancer, & νέμω depaſco. B. **Kreeft-geſwel.** G. Der Krebs/ das Gefräß/ der Wolff/ Gall. *Ulcéré Chancreux*, *Caner*, *Chancre*. A. A Canker.

CARCINUS, idem quod *Carcinoma*.

CARDAMANTICE, dicitur & *Iberis*, & CARDAMINA, CARDAMINE, & CARDAMON, Naſturtii ſpecies, ex κάρδος δάμνω, quod caput tentat, acrimonia ſua dici volunt: quia ſinapi ſimile ſit. Malunt Alii ἀπὸ τὸ κέρας μύειν

μύω dictum, quod oculorum pupillas coëuntibus una palpebris, abscondat. Iterum alii ἀπὸ τ̃ καρδίας, quod foveat cor, & in syncope illa, quæ cardiaca dicitur, plurimum valeat. Vel ἀπὸ τ̃ καρδάμου: imo verum Etymon ἀπὸ τ̃ καρδίας censeo: quod cordatos & sapientes efficiat.

CARDAMOMUM, habetur & *majus*, *medium* & *minus*. De majori duas species vidi, *vulgare* nempe quod oblongis folliculis includebatur, magnitudine seminis, quod in minori concluditur: Nigrum erat uti aloë succotrina; sapore cubebem fere æmulans. Vulgo *Grana Paradisi*. B. **Paradys grein.** G. Paradießkörner. Gall. *Grain de Parady*. A. Grains of Paradise, Greater Cardamom. Altera species concludebat semen in duobus folliculis, colore & magnitudine cannabis semini non cedens, sed sapor idem. Primo intuitu videbantur mihi esse nuces avellanæ, suis calicibus externis viridibus & exsiccatis, inclusæ. Sed unicus calyx duos folliculos comprehendebat. *Medium* necdum vidi. Sed *Cardamomum minus vulgare*, minoribus includitur folliculis, albis & tripartitis, non piperem sapore æmulans, sed magis Aromaticum veluti ex caryophyllis & caphura, à κάρδαμον & ἄμωμον, habens ob saporem, cum cardamo, & amomo similitudinem, vel dictum putant quasi nasturtium suave. Sed verisimilius nomen accepisse ab exotico vel Arabico verbo Cordumeni. B. **Kleine Kardamom/ Paradys-koorn.** G. Cardamömlein. Gall. *Meniguet*, *Petit Cardamom*. A. Cardamom, grains of paradise.

CARDAMON, Græcè, *Nasturtium sativum* Latinè sonat. Barbari nostræ ætatis Herbarii *Cressionem Hortensem* vocant. *Cardamon* vero Græcis nonnulli dictum esse arbitrantur à καρδία corde, quod ejus morbis medeatur: vide *Cardamina*. Alii diversa ratione usi, sic dictum quod caput suo calore & acrimonia tentet, quasi καρδάμον putant. Nam arcem mentis obsidens sua ferit acrimonia, & ignea vi præditum caput tentat. Vide *Nasturtium*.

CARDIA, seu κάρδη, est Cor, sive musculus principalissimus, sanguini duntaxat circumferendo destinatus: vide *Cor*, à καρδαίνω palpo, vibro, ideo etiam pro καρδία dicitur καρδία. B. **Het Hart.** G. Das Herß. Gall. *Cœur*. A. The heart. Vocatur interdum *Stomachus*, sive sinistrum ventriculi orificium. B. **De krop van de Maag.** G. der Mund von den Magen. Gall. *Bouche de ventricule*. A. The Mouth of the stomack.

CA-

CARDIACA, est planta, sic dicta quod morbis cordis, vel potius stomachi medeatur, καρδία enim cor est. B. Hertgespan. G. Hertz-gespan. Gall. *Agripoulme*. A. Motherwort.

CARDIACA PASSIO, *Cardiacus morbus*, *Cardiaca & Stomachica exolutio*. Idem quod *Cardialgia*. Item est suffocatio cordis ex polypo, vel sanguine coagulato &c. à καρδία Cor. B. Een hartstilling. G. Hertz erstickung. Gall. *Suffocation de cœur*. A. Pain of the heart, or mouth of the Stomack.

CARDIACUM seu CORDIALE, est Medicamentum, cor (ut olim putabant) roborans: Sed potius blandam fermentationem sanguini inducens, qua spiritus exhausti reficiuntur, unde circulatio per consequens benignior & facilior redditur, ex καρδία cor, & καίω uro. B. Een hartsterking / sed malim, bloed-sterking. G. Ein Hertz-stärckend träncklein. Gall. *Cardiaque*, *potion cordiale*, *cordial*. A. Cordial Medicines.

CARDIALE, idem quod *Cardiacum*.

CARDIALGIA & CARDIOGMOS, Plinio *Rosio Stomachi*, est morsus, rosio aut contractio nervi paris vagi & intercostalis stomacho inserti, à materia vellicante in ventriculo contenta, ita ut cor, ob consensum, angustatum, & contractum, Lipothymiam patiatur. Vide *Cardiaca passio*, à καρδία cor, & ὀδύνω doleo. B. Maag-pyn / herte-pyn / herte-wee. Das Magendrucken / Hertz-wehe. Gall. *Douleur de stomac*. A. Pain of the Heart, or mouth of the stomack.

CARDINALIS FLOS, sive Trachelium Americanum, sic appellatur quod istius floris color summè rubicundus Cardinalium vestimenta æmuletur, præsertim sole meridiano.

CARDIOGMOS, Idem quod *Cardialgia*, ex καρδία cor, & ὀδύνω doleo.

CARDOPATIUM, vide *Chamæleon*.

CARDUUS, an à *Cactos*? est herba spinosa.

CARDUUS FULLONIUS, vide *Dipsacus*.

CARDUUS SUARIUS, vide *Chamæleon*.

CARDUUS VARIUS, vide *Chamæleon*.

CARDUUS SUARIUS & VARIUS: officinis & Barbaris Cardopatium appellatur: quod nomen haud dubiè corruptum est, deductumque à dictione *Pantration*, nàm sic olim esse nominatum Chamæleonem Apuleius testatur:

ſtatur: aut à carduo vario, à qua dictione, *u* ſc. littera in *p* & *r* in *t* mutata, in *Cardopatium* facilis eſt lapſus. *Suarius* porro carduus dictus eſt, quod ſues ſi in polenta exhibeatur, perimat.

CAREBARIA, eſt Cephalalgiæ ſpecies, ſeu gravitas capitis, ex κάρη caput, & βαρὺ grave. B. Hooſts ſwaarheid. G. Haupt wehe. Gall. *Doleur de tête.* A. Heavineſs of the head.

CAREUM, nomen habere refert Dioſcorides ex regione Cariâ, nunc Lango: ubi abunde creſcit. Dicitur etiam *Caros* & *Carui.*

CAREX, eſt Junci acuti ſpecies, in arenoſis tumulis circa mare ſuccreſcens, deducunt à caro: fortè ob ſolida folia. B. Helm. G. Reit Graß. Gall. *Glayeul de Marais.* A. Sedge, ſheer-graſs. Burr-reed.

CARICA, ſic ficus vocatur à Caria natali ſolo.

CARIES, TEREDO, TEREDUM & PÆDARTHROCACE, eſt oſſis cancer ſeu corruptio & exeſio, ab humoribus acribus, ibidemque ſubſiſtentibus. B. Beenbzeter / opeten der beenen. G. Beinfeule / beinfreſſer. Gall. *Carie, Pourriture & vermoliſſure des os.* A. Rotteneſſe, of the bones.

CARLINA ſeu CAROLINA, à Carolo Magno, primo ejus nominis Romanorum Imperatore, cujus exercitus uſu hujus radicis liberatus, & præſervatus à peſte olim fuiſſe fertur.

CARMINANTIA ſeu CARMINATIVA, dicuntur flatus diſcutientia, ut ſunt Aniſum, Fœniculum, Leviſticum &c. B. Wind-dzyvende middelen. G. Wind-treibende mittel. Gall. *Carminatives.* A. Carminative Medicines.

CARMINATIVA, vide *Carminantia.*

CARNEOLUS, vide *Sardius Lapis.*

CARNOSA MEMBRANA, dicitur ea, quæ contractam volam explicat. B. Vleeſig Vlies. G. Fleiſch Hautlein. Gall. *Membrane quarte.* A. Carnous membrane.

CARO, eſt ſubſtantia muſcularis, conſtans ex fiſtulis, ſanguinem ex arteriis accipientibus, inque venas revehentibus. Veteribus dicitur quintuplex *Muſculoſa*, *Fiſtuloſa* ſive *Fibroſa*, ut in muſculis & corde. *Parenchymatica*, ut pulmo, hepar, lien. *Viſceroſa*, ut inteſtina. *Glanduloſa*,

ut

ut pancreas, glandulæ mammariæ, salivares &c. *Spuria* ut Gingivæ, labia, penis Glans, &c. Gr. σὰρξ & κρέας, sed illa distinctio nullius est momenti, cum nulla caro sit, nisi musculosa. B. Vleeſ. G. Fleisch. Gall. *Cheier.* A. Flesh.

CARO', etiam significat substantiam istam molliorem fructuum succulentorum, quæ cortici subest, quam alias pulpam vocamus, ut *Pulpa* vel *Caro Cassiæ*, *Cydoniorum.* B. Vleeſ. G. Fleisch. Gall. *Cheir.* A. Pulp.

CARO QUADRATA, sive CAROS, idem quod *Careon.*

CAROTA & CARYOTA, credunt à Germanica voce derivari *Gar root*, hoc est totum rubens, quia radix intus & extus obscurè rubet: sed errant, nam à Græcis vocem hanc mutuati sunt Romani: derivatur enim à *Ceras*, sed Dores *Caras* dixerunt.

CAROTIDIS *Arteriæ*, est externa, vel interna: Externa quæ juxta cor assurgens, in duos ramos dispescitur, quorum exterior ad fauces, faciem, capitis verticem, & retro aures variè distribuitur, alter vero ramus apparatu quodam velut mechanico, os cuneiforme pertransit, in eo enim peculiaris in utroque latere canalis insculpitur in quo arteria illa in majorem cautelam tunica insuper ascititia crassiore investitur, sic igitur ductu instar S duplicis Canali osseo elapsa, tunicam ascititiam deponit, & τῷ ἐγκεφάλῳ suo sanguine prospicit, circa nervum igitur ophthalmicum ascendens, ad latera porrigitur, deinde ad anteriorem cerebri regionem intra ductum nervorum olfactoriorum: Ultimò ad posteriora protenditur & juxta medullam oblongatam & spinalem medullam cranio exiens, eam suo liquore ad os sacrum usque irrigat. Olim arteriam illam vertebralem seu internam vocabant eo quod putarint eam ascendere & cranio immisso cum carotide conjungi, quod tamen juxta accuratiss. *Willisium*, secus experimur. *Soporales* seu *Carotides* vocantur, quia si vinculò constringantur, ilico affectus soporosi excitantur: Veteres enim malè soporem ordinarium inde produci existimabant. *Carpo* & *Cello* Σφαγίτις appellantur, id est jugulares, à κηρόω soporem induco. B. Dekzop-ſlag-ader/ de ſlaap-ſlag-ader. G. Die Schlaffpuls ader: Gall. *Arteres carotides.* A. The carotik Arteries.

CARPENTARIA, in Gallia vocatur, propriè *Herba Judai-*

Judaica, sic dicitur quod fabri lignarii eâ vulneribus medeantur: *un charpentier* enim est faber lignarius, eo quoque nomine *Nasturtium hyemale* appellatur.

CARPESIUM, qualis sit planta inter Eruditos disquiritur, alii cubebem volunt, alii Ruscum, alii aliud quid. Gr. Καρπήσιον, à κάρφω festuca tenuis vel palea, quæ in frugibus aruit: vel è κάρφη cum verius de caulium quam radicum sarmentis dici videtur.

CARPIA, à Gallica voce *Charpie* originem ducit vulgò *Carpie*. Latinis *linteamentum carptum*, vulsumve è linteis concerptis: *Linamentum rasile*. Gr. πλατὺς μυτὸς, διάσυρμα *Æginetæ*, πλυμὸς *Assyrio*. *Delinamentum sanarium*, est concerptum linamentum, quo vulneri ulcerive immisso sanies inanitur. ἴμασυρμα μυτὸς *Hippocrati Linamentum rasile*, è lanugine linteorum erasa conficitur. ξυστὸς μυτὸς, ξύσμα *Erotiano*, ἄχνη ὀθονίου *Hippocrati*. B. **Geschraabde wieken.** *Linamentum tortile* è materia contorta fit. στρεπτὸς μυτὸς. B. **Geschraade wieken**/ vulgo **pluksel.** G. Pluckſel. Gall. *Carpy*. A. Lint.

CARPINUS, est Aceris species, putatur dici à carpo, vel à κάρφω sicco, quia lignum habet siccum. B. **Jok-hout**/ **Jok-boom**/ **Wiel-boom**/ **Hane-beuk.** G. Hanen-buchen/ Stein-buchen. Gall. *Carpene*, *Haistre*, *Hestre*, *Charme*. A. The Horn-beam, or hard beam tree.

CARPOBALSAMUM, est Balsami fructus. Ex καρπὸς fructus, & βάλσαμον. Vide *Balsamum*.

CARPUS, vulgo BRACHIALE, prima palmæ pars *Cesso* καρπὸς, κλὶς *Hesich*. est pars brachii inter partem inferiorem cubiti & manus: Constat ex officulis octo, quibus cubitus manui connectitur. B. **Voor-hant.** G. Das Gelenck na der hand. Gall. *Le poignet*, *l'avont bras*, *Le carpe*. A. The wrist.

CARTHAMUS, sive CNICUS: an à καθαίρω purgo, & alvus? vide *Cnicus*.

CARTILAGO, est pars alba, ligamento siccior, duriorque; osse vero mollior, dicitur vulgo similaris & spermatica, sed falsò, quia non magis ex semine conficitur ac cæteræ partes; articulationem faciliorem reddit, partesque varias ab injuriis externis defendit. Gr. χόνδρος & B. **Kraakebeen**/ **knoor-been.** G. Krôspelbein/ knorpel. Gall. *Cartilage*. A. A Cartilage, or gristle.

CARUM, & CARUUM, vide *Careum*.

CA-

CARUNCULÆ LACHRYMALES, idem quod *Caruncula oculi.*

CARUNCULÆ MYRTIFORMES, sunt orificii vaginæ muliebris corrugationes, seu membranosæ inæqualitates nullo certo numero comprehendendæ, quæ in parturientibus, & post partum ita obliterantur, ut earum vestigium vel minimum non remaneat. Ut plurimum conspiciuntur quatuor. B. **Vleisige heuveltjes.** G. Myrten-gleiche bißlein Fleisch. Gall. & A. *Caruncles mirtiformes.*

CARUNCULÆ OCULI, sunt glandulæ, utrique cantho majori appositæ humiditatem pro oculis humectandis, secernentes, & lachrymarum nomine veniunt, quæ deinceps per puncta lachrymalia, ossi nasi insculpta, in nares exonerantur, externa *innominata* & interna *lachrymalis* dicitur. B. **Oog-klieren.** G. Der augen schlieren. Gall. *Caruncules des yeux.* A. Caruncule of the eyes.

CARUNCULÆ PAPILLARES, sunt corpuscula exigua in renibus, numero decem; propriè sunt fasciculi à concentratione canaliculorum, ex quibus renum substantia maximè constat, orti, qui serum à canaliculis recipiunt & in pelvim deducunt. B. **Tepelwyze kliertjes.** G. Tütt-lein gleiche schlieren. Gall. *Caruncules papillaires.* A. Caruncules in the reins.

CARUS, est sopor in quo ægri vellicati, compuncti aut vocati, vix sensionis notas ostendunt, absque febre, Lethargo major, & Apoplexia minor est. Causa est obstructio vel compressio Pororum & Meatuum versus cerebri meditullium euntium & in corporis calloſi, limbo saltem extimo, sedem habentium, à καρόω soporem induco. B. **Slaap-zugt / slaap-ziekte.** G. Schlaff-sucht. Gall. *Grand Sommeil.* A. A Profound sleep.

CARYOCOSTINUM, est Electuarium, sic vocatum quod caryophyllos & costum recipiat.

CARYON, nux est cujusvis generis, sed præsertim juglandis: à κάρη caput, quia est fructus rotundus, instar capitis humani: vel quia capiti gravedinem adferat.

CARYOPHYLLATA: sic dicitur, quia ejus radix caryophyllos quodammodo sapit & olet; appellatur etiam *Herba benedicta* & *Sanamunda* à divinâ suâ efficaciâ. B. **Nagel-wortel.** G. Benedicten Wurtz. Gall. *Galiot.* A. Avens, Herb-Bennet.

CARYOPHYLLEUS FLOS, est planta floriflora, cujus

jus flores caryophyllos olent, unde nomen: nonnulli *Vetonicam* nominant. B. **Nagel-bloemen / Gzonoffels / Angelieren / Teste-bloemen.** G. Nagel-blumen/ Gras-blumen/ Nägelein-blumen. Gall. *Girofflée*, *Ouillets*, *Oeillets*. A. Gilli flower, or Clove July flower.

CARYOPHYLLI, GARYOPHYLLI, ac si diceres *Nucifolium*, nomen, quod ipsi rei neutiquam respondet. *Caryophyllorum* arbores propagantur maturo ipsorum fructu, qui non est vulgare illud *Caryophyllum*, in tabernis notum, illud enim rudimentum saltem est fructuum. Ipse fructus Aromaticus immaturus, non aliud videtur esse, quam quod verbi gratia, in rosa calicem, & quidem speciatim ejus capitulum, tandem fructum cynosbati constituit: hujus pars superior in quatuor cuspidulas divisa cum rosarum illo cortice lacinioso, Alabastri nomine noto, convenire videtur; ipse flos summitati huic innascens exterius quatuor crassioribus pelliculis involvitur; quæ invicem complicatæ globulum illum efformant, hisque se pandentibus flos demùm in conspectum venit, itidem quatuor foliolis primo candidis, deinde virescentibus; ex umbilico sive quadrato alveolo enatis constans, & multis staminulis albis, antheræ in modum, quasi totidem floseulis, prominulum ex umbilici medio apicem vel clavum ubique cingentibus, consitus. Baccæ quando è viridi aut pallido rubescere incipiunt, capitulum aperiunt, floremque ostendunt, & carum vindemia instat, quæ cratibus imponuntur, & latis Ari foliis tectæ per aliquot dies fumo macerantur, deinde in sole exsiccantur, donec fulvum illum colorem acquisiverint, quali vulgo cernuntur. Arbores sunt quibusvis Lauris celsiores, non frutices. Folia Lauro quoque simillima sed angustiora. B. **Nagelen / Kruidnagelen.** G. Nelcken/ Nagelein. Gall. *Clou des girofle*. A. Cloves. Fructus porro maturi, quadruplo ferè majores sunt & crassiores, vulgo *Antophylli* dicti: Nucleum continent durum majores sunt & magis ventricosi. B. **Moeder nagelen.** G. Mutter nelcken. Gall. *Antophyl.* A. Great cloves; est & alia species admodum rara, minori forma, sed magis denticulata, & vocatur nostratibus **Kzoon-nagelen** & **Koninx-nagelen.** Omnes illas species apud me prostant. Est & cortex quædam ex America, nisi fallor, allata, quæ & odore & sapore caryophyllis neutiquam cedit, vocaturque cortex caryophyllorum; sed cujus sit arboris necdum mihi constat. B. **Nagel-hout.**

hout. G. Nelcken holtz. Gall. *Bois de giroffle.* A. The wood of the clove tree. Sunt & alii *Caryophylli Plinii* dicti, rotundi, magnitudine ribium, colore fusco, facile friabiles, racematim Botri instar succrescentes. Folia habent magna. Sapor seminis intus conclusi, imbecillem caryophyllorum saporem refert. Dicuntur & *Garyophylli.*

CARYOPHYLLI PLINII, vide *Caryophylli.*

CARYOPHYLLUS, si verbum verbo reddas *Nucis folium* sonat, quo cum tamen similitudinem nullam habet: sed est potius fructus rudimentum, cui in fronte flos necdum apertus insidet.

CARYOTA, vide *Carota.* Credunt à Germanica voce gar-root nomen accepisse, fortè à caro, ob radicum rubedinem, quam cum carne habent. B. Karoten. G. Rothe Ruben / Rothe Pastenach. Gall. *Carotes.* A. Carot, vide *Carota.*

CASSIA FISTULA, *Nigra*, *Solutiva*, *Laxativa.* Istius fructus arbor est procera, instar juglandis, imo & folia ferè conveniunt, sed acutiora sunt, instar Persici foliorum. Flores producit subflavos, gratissimi odoris, postea sequuntur siliquæ rotundæ, lignosæ & oblongæ, non raro ulnam excedentes, colore nigro: Intus concluditur medulla nigra sive pulpa: Perplurima adsunt sepimenta, quibus & medulla & semina continentur. Nascitur in utraque India, imo & in Africa. Gr. κασία μέλαινα. Unde dicatur, non satis constat. An ἀπὸ κασσύματος, quod derma sive corium significat Myrepso, quo calcei solent κασσύνεσθαι? certè siliqua, sive arboris hujus fructus crasso satis operimento corticoso, coriaceo & satis duro constat. Alii cassam ab Acacia derivant sed male. B. Pyp-kassie. G. Cassien / cassiefistel. Gall. *La Casse en baton*, *Casse laxative.* A. The cassia or pudding pipe tree.

CASSIA LIGNEA, παρὰ τὸ κάσαι dictam volunt, quasi κοσμοῦσαν διὰ τῆς εὐοσμίας τὰς αἰσθήσεις: κάσαι est enim ornare, vel quod sensibus fragrantiam largiatur. Vocatur & *Xylocassia*, vide *Cinamomum.*

CASSUTHA, recentioribus Græcis *Cassytha*, *y* in *u* transeunte, ut ferè fieri solet, Latinis appellatur. Officinis & Herbariis nostræ ætatis hinc deflexa pristini nominis umbra, *Cuscuta* dicitur, cum primum *Cassutha*, dein conversa *Cascutha*, postremo *Cuscuta* cœperit appellari. Sunt qui *Podagram lini* vocant, quod quasi compedibus id cui insederit

derit illiget, nec vinctum eo facile possit extricari. Plinius ejus videtur meminisse iis verbis: est in Syria herba quæ vocatur *Cassythas*, non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis circumvolvens sese: *Cassytas* enim legendum non *Caditas*. Jam igitur memoria Plinii *Cassytas* herba suo nomine syriaco venerat in latium, quod multis postea seculis usurpantes tam Pœni quam Arabes, suis scriptis protriverunt, vide *Cuscuta*.

CASTANEA, à Castano Magnesiæ oppido; vel à Castanide terra nomen habet. Non dicitur à castitate, quod quidam opinantur. Quæ terra Castaneas nutrivit, Castalis Thessaliæ urbs, unde Castanea à terrâ Castanide urbe pontica, ubi copiosè provenit castanea. Malunt alii Κάσταιον à Castanâ Magnetiæ urbe dici. Alii Castanam urbem Apuliæ scribunt, non procul à Tarento, de quo non laboro. Sufficit ab urbe vel ab agro quodam nomen hoc accepisse, vocatur à Virgilio *Nux*. Nuces generaliter dicuntur omnia, tecta corio duriore, vocatur item Διὸς βάλανος, Σαρδιανὰ βάλανος, Λοπμὶν. *Sardianæ* quippe *Glandes* dicuntur, quoniam in Sardinia optimæ nascantur.

CASTOREUM, quid sit, ab extraneis nationibus vix sciri potest, quia Mercatores nostri illud emunt à nationibus, quæ illud iterum ab aliis habent. Alii testiculos, glandulas alii suspicantur. Anatomia detexit non esse testiculos, qui gallorum testes vix superant, sed veficulas esse duas sive folliculos, qui tam in maribus quam in fœminis, utrinque in inguinibus, statim sub cute, ovorum gallinaceorum magnitudine, & sæpe majores conspiciuntur, ex quibus liquor oleosus & gravi odore emanat, quem animal lingua lambit. Vesiculæ exiccatæ verum sunt *Castoreum*. Illud utraque India præbet. Gr. Καστόριον. B. Beverstum / bevergeil. G. Bibergeyl. Gall. *Le Castorée*. A. Castor.

CASTRATIO, est Testium excisio, seu privatio, ne quis coitui aliquid contribuere posset. Is qui castratus est, dicitur *Castratus* seu *Eunuchus*. B. Lubbinge. G. Außschneidung des heimlichen glieds. Gall. *Chastrement*. A. Gelding, or cutting aw ay, the stones.

CASUS UVULÆ, vide in *Cion*.

CATACLEIS, est costa prima, subclavicula dicta, ex κάτω infra, & κλεὶς clavis. B. De Opper-rib. G. Die Oberste Rippe.

CA-

CATAGMA, est ossium fractura, sive separatio continui in duris corporis partibus, quæ externè duro quodam instrumento, vi partem affligente efficitur; cujus differentiæ à forma, à parte & accidentibus desumuntur. B. Beenbreuk. G. Ein beins-bruch. Gall. *Fracture d'Os.* A. The breaking of bones.

CATAGMATICA, sunt Remedia ad fracturæ curationem necessaria, à κατάγω deduco.

CATALEPSIS, *Catochus*, *Prehensio*, aut *Congelatio* est, quando is qui corripitur, subito corripitur, & in quo situ positus erat immobilis manet, sive steterit sive sederit, sive aliter flexus fuerit, respiratione salva, salvo pulsu, apertis oculis sine motu, loquela aut sensu, nam rarum est si sermones aliorum intelligant, aut cibum vel potum, quem præbemus deglutiant; Verum inter externas causas sunt fulminis ictus, & acre frigus: à καταλαμβάνω prehendo, corripio. B. Zin-vang / leden sipving. G. Sinnenbenehmung. oder Unempfindligkeit. Gall. & A. *Catoche.*

CATALOTICA, idem quod *Cicatrizantia*, à καταλόω circatricem induco, vel deleo.

CATAMENIA, sunt menstrua muliebria, quæ singulis mensibus, ab intumescentia massæ sanguineæ inducta, turgescunt & foras prorumpunt; aliorum sententia est à semine in testibus generato & sanguini communicato. Quidam menstruorum causam lunæ motibus adscribunt, hoc autem concesso necessum foret, ut uno eodemque tempore, omnes simul menstruum fluxum paterentur. Menstrua incipiunt anno duodecimo, decimo tertio, vel decimo quarto: Desinunt vero, circa annum quinquagesimum, verum hoc exactè determinari vix potest. Supprimuntur in prægnantibus, & lactantibus: Regula tamen non est, ex κάτω infra, & μὴν mensis. B. De stonden / maant-stonde / Kardinaals muts / het goed / ongesteltenis. G. Monatliche reinigung / Monat-zeit / Frawen-zeit. Gall. *Les menstrue*, *sang menstrual.* A. Womans course, or monthly termes.

CATAPASMA, est pulvis fragrans, qui odoris sui causa vestibus inspargitur. Item pulvis fragrans qui post illinitionem, stomacho aut cordi applicatur, à καταπασσόω inspergo. Vide *Diapasma.*

CATAPHORA, idem est quod *Coma*, verum in eo differunt, quod *Cataphora* tanquam genus omnium stupo-

rum sine febri sumatur, à καταφέρω deorsum fero, quia ægrorum membra deorsum concidunt. **Slaap-ziekte/ slaap-zugt.** G. Die Schlafsucht. Gall. *Grand Sommeil.* A. A deep or dead sleep.

CATAPHRACTICA, est nomen alicujus fasciæ seu ligaturæ, quæ thoraci accommodatur. B. **Een middelyfs band.** G. Brust-windel. Gall. *Bandelette de poitrine.* A. Breast swaddle.

CATAPLASMA, est Medicamentum topicum pultis consistentia. Præscribitur ferè duobus modis, nempe vel per coctionem vel sine eâ. Illud fit frequentius hoc sæpe majorum est virium. In illo jubentur assumere vegetabilia, scopo convenientia, ut radices, herbæ, semina, flores, fructus &c. additis farinis appropriatis, aut illis omissis, quæ omnia in s. q. liquoris, v. g. aquæ, cerevisiæ, lactis, vini, &c. coquuntur ad pultis consistentiam. Hoc paratur ferè ex vegetabilibus minutim concisis, affuso tantum liquore sufficienti, eâ solum quantitate, ut respondeat consistentiæ pultis. Possunt hic quoque addi farinæ, mica panis, olea, unguenta, sicuti quoque in prioris generis cataplasmatibus, à καταπλάσσω fingo, formo, illino. B. **Een pap/ brye / cataplasme.** G. Ein Papp. Gall. *Cataplasme.* A. A Cataplasme, or pulteſſ.

CATAPOTIUM, vulgo *Pilula*, est Medicamentum internum; quod deglutiendo ad alvum subducendam & purgandam, in formâ pilularum assumitur, ex κάτω deorsum, & πίνω bibo. B. **Buik-zuiverende pillen.** G. Pillulen. Gall. *Pillules.* A. A Pill.

CATAPTOSIS, est Epilepsiæ symptoma cum homines derepentè in terram concidunt, à καταπίπτω deorsum cado, idem quod *Decidentia.*

CATAPULTA, Gr. καταπέλτης, ex κατὰ & πέλτη, jaculum, à πάλλω, jacio, vibro. Antiquis erat machina emittens tela, vel lapides.

CATAPUTIA, est Lathyrus, sic appellatur, quod in pilulis quibusdam sive Catapotiis semen ferat vel quod magis arridet, quod, ut inquit Dioscorides, ἐν καταποτίοις λαμβανόμενα in *Catapotiis sumpta*, grana purgant.

CATAPUTIA, quòd semen rotundum & purgans, in formam catapotii gerat.

CATARACTA, est duplex, *Incipiens*, seu *Suffusio*, vel *Confirmata* seu *Cataracta*, propriè dicta: *Incipiens* est ocu-

li ſuffuſio, cum nempe nubeculæ, feſtucæ aut muſcæ, ante oculos volare videntur. *Confirmata* vero eſt, quando à pellicula tenui, pupilla in totum vel ex parte occluditur. Ita ut radiis ſolaribus debitus ingreſſus præcludatur. Cataractæ confirmatæ curantur acu per membranam albugineam & corneam ad Cataractam uſque adacta, quæ acu deprimenda & ſi reſiliat comminuenda, deinde oculus aquâ roſarum & albumine ovi cum alumine conquaſſato obligandus, à καθαιρόντων confundo. G. ὑπόχυμα. B. **De ſtaar / een val-vlieſ.** G. Staar / Starr-fell. Gall. *Cataracte*, *Suffuſion*. A. A Cataract.

CATARRHOPUS, ſeu CATHARRHUS, dicitur vulgo, quando humores, vapores aut flatus deorſum ex capite ruunt. Vide *Catharrus*, ex κάτω deorſum, & ῥέω fluo.

CATHARRHUS, Veteribus dicitur humorum à capite ad ſubjectas partes, ut nares, os, pulmones &c. defluxus; velut in Coryza, & Brancho contingit. Catarrhi tamen non dantur, nam à capite nihil fluit ad illas partes: Sed glandulæ narium, & quæ circa oris partes ſunt, ſæpe obſtruuntur, & hinc illæ lachrymæ. Convenit ſic dicere

Si fluat ad pectus, dicatur Rheuma Catarrhus.

Ad Fauces Branchus, ad Nares eſto Coryza.

Ex κάτω deorſum, & ῥέω fluo. B. **Een ſinkinge / kateri.** G. Ein Flüß des Haupts. Gall. *Catharre*, *Rheume*, *Fluxion*. A. A Rheum.

CATARRHUS SUFFOCATORIUS, eſt quando, (ut Veteribus placet) humores excrementitii à capite ad organa reſpiratoria decidant, & ſuffocationem minentur. Sed potius dicerem eſſe glandularum, circa laryngem, intumeſcentiam, qua reſpirandi difficultas & ſuffocatio inducitur. B. **Een ſmorende ſinkinge.** G. Stäck fluß / erſtickende fluß. Gall. *Catharre Suffocative*. A. Suffocating, rheum.

CATARRHUS SPINALIS MEDULLÆ, eſt, cum quædam vaſa lymphatica, medullam ſpinalem ambientia, fuerint rupta, ex quibus latex ſi decidat, Catarrhus inducitur. B. **Een ſinkinge des ruggen graats merg.** G. Ein Fluß des marcks im Ruckgrad. Gall. *Catharre de Mouelle de l'Epine*. A. A Rheum of the Marrow of the Chinebone.

CATASARCA, idem quod *Anaſarca*, ex κατὰ per & σὰρξ caro.

CATASCHESIS, est dispositio bona, hecticæ opposita. ex κατὰ per, & ἕξις habitus, dispositio.

CATASTASIS, est corporis humani, vel temporis dispositio, à καθίστημι constituo.

CATATASIS, est extensio corporis versus inferiora, ex κάτω infra, & τείνω tendo.

CATECHU, & inconvenienter *Terra Japonica*, succus est ex variis astringentibus fructibus expressus. Venit ex Pegu, Suratta, Magno Mogolis imperio, Malabaria, Bengala & Zeilon. Inter Pinang cum foliis Betel ut plurimum usurpatur. Verus fructus & basis est Acacia orientalis planta Tamarindo non absimilis. Si tantillum ori indatur, astringit primo, deinde saporem dulcem & gratum relinquit, eodem modo ac folia Thee masticata. Horti Malebarici Author, dicit esse succum inspissatum alicujus palmæ areciferæ nucleo versicolori nuci moschatæ simili, cujus fructus sessilis *Fausel* dictus vel *Areca* & *Pynang*.

CATEGORIA, ex κατὰ, & ἀγορεύω, forum Judiciale: quòd ea sicut in ipso cuncta sint ordinata. Unde est ordo, sive rerum series quædam.

CATHÆRETICA, sunt *Caustica* seu *Escharotica*, sive Medicamenta, superfluam carnem, auferentia & perforantia. Ex καθαιρέω dejicio, subverto, detraho. B. Bzandende middelen. G. Brennende mittel. Gall. *Remedes cathoretiques*, vel *Caustiques*.

CATHARMA, idem quod *Cathartícum*.

CATHARSIS, idem quod *Cathartícum*.

CATHARTICUM seu CATHARMA, est Medicamentum purgans, quod ventriculum, intestina & quicquid in sanguine heterogeneum & vitiosum fuerit, expurgat & in communem cloacam, seu intestina præcipitat. Vide *Purgatio & Vomitorium*. *Cathartica* dicuntur vulgo *Cholagoga*, ut *Rhabarbarum*, *Scammonium*, *Cassia fistula*, *Diaprunium solutivum*, &c. vel *Phlegmagoga & Hydragoga*, ut *Colocynthis*, *Jalappa*, *Mechoacanna*, *Diaphœnicum*, *Diacarthamum* &c. vel *Melanagoga*, ut *Helleborus niger*, *Folia Sennæ*, *Confectio Hamech*, *Trochisci Alhandali*. Sed illa divisio à Neotericis jure rejicitur, cum purgantia ita specificè non operantur, ut creditum. Vocatur item *Purgans Med. Purgatio*, *Medicamentum ventrifluum* Aurel. quod alvum dejicit. Κάθαρσις, Καθαρτήριον ἢ Καθαρτικὸν φάρμακον, Ὑπήλατον Hippocr. Ἐλατήριον Eustath. & Poll. Κενωτικὸν φάρμακον Moschopulo.

pulo, à καθαίρω purgo, mundo. B. **Een buikſuiveringe/ purgatie.** G. Außführende artzney/ Purgation. Gall. *Purgatif.* A. A purgative, or purging Medicine.

CATHEMERINA, idem quod *Quotidiana Febris.* Ex κατὰ & ἡμέρα ac ſi diceres καθ' ἡμέραν.

CATHETER, *immiſſor* vel *demiſſor*, eſt inſtrumentum recurvum & fiſtuloſum, quod per urethram veſicæ immittitur, ad urinam ſuppreſſam evacuandam: vel cujus cavitati inſtrumentum *Itinerarium* dictum intruditur, ad calculum veſicæ explorandum, ut hoc negotio Sphincterem veſicæ oſtendat, ad inciſionem in perinæo faciendam, *Ænea Fiſtula Celſo*, Σίφων *Æginetæ*, à καθίημι immitto. B. **een Catheter / Blaaſpeilder / een piſloſende pyp.** G. Eine harn außführende pfeiffe/ Catether. Gall. *Tuyau pour tirer l'Urine.* A. An inſtrument to draw out urine.

CATHETERISMUS, eſt adminiſtratio, qua per catheterem, injectio in veſicam, mediante ſiphone, & catheterе, fiat, à καθίημι immitto. B. **Een inſpeutinge in de blaas.** G. Einſprützung in die blaſe. Gall. *Injection dans la Veſie.* A. An Injection in to the bladder.

CATHOLICUM, ſeu PANACEA, dicitur Medicamentum univerſale ſeu commune, omnes vitioſos humores corrigens vel educens. Ex κατὰ per, & ὅλον totum. B. **Een algemeen geneesmiddel.** G. Ein artzney Wider alle Kranckheiten. Gall. *Medicine Univerſelle.* A. A general medicine or panacea.

CATHYPNIA, eſt gravi & alto ſomno eſſe oppreſſum, ex κατὰ per, ad, & ὕπνος ſomnus. B. **Een zware ſlaperigheid.** G. Eine ſehr Schware Schlaff-ſucht. Gall. *Grand Sommeil.* A. Deep ſleep.

CATILLUS CINEREUS, ſeu OBRUSÆ CATILLUS, Gallis *un Coupelle*, eſt ſpecies Catini, ex cineribus lotis facti; cujus uſus eſt ad auri argentique depurationem. Vide *Cupella.*

CATINUS, idem quod *Cupella.*

KATΩ PURGARE, hoc eſt per inferiora purgare, cui opponitur Ἄνω purgare, per ſuperiora purgare.

CATOCATHARCTICA, ſunt purgantia per inferiora, ex κάτω infra & καθαρτικὸν purgatio.

CATOCHE, idem quod *Catalepſis*, à κατέχω detineo, retineo.

CATOCHUS, idem quod *Catalepſis*, à κατέχω detineo.

CATOPSIS, eſt perſpicacitas, à κατόπτομαι perſpicio,

Door-sigtigheid. G. Scharpffsinnigkeit / klarheit. Gall. *Evidence, clairité.* A. Quickness, acuteness.

CATORETICA, idem quod *Purgantia*, ex κάτω infra, & ῥέω fluo.

CATOTERICA, idem quod *Purgantia*, à Positivo κάτω infra, deorsum.

CATTARIA, est *Nepeta*: videtur vox ficta à Belgico idiomate **een Kat** / Cattus: quia catti seu feles hac planta delectantur & vescuntur. B. **Katte-kruid / Nipte.** G. Kepten / Katzen-kraut / Katzen-muntz. Gall. *Herbe de Chat, Pouliot, Menthe de Chat.* A. Nip, Nep, Catmint.

CAVA RADIX, vide *Radix cava.*

CAUCALIS, nomen accepit, vel à seminum effigie, quæ vascula & semisphærica imitantur: vel quod præarida strepitum edunt: παρὰ τὸ κεκαῦσθαι quod præter modum retorrida & exoleta sit. Gaza pedem gallinaceum interpretatur, idque quia Auctuarii Author, οἱ δὲ καῦκον, οἱ δὲ μύϊτιν, δημόκριτος βρίον, Ῥωμαῖοι πέδεμ γαλλινάκεουμ, οἱ δὲ πέδεμ πούλλι, Αἰγύπτιοι σέσελις, *alii Caucum, alii Muitin, Democritus Brion, Romani pedem Gallinaceum, seu pulli pedem, Ægyptii Seselin vocant.* Μυῖτιν sive pedi gallinaceum vocarunt, quod extremum folium gallinæ pedi conformatur. Καυκὸν dictum testatur Oribasius. Hesychius καυκὸν καῦλων fortè καῦλιον, καὶ ἄγριον λάχανον, *Cauliculus & olus sylvestre.* Sic fortè dictum, quod semen similitudinem quandam cum calceamento muliebri habet, quod καυκίδα vocat Athenæus: vocatur quibusdam Daucus Sylvestris, hinc forte ex Daucus, *Daucalis* & *Caucalis.*

CAVA VENA, vide *Vena Cava.*

CAUDEX, Στέλεχον, Στέλεχος, Κόρμος; dicitur in arboribus & Fruticibus, id quod à radice supra terram simplex assurgit & in quod à radice fertur alimonia. **De Stam.** G. Der Stamm eines Baums. Gall. *Tronc.* A. The stem, or trunk, or body, of atree.

CAVITATES, sunt ventres majores, in quibus princeps aliquod viscus continetur; ut in capite, cerebrum; in thorace, pulmo, cor &c. in abdomine, hepar, lien, renes, ventriculus, intestina, vesica, &c. suntque tres, caput, thorax, & venter. B. **Holligheden.** G. Hölen. Gall. *Cavités.* A. Cavities.

CAVITATES, minores sunt cerebri & cordis ventriculi, de quibus suo loco. Vide *Ventriculi.*

CAU-

CAULEDON, est fractura ossis transversim facta, fracti ossis partes ita separans, ut è directo non jaceant, à καυλὸς caulis, virga. B. Een dwers-breuk. G. Ein Zwerch-bruch. Gall. *Fracture de travers.* A. A breaking crosswise.

CAULIS, vocatur *Brassica*, quod præ cæteris oleribus insigni caule vigeat. Vide *Brassica.*

CAULIS, idem quod supra solum simplex prosilit in herbis nominatur: sic utique caudex ad frutices & arbores; *caulis* ad herbas duntaxat pertinet. Gr. Καυλὸς. B. Steel/ struik. G. Der Stengel. Gall. *Tige d'une Herbe.* A. The Stalk, of any herb.

CAUSODES, idem quod *Causus*, à καύω uro, & εἶδος forma.

CAUSTICA, sive ESCHAROTICA, vel CATHÆRETICA, sunt quæ cutim & carnem in duram crustam, sive escharam exurunt. Ut sunt æs ustum, Calx viva, Mercurius sublimatus, Ruptorium, ferrum candens &c. à καύω uro. B. Brandende middelen. G. Durch Brennende mittlen. Gall. *Caustique, catheretique.*

CAUSUS, seu FEBRIS ARDENS, ea est, quæ cum majori æstu, quam in aliis continuis, siti ferè intolerabili, aliisque symptomatibus insigniorem sanguinis phlogosin arguentibus, cursum suum peragit, à καύω uro. B. Brandende koorts. G. Ein hitziges Fieber. Gall. *Fièvre chaude.* A. A Burning feaver.

CAUTERISATIO, est artificialis quædam ustio mediante cauterio, à καυτηριάζω cauterio inuro. B. Brandinge. G. Daß brennen. Gall. *Cautérisation.* A. Cauterising.

CAUTERIUM, est instrumentum Chirurgicum ex ferro, auro, vel argento confectum, quod postquam incanduerit, actualem inurendi vim obtinet, cujus magnitudo & forma variat. Quandoque etiam pro cauterio potentiali sumitur ex lixiviis vel calce viva cum sapone paratum, à καύω uro. *Cauterium actuale* vocatur. B. Dadelyk brandyser: potentiale vero vermogelyk. G. Fleckeisen/ Cauterie/ Brenneisen. Gall. *Cautére, Feu Actuel.* A. Searing iron or actual Cautery. Sed potentiale cauterium. B. Mogelyke branding/ inetend middel. G. Nicht durch brennende cauterie. Gall. *Feu Potentiel.* A. A potential Cautery.

CEDMATA, dicuntur defluxiones ad articulos, & præcipuè ad coxendicem, à σκεδάζω dissipo, dispergo. B.

Vloeijingen. G. Ein Fluß. Gall. & A. *Fluxion*, *Rheume*.

CEDRUS, eſt arbor picem proferens: dicitur quaſi à κίω uro: nam uritur ex ea pix celebris, quæ *Cedria* dicitur: vel ἀπὸ τῶ κέντρου, ab aculeo, planta enim eſt ſpinoſa.

CELASTRUS, arbor, ex iis quæ tardiſſimè ſuos fructus perficiunt, an à κηλὰς quatenus *dies Hiberna*, κηλάστρια, arbores quædam agreſtes; item vaſa paſtoralia.

CELE, eſt tumor Hernioſus in quacunque corporis parte excitatus, à κηλέω intumeſco. Vide *Hernia*.

CELLA, à celando, quòd ea quæ occulta velimus celari poſſint.

CELLULÆ INTESTINI COLI, ſunt cavitates, in quibus ſtercora aliquandiu morantur, ut adjacentes partes ſuo calore foveant, & quæcunque cruda ſunt diutius in iis coquantur & fermententur. Ita in veſiculis ſeminalibus habentur cellulæ, ad ſeminis ſubitum effluxum retinendum. B. Celletjes. G. Löchlein. Gall. *Cellules dans les entrailles*. A. Cavities in the guts.

CEMENTATIO, eſt modus aurum purificandi per modum cementi regii. Vide in *Cementum*.

CEMENTUM, eſt pulvis, cujus ope calcinatio cementatoria peragitur. Vel ut alii, eſt mineralis acuta materia & penetrans, cum qua metalla ſtrata, ad cementandum reverberantur: eſtque vel ſimplex vel miſta; Item in forma pulveris vel paſtæ. Hinc *Cementare* & *Cementatio*. B. Verkalkinge met ſtof. G. Kalckmachen mit ſtaub / Cement. Gall. *Cementation*. A. Cement.

CENCHRIAS, eſt Herpetis ſpecies, à ſimilitudine ſeminis milii, *Herpes miliaris* dicta, à κέγχρος milium. Vide *Herpes*.

CENCHROS, eſt milium, fortè enim à κέγχω aſpero. Milium album ſeu luteum eſt caule aſpero & hirſuto, vel à κέγχνος ſiccum, nam milium eſt ſicciſſimum. Vide *Milium*.

CENEANGIA, eſt vaſorum ſanguineorum evacuatio per venæ ſectionem, à κενόω evacuo, & ἀγγεῖον vas.

CENOSIS, à κενόω evacuo, Idem quod *Evacuatio*.

CENTAURIUM, ſic appellatur, quod eo curatus dicitur Chiron centaurus, cum Herculis excepti hoſpitio pertractanti arma, ſagitta excidiſſet in pedem; hinc à quibusdam etiam *Chironium* appellatum, dicitur etiam. Κενταύρειον λιμνήσιον & λιμναῖον Græcis: *Febrifuga* & *Fel Terræ* Latinis.

Lum-

Limneſion & *Limnæum* dicitur, quod ſecundum aquarum ſcatebras ac paludes, quas Græci λίμνας dicunt, naſcatur. *Febrifuga*, eo quod febres fugat & procul è corpore pellat. *Fel Terræ*, ob ſummam quam habet amaritudinem. Belgis **Duiſend Gulden kruid** / & tum vox compoſita videtur ex centum, & aurum. B. **Centaurie** / **Duiſent-gulden kruid** / **Santorie** / **Aard-gal**. G. Tauſent-gulden kraut / Erdt-gall / Fieber-kraut / Biber-kraut. Gall. *Centaurée*, *fiel de Terre*, *Centoire*. Centory, Centaurie.

CENTRUM, eſt medium corporis non Mathematicè ſed Phyſicè ſumptum idque cor eſſe affirmant, à quo tanquam centro, ſanguis in ambitum corporis propellitur & circulariter relegatur, à κεντέω pungo; punctum enim eſt medium cujuſque centri. B. **Het middel-punt**. G. Der Mittel punct. Gall. *Centre du corps*. A. The middle of a body.

CENTUM CAPITA, vide *Eryngium*.

CENTUM MORBIA, eſt *Nummularia*, quia creditur à mirifica ſua, quam in pluribus ulceribus medendis obtinet, facultate ſic appellari, ſunt qui à foliorum ſimilitudine, quæ nummi ſpeciem referunt Nummulariam vocant. A nonnullis *Hirudinaria*, quod paſſim terræ Hirudinis inſtar affixa ſit, dicitur. Nec deſunt, qui Serpentariam appellent, quod compertum ſit ſerpentes hac herba, ſi vulnerentur, ſibi mederi. B. **Penning-kruid**. G. Egel-kraut / Pfennig-kraut. Gall. *Monnoyere*. A. Herb two pence or Money wort.

CENTUM NODIA, eſt *Polygonum*, conſtans ex plurimis nodis.

CENTUNCULUS, & CENTUNCULARIS HERBA, vide *Gnaphalium*.

CEPA, CEPE, Idem quod *Cæpa*.

CEPÆA, fortè ſic dicitur per ἀντίφρασιν, quod in hortis non naſcatur, ut plura alia, quæ in littoribus reperiuntur, vel nomen accepit, quod hortenſi ſolo gaudeat, ac in hortis tanquam luxuriet: κῆπος enim eſt hortus niſi forte κηπαίας nomen accepit ὡς ἀπὸ τοῦ κήπου τύπτω πνέω ſpiro, quod flatus diſcutiat.

CEPHALÆA, eſt dolor capitis pertinax inveteratus & difficulter cedens, à κεφαλὴ caput, & ἄγω laboro, ago. B. **Ingewortelde hooft-ſweer**. G. Haupt wehe von langer Ziet her / ſtet wehrende haupt-wehe. Gall. *Continuel douleur de tête*. A. A Continual paine of the head.

CE-

CEPHALALGIA, sive *Capitis dolor*, sed recens, hinc à *Cephalæa*, quæ inveteratus dolor est, differt, is appellatur, qui aut totum caput, aut aliquam calvariæ partem affligit, atque adeo frequens est iste dolor, ut raro invenias eum, cui per totam vitam nunquam caput doluerit, & certe capitis dolor, ex æquo omnes aggredi solet, atqui nemini fermè parcere, sive fuerit obesus, macer, torosus, jejunus, ventre plenus, sobrius, intemperans, æger, aut quoad cætera sanus; denique juvenis, senex, vir, fœmina aut quivis. Imo levis adsit ægritudo oportet, aut raro felicitas, quando non adest *Capitis dolor*. Partes quæ in dolore capitis affici solent sunt vel *externæ*, uti cutis, musculi, pericranium. Vel *internæ*, uti meninges, nervi, cerebrum, periosteum &c. Distinguitur quoque in *externum & internum*; *Particularem*, partem hanc vel illam affligens, unde variæ denominationes. In *Accidentalem* à sale, æstu, ira, potu, febri &c. In *Habitualem*, *Levem*, *Vehementem*, *Acutum*, *Hebetem*, *Brevem*, *Diuturnum*, *Perpetuum*, *Intermittentem*, *fixum*, *vagum*, *molestissimum*, *frontis*, *à gravedine* &c. ex κεφαλὴ caput, & ἀλγέω doleo. B. **Hooft-sweer / Hooft-pyn.** G. Haupt pein / Haupt wehe. Gall. *Douleur de Téte*, *mal de téte*. A. Headach or paine of the Head.

CEPHALARTICA, sunt Medicamenta quæ caput purgant; quæ dicuntur *Caputpurgia*, ex κεφαλὴ caput, & ἀρτίζω perfectum reddo. B. **Hooft-middelen.** G. Hauptt-reinigende Mittlen. Gall. *Remedes pour la téte*. A. Medicines which purge the head.

CEPHALICA, sunt Medicamenta spirituosa & volatilia, ad capitis mala pertinentia; Uti sunt spiritus salis armoniaci, spiritus cornu cervi, castoreum, &c. B. **Hooft-middelen.** G. Haupt-artzneyen. Gall. *Remedes peur la téte*. A. Medicines in the distempers of the head, or Cephalicks. Item vena externa in brachio *Cephalica* dicta, quia in capitis morbis secari solebat, à κεφαλὴ caput. B. **Hooft-ader.** G. Haupt-ader. Gall. *Veine Cephalique*. A. The Cephalick veine.

CEPHALOPHARYNGÆI, est primum musculorum gulæ par, à capitis cervicisque confinio demissum, & in tunicam œsophagi latius expansum, ex κεφαλὴ caput, & φάρυγξ fauces. B. **De slok-darms hooft-spieren.** G. Des speiß-rohrs-haupt-muß. Gall. *Muscle cephalique de l'Oesophage*.

ſophage. A. The firſt pair of muſcles the gullet.

CEPHALOPONIA, eſt gravitas aut dolor capitis, ex κεφαλὴ caput, & πόνος dolor, labor. B. **Swaarhoofdigheit.** G. Haupt wehe. Gall. *Gravite de téte.* A. Heaveneſs of the head.

CERÆA, ſunt uteri cornua in brutis, in quibus generatio fit, à κέρας cornu. B. **Hoornen des Baarmoeders.**

CERASUS, ejus flores ceram olent, hinc fortè à κηρὸς cera. Vel à Ceraſunte Pontica urbe τὰ κεράσια fructus ceraſi. Fortè à κῆρ κῆρος, quod ceraſi fructus, cordis ſpecie & colore in pomariis noſtris viſantur. B. **Kerſe-boom/ Keerſe-boom.** G. Ein Kirſch-baum. Gall. *Griotier Ceriſier.* A. Cherry-tree.

CERANIUM, vide *Cadus.*

CERATIUM, eſt arboris ſiliqua, à κέρας, quia eſt corniculata.

CERATIUM, idem quod *Siliqua.*

CERATOGLOSSUM, eſt proprium muſculorum linguæ par à cornibus oſſis hyoidis prognatum, & linguæ lateribus junctum; uſus eſt linguam recta deorſum anteriora verſus movere, quando ambo agunt: ſi vero alteruter contrahitur, in latus movet dextrum vel ſiniſtrum, ex κέρας cornu, & γλῶσσα lingua. B. **Des tong-beens-hoorn-ſpieren.** G. Des Zungbeins horn-mauß. Gall. *Muſcle Cornue de l'Os hyoide.* A. A pair of muſcles of the tongue.

CERATODES, idem quod *Cornea tunica*, à κέρας cornu, & εἶδος forma.

CERATOMALAGMA, eſt compoſitio emolliens ex cerâ aliiſque parata, à κηρὸς cera, & μαλάσσω emollio. B. **Een ſachte was-ſalf.** G. Eine weich machende ſalbe von wachs. Gall. *Mol unguent de Cire.* A. A Compoſition made of Warx.

CERATONIA, eſt arbor ceratia ſeu ſiliquas producens, ex κέρας cornu, quia ſiliquæ cornubus non ſint abſimiles. B. **Sint jans brood.** G. Sanct Johanns brodt. Gall. *Carougier.* A. The carob-tree.

CERATUM, CEROTUM, vel CERATOMALAGMA, à cerâ ſic dictum, Medicamentum eſt externum, ex cerâ, oleis, & nonnunquam pulveribus compoſitum, unguento craſſius, & emplaſtro mollius. B. **Een Salf uit waſch/ waspleiſter.** G. Ein Pflaſter von wachs. Gall. *Ceroine.* A. Seare cloth.

CE-

CERAUNIA TUBERA, dicuntur, quia olim crediderunt ea post fulminis ictus nasci: κεραυνὸς enim fulmen est.

CERAUNOCHRYSOS, idem quod *Chrysoceraunius* pulvis, ex κεραυνὸς fulmen, & χρυσὸς aurum.

CERCHNOS, est Laryngis quædam asperitas, quæ instar granorum Juniperi sentitur, unde tussicula sicca excitatur, à κέρχω raucedine laboro. B. **De Kinst-hoest.** G. Ein Schafhusten. Gall. *Toux Seiche.* A. A Dry cough.

CERCIS, est os cubiti secundum, quod *Radius* appellatur, ob radii rotarum æmulationem, à κερκίζω radio. Vide *Radius.*

CERCIS, nomen accepit quod folium ejus in cacumen instar radii textoris, vel cunei exeat. Κερκὶς enim est radius, pecten, & dicitur quasi κρεκὶς, quod folia ejus etiam cælo tranquillo crepent, sonitumque edant: (dicitur de populo arbore) est enim κρέκω, κρέειν pulsare.

CERCOPITHECUS, κερκοπίθηκος, à κέρκος, cauda, & πίθηκος, simia: est simia caudata.

CERCOSIS, dicitur carnosa quædam excrescentia ab uteri osculo prodiens, & pudendum muliebre replens, quod aliquando exterius progressum caudæ figuram refert, à κέρκος cauda. B. **Een uitwas des Moeders.** G. Auſwachs der Bärmutter. Gall. *Excrescence de la matrice.* A. An Excrescence hanging out of the womb.

CEREA, Idem quod *Achor.*

CEREBELLUM, sive παρεγκεφαλὶς *Heroph.* ἔγκεφαλον *Galeno* ὀπισθεν *Poll.* ὀπίσθιος ἐγκέφαλος, est posterior τοῦ ἐγκεφάλου pars, itidem ut cerebrum ex substantia cinerea seu corticali, & alba seu medullari constituta in qua spiritus animales, actionibus involuntariis & merè spontaneis obeundis generantur. In homine, non item in brutis, exterius ex plurimis lamellis, sibi invicem incumbentibus constare videtur. B. **De Agter-hersenen / of kleine hersens / Agter-brein / By-hersenen / Minder-brein.** G. Hirnlein / das hintertheil des Hirns. Gall. *Cervelet Petit cerveau.* A. Litlle braine, or the hinder part, of the head.

CEREBRUM, vitalia capitis, *Plin.* ἐγκέφαλος, λευκὸς μύελος *Sophocli* strictè sumitur pro parte anteriore τοῦ ἐγκεφάλου, estque substantia sui generis, exterius tegitur pia matre, plurimis gyris anfractibusque dotatur, exterior substan-

ſtantia cinerea eſt, in qua ſpiritus animales generantur: Interior alba eſt, quæ ſpiritus animales ex corticali recipit, eoſque per corpus calloſum & medullam oblongatam in nervos exonerat à quibus actiones voluntariæ maximè dependent. Item, cerebrum eſt imaginationis, judicii, memoriæ & reminiſcentiæ ſubjectum; Ideæ enim ſeu ſpecies rerum ab organis ſenſuum externorum receptis, deferuntur ad ſenſorium commune ſive initium medullæ oblongatæ, deinde per corpora ſtriata ac corpus calloſum, ubi imaginatio & judicium fit, verum in corticali ſubſtantia memoriæ ſedes dicitur; ſi ideæ poſt aliquot tempus ex memoriæ loco revocantur, reminiſcentiæ nomine veniunt. Somnus item fit in cerebro, de quo vide ſuo loco. B. De Dooz-herſenen / de Groote-herſenen / brein. G. Das Hirn / oder Gehirn. G. *Cerveille.* A. The Brain.

CERELÆUM, eſt linimentum ex cera & oleo compoſitum, à κηρὸς cera, & ἔλαιον oleum. B. Een Waſch-ſmeerſel. G. Eine Salbe von Wachs. Gall. *Un cerat.* A. A Searcloth, Wax-ointment.

CEREVISIA MEDICATA, eſt cereviſia cui Medicamenta, cuilibet morborum ſcopo, convenientia, infuſa fuerunt. B. Geneeſ-bier. G. Artzney bier. Gall. *Bière medecinale.* A. Phyſick beere.

CEREVISIA, CERVISIA, CERERISIA, CELIA, eſt potus ex frumento compoſitus, qui ob egregias vires quaſi *Cereris Vinum* appellatur. B. Bier. G. Bier. Gall. *La Biere.* A. Beer.

CEREUS, eſt ſedi ſpecies, in modum cerei, ex cera confecti, erecta. B. Dooz-kruid / Fakkel-kruid. G. Torſchen-kraut / Fackel-kraut. Gall. *Chandele de cire, Cierce.* A. Torch-thiſtle.

CERIA, Idem quod *Favus & Achor.*

CERINTHE, eſt herba cujus floribus apes paſcuntur, unde cera, κηρὸς enim eſt cera vel à Cerintho urbe Bœotiæ, ubi copioſè naſcitur. B. Waſch-kruid. G. Wachs-kraut / Flecken-kraut. Gall. *Herbe de cire.* Honey-ſuckle, Honey-wort.

CERIO, Idem quod *Favus & Achor.*

CEROMA, Idem quod *Ceratum.*

CERONEUM, à cera dictum, idem quod *Ceratum.* B. Een Ceroen / Wäſch-pleiſter. G. Ein pflaſter da Wachs bey iſt. Gall. *Cirocne.* A. Sear-cloth.

CE-

CEROTUM, Idem quod *Ceratum*.

CERRUS & CERRIS, eſt arbor glandifera; ſic forte dicitur, quod ejus glandes in acervum coagmententur; alii derivant à κέρας cornu, ob lignum durum. B. **Eiſte met bittere Eeltelen.** G. Cerraichel / Cerr-eichel. Gall. *Cerre*. A. Maſtbearing.

CERVARIA, eſt Seſeli Æthiopicum: an quod cervi illam plantam ament? Germanis Hirſch-wurtz / Seſſel-kraut / ſed Belgis **Harſt-wortel** / propter odorem reſinoſum.

CERVICARIA, ſive TRACHELIUM, eſt Campanulæ ſpecies: ſic dicitur, quia morbis cervicis internis & externis, medeatur. B. **Hals-kruid.** G. Nacken-kraut. Gall. *Gantelet*. A. Throat-wort, Canterbury bell.

CERVINUM CORNU, vide *Coronopus*.

CERVIX, Gr. ἀυχὴν & ἰτωμὶς, eſt poſterior pars intra caput & dorſum, uti anterior *Collum* vocatur. Sic appellatur *Cervix uteri* ea pars quæ eſt intra fundum & os uteri. Ita oſſa dicuntur habere cervices, uti videre eſt in ſuperiori parte oſſis femoris, intra illam partem quæ in acetabulo reconditur, & trochanterem majorem, à quibuſdam *Nucha* dicitur, in plantis, pars eſt illa à capitatis radicibus prodiens, prælonga, tereſque: ſic dicta, quod in colli ſpeciem figuretur. B. **De Nelt / den Hals.** G. Der Nacke / das Genick. Gall. *Chaignon du cour*. A. The Neck.

CERUMINA, Gr. κυψὶλὶς, ſunt aurium ſordes quæ in meatu auditorio ex cartilaginibus exudare videntur. Alii ex glandulis auri adjacentibus provenire exiſtimant: Conſtant ex plurimo ſale & ſulphure aduſto, unde amaritudo dependet: Utilia ſunt ne pulvis, feſtucæ, animalcula, &c. aurem internam ſubeant. Vide *Marmorata aurium*. B. **Oor-ſmeer / Oor-ſeep.** G. Ohrenſchmaltz. Gall. *La Craſſe* vel *cire d'Oreille*. A. Ear-wax.

CERUSSA vel CERUSA, eſt plumbum mediante aceti vapore in calcem albam redactum. Gr. ψιμύθιον, à ψιμυθίω ceruſſa oblino. B. **Ceruus / Lood-wit.** G. Bley-weiß. Gall. *Ceruſe*. A. White-lead. Arab. *Aſſedegi* ſeu *Aſſidagi*.

CESTUM, appellatur *Betonica*, à varietate, ut vocant, & copia remediorum, quoniam variis & plurimis accommodatur morbis. Sed aliis κέστον vocatur, à floris ſpicata & mucronata acutie, verruculum, vel viriculum præferente. Vide *Betonica*.

CE-

CETE, κήτη διὰ τὸ κύτος, ob sinuosam cavitatem, seu cavum ventrem. Intelligitur de majorum piscium genere.

CETERACH, quam vocem à *Pteryga* manasse volunt, atque *p.* in *c.* sæpe mutari scribunt. Sic ex *Peteryga*, *Ceteryga* & corruptè *Ceterach*: estque Asplenii species.

CHÆREFOLIUM, CHEREFOLIUM, CHEREPHYLLUM, CEREFOLIUM, sunt synonyma, atque sic nominari putatur, quod luxuriosa foliorum fœcunditate & largiore coma gaudeat, vel quod gaudium, hilaritatemque folia excitent, ex χαίρω gaudeo & φύλλον folium. *Chærefolium* autem, Græcâ voce & Latinâ coalescentibus in unum nomen, ob id dictum est quod foliis luxuriet. B. Kervel. G. Körffel-kraut / Kerbel-kraut / Körbel / Kurbel / Körbel-kraut. Gall. *Cerfeuil.* A. Chervil.

CHALASTICA, sunt Medicamenta quæ humectando & emolliendo, partes constrictas relaxant, à χαλάω relaxo, remitto.

CHALAZIA, item χαλάζωσις, Grando, est tuberculum in palpebris grandinem referens. B. Een weg-schertjen / een stontjen. G. ein Hagel geschwulst. Gall. *Tumeur grêle.* A. A little hard swelling in the eye-bronslike Hail.

CHALAZÆ, binæ singulis ovis obtigerunt, altera in obtuso, altera in acuto angulo, plus earum in albumine reperitur; vitello tamen validius adhærent, ejusque membranæ appenduntur. Corpora sunt longiuscula, concreta magis quam albumen, & albidiora, nodosa, luciditatis cujusdam non expertia, ut grando, unde illis nomen: Conflat enim quælibet Chalaza pluribus quasi grandinibus albumine ab invicem junctis: earum altera major est, & longius à vitello versus obtusum ovi cacumen protenditur: altera minor, à vitello inferius versus acutam ovi partem porrigitur. Major ex duobus vel tribus nodis, quasi grandinis granis, globulisve conflatur, qui modico intervallo à se invicem distant; minor ordine majori succedit, à χάλαζα grando. B. De Haan. G. Der Hahn / das weisse im ey. Gall. *Les Grêles des œufs.* A. The tread of an Egg. Est etiam suum morbus, quando caro apparet, ac si alicam hinc inde conspersam contineret. Ideoque vocantur grandinosi. B. Gorstig. G. Greißig / pfinnig. Sive porcorum lepra. Gall. *Lardrerie de porc, surfemure.* A. The Meakels of an hogg or Warkernels.

CHALBANUM, vide *Galbanum.*

CHALCITIS, est minerale simile æri, friabile nec lapidosum, sory tenuius, Mysi vero crassius, tractu temporis ex sory factum, à χαλκὸς æs. Arab. *Colcothar* vel *Cholchotar.* Pro Chalcitide Pharmacopæi hodierni Vitriolum album sive crudum, sive ustum substituunt.

CHALCUS, vide *Æreolus.*

CHALYBS, à populis in Ponto ferrum præparantibus. *Acier*, quòd ex eo fiant acies cultrorum.

CHALINOS, *Aureliano*, est ultimus angulus oris ac compago, vel buccarum pars circa labiorum confinia, à χαλινὸς quod sit veluti frænum & retinaculum oris.

CHAMÆACTE, est *Ebulus*, sive sambucus humilis, ex χαμαὶ humi, in terra, & ἀκτὴ sambucus.

CHAMÆBALANUS, est terræ glans, vel simile quid, ut bulbocastanum, terræ tubera &c, ex χαμαὶ humi & βάλανος glans: sic dicitur quod cortice terræ crescat. Vide *Apion.*

CHAMÆBATOS, est rubus humilis, à χαμαὶ humi, & βάτος rubus, sentis. Vide *Rubus.*

CHAMÆCEDRYS, est Abrotanum fœmina, & dicitur, quasi humilis cedrus, ex χαμαὶ humi & cedrus.

CHAMÆCERASUS, est cerasus humilis, ex χαμαὶ humi & cerasus.

CHAMÆCISSUS, vide *Hedera Terrestris.*

CHAMÆCISTUS, in genere hic dictum volo, quod ne cramben centies, millesiesve coctam apponamus, χαμαὶ nihil aliud significat, quam illud quòd humile & humi crescat: est enim Græcum præpositum, additæ voces sunt tantum investigandæ.

CHAMÆCYPARISSUS, est arbuscula pumila, ex χαμαὶ humi, & cypressus, ab odore & forma foliorum cum cypresso arbore.

CHAMÆDAPHNE, vide *Clematis Daphnoides*, ex χαμαὶ humi & δάφνη Laurus.

CHAMÆDRYS, dicitur quasi humilis quercus, quod sc. folia quercus habeat, & hujus respectu, quasi humi repat, ex χαμαὶ humi, & δρῦς quercus, dicitur ob parvitatem *Quercula* minor & à serratis foliis *Serratula* appellatur. Sunt qui *Serratam* ideo dici putent, quod ab ea serra inventa sit. B. Laage Eilie. G. Garmanderlein / Vergiß Mein nicht / Bathengel. Gall. *Germandrée*, *Chesnette*. A. Germander.

CHA-

CHAMÆLEON, est Cardui species, à foliorum varietate sic dici solet; mutat enim cum terra colores; quod & in animali chamæleonte etiam fieri solet.

CHAMÆLEUCE, dicitur Tussilago, à χαμαὶ humi, nam Tussilaginis folia humi crescunt, & λεύκη alba, ob foliorum nempe albedinem.

CHAMÆMELUM, est *Camomilla* corruptè, quasi esset humilis malus, quoniam odorem habeat mali, ex χαμαὶ humi, & μῆλον malum. B. **Kermillen.** G. Chamill/ Kammillen/ Kamomillen. Gall. *Camomille.* A. Camomil.

CHAMÆPITYS, dicta est, quasi humilis & brevis, humique depressa picea, ex χαμαὶ humi, & πίτυς picea, pinus; ejus enim folia piceam olent. Vocatur etiam *Abiga* & *Ajuga*, ut & *Ibiga*. Hinc abjectis duabus literis *i* & g, *Iba* & ab Ajuga abjectione literarum *a* & g, *Iva* manavit in vulgi nomenclationem. Officinæ *Ivam* cognomento *Muschatam* appellant, vide *Abiga* & *Iva*. B. **Veld-cypres.** G. Vergiß mich nicht / je lenger je lieber/ Schlaff-kraut/ Erdpunnedrig. Gall. *Ive Moschate*, *Pinive arterique*. A. Ground pine.

CHAMÆSYCE, χαμαισύκη, ex χαμαὶ, humi, & συκῆ, ficus, quasi humilis ficus.

CHAOS, ex antiquo χάω, quòd ex χαίνω, hio, dehisco. Est vastus hiatus: vel dicitur rudis indigestaque moles, qualis initio mundi fuit.

CHARACIAS, dicuntur plantæ quæ circa valla crescunt, hinc tithymalus characias, &c. Nam χάραξ enim vallum est.

CHARACTER, est signum figuratum & Mysticum, quo apud Chymicos aliquid designatur, à χαράσσω sculpo. B. **Een teyken.** G. Ein zeichen. Gall. *Charactere*, *marque*. A. A Marke or sign.

CHARISTOLOCHIA, vocatur Artemisia: fortè à χάρις gaudium & λόχος puerpera: quia lochia puerperarum cum gaudio pellit.

CHARLATAN, Gal. dicitur circulator: vel ab Hisp. *charlar*, boufonneur.

CHARTA EMPORETICA, seu BIBULA, est papyrus sine glutine facta, admodum porosa, filtrationi inserviens. B. **Vlaɔ-papier.** G. Fliessend Papier. Gall. *Papier brouillard*, *Papier à filtrer*. A. Blotting, vel sinking Paper, cap-paper, brown paper.

CHARTA VIRGINEA, Idem quod *Amnios.*

CHEILOCOCE, seu LABROSULCIUM, est infantium morbus, adultos enim raro adoritur. Labra in eo admodum tument, tumore duro & nonnihil rubicundo, sed nequaquam fervido, aut inflammatorio, & qui nunquam suppuretur aut caput fœdet; aliquanto magis introrsum quam extrorsum vergit: unde labia à gingivis & dentibus abscedunt longius, & foras aliquatenus replicantur. Adsunt sulci semper sanie madentes, aut crasso pure obsiti: ulcuscula, ut plurimum, concomitantur in ore, palato, lingua, buccis, labiis, gingivis. B. **Water-kanker.** G. Wasser-krebs. Gall. *Chancre.* A. Water-kanker, Mouth-kanker, Kanker of the mouth. Derivatur à χεῖλος labrum seu labium, & κακὸν malum.

CHEIMETLON, Idem quod *Pernio*, à χειμετλιάω perniones laboro.

CHOEIRONIUM, idem quod *Cacoëthes.*

CHELÆ, à χήλη, sunt denticulati cancrorum forcipes.

CHELIDONIA, seu CHELIDONIUM, est planta, dicta à χελιδὼν hirundo: eo quod Hirundines eâ suis oculis medeantur, quamvis, ut tradunt, erutis. Sed est aliud *Chelidonium minus*, sic vocatum quod floreat hirundinum adventu, hinc & ille ventus *Chelidonia* quoque appellatur. Alii putant dici quasi *Cæli donum*, idque ob vires præstantissimas, tam in oculorum morbis quam vulneribus. B. **Stinkende gouwe / Gouw-wortel / Schellkens-kruid.** G. Schel-wurtz / Schel-kraut / Schwalben-kraut / Goldt-wurtz. Gall. *Chelidoine*, *Esclere*, *Esclaire.* A. Celidon, celondine celandine, swalow-wort.

CHEMA, est Veterum mensura, continens duo cochlearia parva.

CHEMIA, idem quod *Chymia.* Olim significabat artem χρυσοποιϊκὴν & Μεταλλουργικήν.

CHEMOSIS, seu *Chymosis*, est tunicæ albæ tumor, ita ut oculi nigrum concavum videatur, à χαίνω hio, hisco.

CHENILLE, à caniculâ, ex similitudine hujus animalis.

CHENOCOPRUS, est stercus anseris, ex χὴν anser, & κόπρος stercus.

CHENOPUS, vocatur *Pes anserinus*, ejus etymon derivatur à χὴν anser, & πὸς pes. Vide *pes Anserinus.*

CHEREFOLIUM, & CERERFOLIUM, sive

CHE-

CHERIFOLIUM, vide *Chærefolium.*

CHERMES GRANA, vide *Kermes.*

CHERMES & KERMES, est vox Arabica, Pharmacopæis familiaris; estque *Coccus Baphicus*, seu *infectorius*, vulgo *Scarlatum*, hinc *Chermozinum*, id est color ex cocco extractus. Vide ulterius in *Coccus.*

CHERONIA, sive CENTAURIUM MAJUS, sic appellatur, quod plurimis malis, curamque respuentibus medela sit: χείρων, enim est pejor, ut & χείρονα; Medicamen illud, olim à Chirone, Medico quondam inventum. Vide *Centaurium.*

CHERVILLUM, videtur fictitia vox afisarum, hinc *Servillum* & sic deinceps.

CHILIOPHYLLON, est Millefolium, propter millena foliola sic nuncupatum, ex χίλιοι mille, & φύλλον folium.

CHIMETLON, idem quod *Pernio.*

CHIMIA, idem quod *Chymia.*

CHIMIATRI, sunt illi Medici qui medicamenta chymica præscribunt, ex χυμία chymia & ἰατρὸς Medicus.

CHINA CHINÆ, vide *Cina Cina.*

CHINA RADIX, est *Orientalis* è China allata & *Occidentalis* quæ ex Hispania nova & Peru nobis adfertur. Præfertur tamen orientalis, quæ exterius est colore rubente aut subnigro, interius candicante aut subrubente: & hæc, quo nigrior eo melior. Occidentalis est colore interius magis ruffo, smilacis in modum crescit, folia ferè plantaginis magnitudine. In morbis podagricis, in lue venerea, aliisque curatu difficilibus maximi usus existit. Chinensibus dicitur *Lampatan*, *Lampacos & Bonti*, nobis à regione China appellatur *Radix Chinæ.* Persis *Chop China.* B. **China wortel.** G. Bockenwurtz. Gall. *Chine.* A. China root.

CHIRAGRA, est arthritidis species, sive articularis manuum dolor, vide *Arthritis*, ex χεὶρ manus, & ἄγριον venor, quasi manibus captus. B. **Hand-vang / hand-euvel / hand-flereeijn / hand-jigt.** G. Daß zipperle der händen. Gall. *Douleur & goutte aux mains.* A. The goute in the hand.

CHIROMANTIA, est divinatio ex inspectione manuum, qua ex lineamentis futura prædicunt, Medicis scitu non necessaria, cum potius sit ars fallax, ex χεὶρ manus, &

& μάντις vates. B. **Hand-kijking.** G. Wahrsagung auß den händen. Gall. *Chiromantie.* A. Chiromancie.

CHIRONES, idem quod *Sirones.*

CHIRONIUM, est ulcus malignum, & curatu difficillimum. B. **Quaadaardig-seer.** G. Ein Böß geschwär. Gall. *Ulcere maligne.* A. Ulcer difficult to cure. Vide *Cacoëthes.*

CHIRONIA & CHIRONIUM, nomen invenit à Chirone Centauro, vide *Centaurium:* ab eodem inventore putant quoque Brioniam vocari *Chironium.*

CHIRURGIA, est ars, qua ope manuum vel instrumentorum, morbos auferre nitimur. *Vel* est pars Therapeutices, qua morbi incidendo, urendo, & membra dearticulata restituendo, curantur. *Vel* Chirurgia est scientia docens modum & qualitatem operandi in corpore humano vivente. *Vel* ut *Vigo* habet, Chirurgia est scientia docens modum & qualitatem in carne, nervo & osse hominis laborantis propriis Chirurgorum manibus. Estque quintuplex: quamvis alii quadripartita divisione gaudent. 1. *Synthesis* seu separata conjungens. 2. *Diæresis*, continua solvens. 3. *Diorthosis*, compressa & contorta corrigens. 4. *Exæresis*, superflua extirpans. 5. & *Anaplerosis*, deficientia restituens, ex χεὶρ manus, & ἔργον opus. B. **De heel-konst / Chirurgie.** G. Wundartzeney. Gall. *Chirurgie.* A. Surgerie.

CHIRURGUS, est vir artis Chirurgicæ peritus, ex χεὶρ manus, & ἔργον opus, qui instrumentis & manibus suis in corpore humano operatur.

Gaudent sæpè hoc *Oweni* Epigrammate:

Bella magis, pacemque precer? mihi servit utrumque:
Ambo Patroni Marsque, Venusque *mei.*

B. **Een Heel-meester / Wond-meester / Chirurgijn.** G. Ein Wund-artz. Gall. *Chirurgien.* A. Surgeon, a Chirurgion. Habentur, qui in genere omnia, quæ sunt in arte Chirurgica, aggrediuntur, ut vulgares Chirurgi. Sed & sunt, qui circa unicum solummodo accidens versantur, ut *Lithotomi*, qui calculum secant. Alii qui oculos curant; alii lui venereæ medentur. Nonnulli dentes evellunt; quidam membra luxata, vel contracta restituunt &c.

CHLOROSIS, sive MORBUS VIRGINEUS, vulgò *Icterus albus*, quia ex albo virent. Videtur esse species Leucophleg-

cophlegmatiæ, ex ſanguine viſcido, qua ſanguinis periodus præpeditur, cum menſium obſtructione, & diaphoreſi denegata, unde fibris muſcularibus obſtructis, ad quodvis opus peragendum tardæ & ſegnes evadunt, à χλωρίζω viridis ſum. B. **Maagde-ziekte/ Vryſter-ziekte.** G. Hertz-geſperr/ Farb-ſucht/ Jungfer ziechte. Gall. *Chloroſe, Maladie de vièrge.* A. Greene ſickneſs.

CHOANA, eſt infundibulum in baſi capitis repoſitum, per quod excrementa ſeroſa ex cerebri ventriculis, ad glandulam pituitariam deducuntur. Item pelvis renum, de qua ſuo loco; eſt item inſtrumentum ex quovis metallo factum, vel vitro, per quod liquores in aliud vas funduntur. Gr. item πύελος, λῆνος *Herophilo*, à χέω fundo. B. **Een trechter/ tremelle.** G. Ein Trechter. Gall. *Un entonnoir.* A. Funnel, Tunnel.

CHOCOLATA, eſt compoſitio quædam ex fructibus *Cacoa* dictis, Baniliis, Cinamomo, Saccharo &c. quæ omnia in maſſam vel placentulas rediguntur. Dicitur & *Succholata, & Chucalata*; præparatur cum lacte vel aqua cocta & fervida, atque agitando Chocolata liqueſcit, & ſorbendo calide bibitur. Vide *Cacoa.*

CHOENIX, eſt menſura Veterum, continens cotylas tres, ſive ſextarium unum & dimidium, ſive duas libras menſurales cum quadrante. Notatur ſigno X. & deſuper imponitur V. ſecundum aliorum calculum continet vini quadraginta & quatuor uncias, & olei circiter quadraginta.

CHOERAS, idem quod *Scrophula*, à χοῖρος porcus: fortè quia porcis familiaris eſt.

CHOLAGOGA, ſunt Medicamenta quæ dicuntur ſulphureos & bilioſos humores evacuare, ut *Rhabarbarum, Senna, el. diapruni &c.* à χολὴ bilis, & ἄγω duco. Vide porro *Catharticum.*

CHOLEDOCHUS, eſt *ductus bilarius*, *communis* dictus, quo ex veſicula fellis & ductu hepatico, bilis ad inteſtinum duodenum propellitur, ex χολὴ bilis & δέχομαι recipio. B. **De Gal-leider.** G. Der Gallen gang. Gall. *Le Commun conduit du fiel.* A. The Common paſſage of the gall.

CHOLERA, ſive *Paſſio Felliflua*, eſt convulſivus motus ventriculi & inteſtinorum, in quo præcipuè bilis copioſe per os & anum ejicitur, imo aliquando omnis quæ in

corpore existit: Adsunt Anxietates magnæ, Gravis cardialgia, sitis ardens, inquietudo & virium subita prostratio, Diarrhæa quoque seu bilis, & aliorum humorum per inferiora effluxus magnus: Hinc pulsus in principio celer & frequens, debilis fit, tardus & intermittens; animus deficit, exteriora frigent, & mors accedere incipit, quæ aliquando intra paucas horas ingruit. Huc referunt *Choleram siccam*, quæ est Eructatio magna multorum flatuum cum dolore & crepitu, ex χολὴ bilis & ῥέω fluo. B. **Galbzaken/ boozt/ bozt / buikwee / hzebeling.** G. Der Gallen krancheit / Choleriſche feuchtigkeit. Gall. *Colera Trouſſe galant.* A. The gall fiixe or choler.

CHOLERA SICCA, vide *Cholera.*

CHOLERICA PASSIO, idem quod *Cholera.*

CHOLERICUS, dicitur de eo qui plurima bile abundat. B. **Galagtig.** G. Gallſüchtig. Gall. *Bilieux.* A. Cholerick.

CHONDRILLA, quæ nomen inveniſſe videtur ab eventu, quod in ramulis imis gummi reperiri ſolet, magnitudine fabæ, maſtichi ſimile, aut nucleo thuris, quem χόνδρον Græci nominant. B. **Wratten-huid.** G. Wartzen-kraut/ Klein wegwart. Gall. *Chondrille.* A. Gum ſuccory.

CHONDROS, vide *Cartilago.*

CHONDROS, eſt granum, grumus concretus, ut maſtichis, Thuris &c. Hinc *Condrilla.*

CHONDROSYNDESMUS, eſt ligamentum cartilaginoſum, ſive unio oſſium, interveniente cartilagine, ex χόνδρος cartilago & σύνδεω colligo. B. **Een hzaak-beentge band.** G. Knorpe-lichte Zuſamen Fugung der Beinen. Gall. *Ligament Cartilagineux.* A. A Cartilaginous ligament.

CHORDA, idem quod tendo, nervus, vel inteſtinum, de quibus ſuo loco.

CHORDA, dicitur tenſio quædam penis verſus perinæum, cum dolore, ex Venere maligna ſæpe contracta. B. **Hoozd.** G. Seiten. Gall. *Cordée.* A. An extenſion of the yard.

CHORDA MEMBRANÆ TYMPANI, eſt nervus quidam à quinto pari oriundus, qui ſupra Tympani membranam porrigitur. Hoc ipſum eſt parvum illud nervi filamentum, quod olim Anatomici velut *Chordam membranæ*

tym-

tympani arbitrati sunt, quod crediderunt sonum aliquem excitari posse, communicando motum suum tremulum membranæ sicut fit in chorda, quæ super pellem tympani militaris intenditur. B. De Trommel-vlies hoord. G. Die seiten gleiche Sennader im ohr. Gall. *Corde de membrane de le Tympan.* A. The nerve that runs along the membrane of the tympanum.

CHORDAPSUS, sic *Celso* dicitur, à *Barbaris Miserere mei*; alii *Iliacam passionem.* Tormentum *Aurelianus* dixit, *Volvulus* etiam non inscitè appellatur, vulgo *Ileus.* Estque fæcum alvinarum per solum os ejectio, ab obstructione excrementorum, à flatibus, inflammatione, aut involutione & convulsione intestinorum, causata; cum nempe superior pars intestinorum in inferiorem, vel è contra sese insinuaverit, qua involutione velut nodi inde exoriuntur, unde quoque motus peristalticus inversus. Dicitur quoque chorda intestini coli, seu ligamentum, quod cellularum dissolutionem impedit. Vide *Iliaca passio*, ex χορδὴ intestinum, & ἄσσω nodum facio, necto. B. Kíng/ darmkíng/ ontfermt u mijner/ lang euvel/ darm-slinger/ dzelt-bzaken. G. Darm-gicht. Gall. *Iliaque passion.* A. Griping of the guts.

CHORDATA GONORRHÆA, vide *Gonorrhœa Chordata, & Chorda.*

CHOREA SANCTI VITI, est insaniæ species, quæ aliquando diu grassata est, hominibus non decumbentibus, sed ὀρθοστάδιον, ut *Hippocrates* appellat, discurrentibus & saltantibus, ac choreas ad extremum usque spiritum, nisi per vim inde abstracti fuerint, ducentibus. *Horstius* inquit se cum mulieribus quibusdam locutum, quæ quotannis Sacellum S. *Viti*, quod est in finibus *Ulmensium*, visitantes, ibidem saltu cum perturbatione mentis, eousque sese nocte dieque exercent, donec ecstaticarum instar corruunt: qua ratione sibi restitutæ videntur, ut parum vel nihil sentiant per annum integrum, usque ad Maji tempus subsequens, ubi membrorum inquietudine eousque sese torqueri referunt, ut vicissim circa festum S. *Viti* ad prædictum locum, saltationis gratiâ, sese conferre cogantur. G. S. Vits tantz.

CHORION, est membrana secundinarum externa, una cum cæteris membranis & humoribus fœtum in utero comprehendens. In mulieribus figura orbiculari, superiore sua parte placentæ annexa, qua utero adhæret; dicitur fortè sic

à χωρέω secedo, quod post fœtum enixum secedit : vel à χωρίον parvus locus, eo quod in ipsa membrana, tanquam in loco parvo, fœtus novem menses habitat, ut volunt *V. Fort. Plempius* cum *R. de Graaf*, vel ἀπὸ Χορῶ à choro, quia in eo vasa, ut in choro ordinata sunt. B. **Het buitenste vlies der Nageboorte / ader-vlies.** G. das Aderhautlein. Gall. *Membrane des Eaux.* A. The outward membrane that contains the child.

CHOROIDES, est plexus arteriæ carotidis in cerebro, cui inhæret glandula pinealis. Item *Uvea tunica* pupillam constituens, ex χόρος chorus, eo quod vasa velut in choro disposita sint, & εἶδος forma. B. **Een gevlogten net / net-gelijk.** G. Netzgleiche Gefäßlein. Gall. *Rets d'Artere carotide.* A. The folding of the carotid arterie.

CHRISTI MANUS, vide *Manus Christi.*

CHRISTOPHORIANA, est Herba, quæ fortè à quodam Christophoro nomen habet.

CHROMATISMUS, est coloratio seu tinctura in sano & morboso statu urinarum, salivæ, cruoris, vel stercoris, à χρωματίζω coloro.

CHRONICUS, est morbus diuturnus, ultra quadragesimum diem extensus, ut Febris quartana, Phthisis, Asthma, Hydrops &c. à χρόνος tempus. B. **Een langduurige siekte.** G. Eine stete/ langwirige Kranckheit. Gall. *Maladie continuelle.* A. An inveterate distemper, or a Chronicall disease.

CHRONIUS, idem quod *Chronicus.*

CHRYSANTHEMUM, ejus appellatione plures herbæ, flores luteos eximio splendore micantes, veniunt, ex χρυσὸς aurum, & Ἄνθος flos, vel ἀνθίζω, floridum reddo.

CHRYSISCEPTRON, est *Chamæleon* albus, sed unde illud nomen ei competit, nescio, derivatur ex χρύσος aurum, & σκῆπτρον, Sceptrum, Bajulus, Scipio, fortè quod ejus caulis cum floribus, in modum sceptri se erigat : vel quod accensus, tonitru in modum sonum edat.

CHRYSOCERAUNIUS PULVIS, est *Aurum Fulminans*, quod præparatur ex auro soluto, in menstruo sale armoniaco imprægnato ; infuso oleo tartari, calx ad fundum præcipitatur, quæ edulcoratur & ad usum exsiccatur, ex χρυσὸς aurum, & κεραυνὸς fulmen. B. **Blixement-gout. Donder-gout.** G. Donner-goldt. Gall. *Or tonnant.* A. Fulminating gold.

CHRY-

CHRYSOCOME, est herba flores aureos & comosos proferens, ex χρύσος aurum, & κόμη coma.

CHRYSOLACHANON, est Atriplicis species, foliis subluteis, ex χρύσος aurum, & λάχανον olus. Vide *Atriplexum.*

CHRYSOLITHOS (Veterum) vel *Topasius* (gemmariorum modernorum) est gemma aurei coloris. Duo habentur genera, *Orientale & Europæum*, ut illud colore, ita duritie Europæum superat: hoc enim instar crystalli molle est, & cum aureo colore, vel multum vel parum nigricat. Invenitur in Bohemia passim. Gr. χρυσόλιθος, ex χρυσὸς aurum & λίθος Lapis. B. **Chrisolijt.** G. **Ein Chrysolith.** Gall. *Chrysolite.* A. Chrysolite.

CHRYSOMELA, sunt mala citrei vel aurei coloris, ex χρυσὸς aurum & μῆλον malum.

CHUS, Gr. χοῦς, dicitur & *congius*, *congiarium*, & *choa.* Liquidorum mensura Atticis fuit, sex sextarios continens, vel cotulas atticas duodecim. Libras quoque olei continet novem, vini vero decem, mellis tredecim cum dimidia. *Lindenius* vini saltem tribuit libras octo cum unciis quatuor. *Rhodius* Congium denas libras pendere affirmat, aliis continet vini octo libras, & olei septem cum quarta parte.

CHYLIFICATIO, est actio in ventriculo, qua cibi & potus, & digerendo & movendo in chylum mutantur. Vide *Chylus.*

CHYLOSIS, idem quod *Chylificatio.*

CHYLUS, est succus albus, ex levi dissolutione & motione alimentorum, præcipuè sulphuris & salis, quibus esculenta abundè scatent, in ventriculo & intestinis, qui, interveniente ventriculi succo acido, albus redditur: si enim liquori cuilibet, sulphure, aut sale volatili imprægnato, humorem acetosum confundas, ilico lactescit; uti cernitur in præparandis lacte sulphuris, aut extractis vegetabilium resinosis. Quin & spiritus cornu cervi, aut fuliginis, sale volatili plurimum refertus, si liquori acido vel aquæ simplici confundatur, colorem lacteum acquirit. Tandem Chylus post commixtionem bilis pariter & succi pancreatici volatilis intestinorum papillas & lacteas venas subiens, sanguini suffunditur, à χυλόω in succum redigo. Latinis etiam *Chymus.* B. **Gijl / Chijl / voedend sap / maag sap.** G. Erst verdawte Speise im magen/ oder Chyl. Gall. *Le Chyle.* A. Chyle.

CHY-

CHYMETLON, idem quod *Pernio.*

CHYMIA vel CHEMIA, est corporum sublunarium in sua elementa, resolutio; & vicissim elementorum in corpora priora coagulatio, ad Medicamenta gratiora, salubriora & tutiora concinnanda; ejus partes duæ sunt, *Solutio* nempe, & *Coagulatio.* Dicitur *Chymia*, vel *Chemia*, seu cum Arabico articulo *Alchymia* vel *Alkymia*: Unde hic deducta alii aliter sentiunt. Alii Chymiam à χύω vel χέω dictam existimant, quod scilicet metalla dura, visceribus terræ effosa, liquare & fundere primum docuerit. Alii χημίαν nominant, quasi ut quidam volunt, *Artem Ægyptiam.* Cum enim ut refert *Plutarchus* in libro *de Iside & Osiride*, Ægyptus à Sacerdotibus Sacrâ Linguâ Chemia appellaretur; aut ut est apud *Herodotum*, in *Ægypto*, oppidum quoddam vetustum, *Chemis* nominaretur, hinc *Chemiam*, quasi *Artem Ægyptiam*, in *Ægypto* scilicet primo, seu inventam, seu excultam, dictam putant. Alii à quodam *Alchymo*, seu inventore seu cultore hujus artis, dictam existimant: sed sine fundamento: cum enim ab aliis ars hæc *Chemia & Chymia* appelletur, ex Arabica lingua articulum, AL, accessisse facile patet. Alii *Halchemiam*, quasi salis fusoriam dictam putant; sed etiam eâdem de causâ ineptè. *Cælius Rhodiginus*, antiq. lect. lib. 7. cap. 2. *Archymiam*, quasi ἀρχύρου χυμείαν nominat; verum cum nondum satis constet, an vox hæc græca vel Arabica aut Ægyptia sit, de ejus derivatione non multum laborandum. Differentiam hodie faciunt inter Chymiam & Alchymiam, nempe Chymiam referunt ad artem Medicam, verum Alchymiam ad artem χρυσοποιητικὴν. *Ægyptiis* ἰμοὺθ vocatur item *Spargiria*, *Hermetica ars*, *ars perfecti Magisterii*, *ars Segregatoria*, *Separatoria*, & *Destillatoria.* B. **Chimie / Alchymie / Schei-konst / Stof-scheidin / Metaal-konst.** G. Chymey / Schmeltz-kunst / Giess-kunst / Scheid-kunst, Gall. *Chimie.* A. Chymistry.

CHYMIATRIA, idem quod *Chymia*, est medicandi ars per Medicamenta Chymica, ex χυμία & ἰατρεία Medicatio.

CHYMICA, seu CHYMICALIA, sunt Medicamenta, quæ Chymici præparant, ut gratiori & minori quantitate ab ægris assumantur.

CHYMICALIA, idem quod *Chymica.*

CHYMICUS, est artis Chymicæ peritus, sive Chymicus est

artis dissolvendi, & vicissim coagulandi peritus. B. **Een stof-scheider / stof-by-een-brenger / Chymist / brander / laborant / laborateur.** G. Ein Chymist / Distilirer. Gall. *Un Chimist.* A. A Chymist.

CHYMOSIS seu CHEMOSIS, est palpebrarum ex inflammatione distorsio: Item tunicæ Corneæ in oculo inflammatio, à χαίνω hisco. B. **Ontsteltinge in d'oogen.** G. Entzündung der Augen. Gall. *Inflammation de yeux.* A. A distortion of the Eyelids by an Inflammation.

CHYMUS, idem est quod *Chylus*, à χέω succum exprimo, fundo.

CICADA, quasi citò cadens: vel à κίκι, ejusdem animalis sono, & ᾄδω, ex ἄδω, canto.

CICATRISANTIA, sunt quæ acidum temperando, exiccando, astringendo, & contrahendò ulcera carne replent, & cicatrice obducunt. Gr. Καλυλοτικὰ φάρμακα. B. **Vel-makende Medicamenten.** G. Wund heilende / oder Haut machende artzney. Gall. *Remede cicatrizante.* A. Cicatrising Medicines.

CICATRIX, Cicatrices sunt vestigia quædam & notæ, quæ relinquuntur post gravia vulnera & ulcera, quare cutis defædatur. Aliæ sunt simplices, aliæ cum cavitate & diminutione partis, aut superexcrescentiæ. Gr. ἕλη. B. **Een lid-teiken / een wond-teiken.** G. Ein wundmal / Narben / ein schramm. Gall. *Cicatrice.* A. The scar of a wound.

CICER, est Leguminis species; an sic vocetur à cienda urina? an quia Venerem ciat & stimulet? an quod eminentem habeat cicatriculam? an à Κικὺς robur, quod ejus cibus corpus roborat? an ab Hebræorum *Kikar*, massa, pars rotunda. B. **Cicers / Spaanse Erwten.** G. Kichern / Kicher / Zifer-Erbsen. Gall. *Cices, ciches.* A. Chiches, chichpease, vetches. Gr. Ἐρέβινθος.

CICERA TARTARI, dicuntur pilulæ ex Terebinthina & cremore tartari.

CICERBITA, est Sonchi species, an à Cichorio, quasi parvo dicta? Cichoreum enim à quibusdam Κίχορος & Κιχόρεια appellatur. Vide *Sonchus.*

CICHOREUM, Ægyptium nomen est, ac inde in Græciam, postea in cœteras nationes commigrasse docent. Cichoreum tamen dictum videtur à κιχάω *invenio, reperio*, quod frequens in pratis, campisve nascatur ac reperiatur. Vel à κίειν & χωρίον, quod per agros serpat. B. **Cichorei /**

Hu-

Sulterei / Suikerei / Wegewaart / Wegwagte / Hemelsleutel. G. Zamblauw-weg-wart / Weg-weiß / Hindleufft. Gall. *Cicoree.* A. Cichory, Succhory. Gr. Σιέις, ἀπὸ τοῦ σαίρω vel σάρω mundare, purgare.

CICINDELA, quasi candela, noctiluca. Est enim genus scarabæi nocte lucentis.

CICONGIUS, est mensura duodecim sextarios continens.

CICONIA, quasi cicania Isid, à sono quem quatiente rostro faciunt illæ aves: vel à cicur, ob benignam naturam.

CICUTA, est herba lethifera, morte Socratis clara. An appelletur, quod ejus assumptione caput Vertigine & Fatuitate, imo morte iciatur? Gr. Κώνειον: nam κωνᾶν est σφίγγειν vertere. B. **Scheerling / dulle peters Oly / Winterling / Pijpkruid / dulle Kervel.** G. Schirlinck / Wutscherling / Wundt-scherling / Wüterich. Gall. *Segue, Concue, Cigue.* A. Hemlock.

CICUTARIA, est planta, cujus nomen à cicuta derivatur.

CILIA, propriè sunt extrema palpebrarum corpuscula duriora, & cartilaginosa, quæ Græci Τάρσους vocant, Latini *Cilia*, quibus pili infiguntur, quos alii *Cilia* appellant. Superioris palpebræ pili versus superiora curvantur, sed inferioris versus inferiora; semper ferè eandem servantes magnitudinem, impedientes ne leviora oculo incidant, nam duplici palorum insignium serie constituti sunt. Gr. Βλέφαρις, ὄφρυς. B. **d'Oog-hairen.** G. Härlein an den augenliedern / Augenbraven. Gall. *Le Poil des paupiere.* A. The haire on the eye libds.

CIMOLIA TERRA, κιμωλία, à Cimolo Insulâ in mari Cretico, unde ortum habuit.

CINA CINÆ, seu CHINA CHINÆ, est cortex peruvianus, non absimilis cortici junioris quercus, saporis nonnihil astringentis & subamari, paulum ingrati: Adversus febres maxime laudatur. Dicitur & *Kinkinna, Palo de Calenturas, Gannana peride &c.* Arborem repræsentat *T. Bartholinus*, sed descriptionem nullam.

CINAMOMUM, est arbor altitudine citri aut mali aurantii; magna habens folia, lauri foliis similia, glabra: Vidi nuperrimè ramulum cui adhuc sex folia insidebant, & integrum folium servo, referens figuram, quam edidit *Abr. Mun-*

Munting; *A Costa* repræsentat etiam cinamomi folium: sed non convenit cum meo, sed potius ipsum Malabatrum refert. Fructus habet nigros, glandes referentes, magnitudine avellanæ nucis. Cortex interior Cinamomum propriè est; inter rariora mea integrum baculum cinamomi habeo. Videtur differre à *Cassia lignea*, (cujus variæ dantur species) cum Cinamomi cortex grandior sit & sapore penetrantior: Cassiæ vero tenerior & manducata mucilaginem præbet: Cortices fortè unius quoque arboris sunt, & rami majores fortasse præbent Cinamomum, teneriores vero cassiam. Radix suppeditat *Cáphoram*; lignum roseum spirat odorem; Folia juniperum olent; fructus vero expressi & cocti ceram velut adipem dant & Caryophyllos odore imitantur. Flores habet albidos ferè inodoros. Colitur in Zeilan, maximum est Aroma, & in Medicina quoque maximi usus. Dicitur & *Canella*; *Cinamomum* dictum contendunt, quasi *Amomum Chinense*, seu *Amomum* ex China delatum: alii nomen accepisse putant à verbo *Cau*, quod lignum, & *Nama*, quod dulce significat. Nonnulli Κιννάμωμον dictum credunt, quasi κίτταμον ἄμωμον, Amomum à puritate cinnamon, vel nomen fortè impositum ab Hebræorum *Kinnamon*. B. Kaneel. G. Canel / Zimmetrinde / Zimmet. Gall. *Canelle*. A. Cinamom.

Cinara, dictam volunt à cinere quo stercorari amat. Alii à *Cinará* potius puellâ, quæ in ejus speciei carduum mutata est, appellatam esse contendunt. Gr. Σκόλυμος: nonnullis *Coralus*, *Alcocalus*, *Articoca*, & *Articocalus*. Vide *Articocalus*.

Cinefactio, est quando res per ignem comburuntur, & in cinerem reducuntur. B. Aschmakinge. G. Aschmachung / zu aschen verbrennen. Gall. *Reduction en cendres*. A. A making or burning into ashes.

Cineraria, appellatur Jacoboela marina, cujus folia cinereum habent colorem.

Cinerarium, idem quod *Conisterium*.

Cineratio, idem quod *Cinefactio*.

Cinis, est pulvis ille griseus ex combustione rerum combustibilium residuus, constatque ex sale (qui elixiviari potest) atque terra, ut dicitur mortua. B. Asschje. G. Aschen. Gall. *Cendre*. A. Ashes.

Cinnabaris, alia est *Factitia*, & alia *Nativa* sive *Mineralis*. *Factitia* conficitur ex Sulphure & Mercurio, ex quibus

quibus mixtis fit sublimatio. *Nativa* est Terra mineralis lapidescens, rubicunda, constans etiam ex sulphure & mercurio vivo cum terrestri materia instar lapidis, compactis. Adfertur ex India orientali, Ungaria, Germaniæque locis variis; prope Alsheimium Palatinatus &c. Eligenda quæ gravida Mercurio & Sulphure præstantioribus, adeoque Ungarica, utpote quæ auro aliquantulum pollet. *Dioscoridi* dicitur *Minium*; quamvis diversum nobis à Cinnabari sit. Videtur dici à κινάβρα, ob fædum odorem quem exhalat, dum foditur, à κινιβράω oleo, fæteo. B. **Vermilioen**/ à verme quodam ex Ilicis baccis proveniens, cujus succo panni serici, & lanei rubro colore saturo inficiuntur. Item **Berg-rood**/ **Cinaber.** G. Zinober. Gall. *Vermillon.* A. Cinnabar.

CINNABARIS, CINNABRION HERBA, appellatur Ribia tinctorum, quia ejus radicibus lintea &c. rubro tinguntur colore, cinnabari vix dissimili.

CION, *Columella*, *Gargareon*, γάργαρ *Gurgulio*, *uva*, *uvula*, *uvigena*, *uvigera*, *Epiglottis* Plin. *Sublinguium* Isidoro, pensilis de palato *Isthmus*, sive *Gutturis Operculum* dicitur. Item κιονὶς, σταφυλόφορον ex palato in ore penitius, juxta narium meatus supra laryngis rimam inter *Amygdalas* dependet, estque processus ex substantia, ut videtur, glandulosa spongiosa & rubra, quam putat *Columbus* oriri ex palati tunica, eo loci reduplicata: sed *Riolanus* à musculis ibi desinentibus. Figura est rotundè oblonga, superius crassior, & in acutum obtusè desinens. *Usus* est moderari vocem & aëris frigiditatem & impedire ne potus ad nares ruat. B. **De Lell.** G. Der Zapff. das Athem Zünglein. Gall. *Lutte.* A. The Roof of the Mouth. Interdum uvula nimis propendet ab humoribus obstruentibus, qui per vasa lymphatica redire nequeunt, unde casus uvulæ oritur. B. **Den huig.** G. Das fallen/ oderschiesen des Zapf-leins. Gall. *La Luette abatuë.* A. The Falling of the uvula.

CIONIS, idem quod *Cion.*

CIRCÆA, vocatur Mandragora, quia hac herbâ quondam alios fascinare *Circæa* putatur, illud nomen etiam aliis plantis imponitur.

CIRCINUS, à circus, vel circando, instrumentum est, quo circuli designantur.

CIRCUITUS, idem quod *Periodus.*

CIRCULATIO sanguinis, vide *Periodus.*

CIR-

CIRCULATIO CHYMICA, est liquoris puri, per circularem destillationem in pelicano, vel alembico cæco, agente calore, exaltatio. B. Weder-dryving. G. Offt widerholtes distilliren. Gall. *Circulation Chimicale.* A. A Chymic al circulation.

CIRCULATOR, idem quod *Circumforaneus*, vide *Agyrta.*

CIRCULATORIUM, est vas vitreum, ubi infusus liquor, ascendendo & descendendo, quasi in circulo rotatur. Varia sunt hujus generis vasa, sed duo præcipuè sunt majoris momenti & usus duntaxat, *Pelicanus* nimirum, & *Diota.* B. Omdryf-glas / Circuleer-glas. G. Circulierglaß. Gall. *Circulatoire.* A. A Circulatory glass.

CIRCULATUM MINUS, nihil aliud est quam *Spiritus Vini.*

CIRCULUS, est Instrumentum rotundum vitris abscindendis ex ferro factum; perfringuntur hoc modo: circulus candefactus vitro apponitur, illudque tamdiu stringitur, donec ferveſcat & incaleſcat, cumque adhuc fervet frigida gutta immissa, aut frigidi halitus affluxu dissilit, atque disrumpitur. B. Een Ring. G. Ein Ring. Gall. *Anneau.* A. Ring.

CIRCUMFORANEUS, idem quod *Agyrta.*

CIRRI, plantarum sunt capillamenta, quæ contorta crispantur.

CIRSION, est Cardui species; & quia putatur hac planta Varicibus mederi, hinc nomen accepit à Κιρσὸς varix, cum vena multo sanguine dilatata est. *Fuchsius* nominat *Buglossam* vel *Linguam bovis.*

CIRSIUM, κιρσιον, quòd dolores κιρσῶν, id est varicum sedet hæc herba.

CIRSOCELE, est varicosa, vasorum ad testes euntium, dilatatio ita ut tertium testiculum quandoque mentiatur, ex κιρσὸς varix, & κήλη tumor. B. Swelling / of hyeuk der bloot-aders. G. Geschwollene / auff glauffene saamen Adren. Gall. *Hernie de Vaisseaux spermatiques.* A. A Swelling, of the seedvessels.

CIRSOS sive VARIX, est nimia venarum dilatatio & in tumorem elata, flexuosa, in una aut pluribus corporis partibus nascens; adeo ut rupturam minentur. Invenitur apud Græcos duplex nomen: Alterum est frequentissimum κιρσὸς seu (ut est apud *Pollucem*) κελιξὸς, alterum vero non

ita frequens ἰξία, quod quidem postremum usurpatum invenitur ab *Hippocrate*. Latinis *Varix*; *Ramex* tamen apud *Plautum* pro varice pectoris aliquando sumitur, in Merc. I. II. *Tuâ causâ rupi ramices, jamdudum sputo sanguinem.* B. **Gebozsten Ader / uitgereckte Ader / Ader-spat.** G. Ader-bruch / Krampff-ader / auffgeblasene / geschwollene Adern. Gall. *Varice, Veine Enflée, Varices.* A. A crooked swelling vein, or varix.

CISAMPELOS, dicitur de convolvulo, vineas amante, quia juxta illas sæpe succrescit. Ex κισσὸς Hedera, à κίω quod in pariete vel arboribus latè serpat; vel à κίω scindo, quia Hedera arborea alias arbores scindit & perdit, adde ἄμπελος vitis, vinea: ab ἅμα una & πηλὸς Ion. pro οἶνος vinum. Vide *Helxine Cisampelos.*

CISSIUM, seu CISSOPHYLLUM, sunt Vincetoxici Synonyma: quia habet folia Hederæ similia. Κισσὸς est Hedera, cui adjicitur φύλλον folium.

CISSOS, est Helix seu Hedera, vide Κισσὸς in voce *Cisampelos.* Bacchus quoque olim Κισσὸς dictus.

CISTERNA CHYLI, idem quod *Sacculus Chyliferus.*

CISTUS, Κίστος & Κισταρος, dicitur fortasse quod ejus species aliqua κίστη, id est Hederæ foliis rotundis sit. Sunt qui nomen à Bacchi saltatore derivant, cujus nomen erat *Cittus*, vel *Cissus*; Historiam vide apud *Cassianum Bassum.* Nonnulli κὰπὸ τοῦ κίστος, verme, seu curculione derivant: Κὶς enim omnia frumenta perterebrat: unde Κισηρὶς pumex variis foraminulis perforatus lapis est. Sic frutex hic à porosâ texturâ & innumeris spiraculis pervia, qua vinum transmittit.

CITRAGO, appellatur Melissa, ob citreum, quem spirat, odorem. Vide *Melissophyllum.*

CITREA MALUS, dicitur, quod ejus fructus citrinum habeant colorem.

CITRULLUS, Anguria est, sic à citri luteo colore dictus.

CINIS CLAVELLATUS, propriè cinis est ex claviculis vitis. Aliis est caput mortuum ex destillatione fœcum vini residuum, combustum & elixiviatum. Nonnullis est sal ex cineribus lignorum quorundam extractum, optimèque reverberatum. B. **Weed-asschye.** G. Weid-asche / pottasche. Gall. *De cendres de Saulz.* A. Ashes.

CITTA, sive PICA, est appetitus depravatus, quo ea appetuntur, quæ ab esu humano prorsus aliena sunt, ut

Calx,

Calx, fistulæ tabaceæ, carbones, testæ, panni, coria, arena, &c. Causa latet in depravato ventriculi succo. B. Verdorven of onguere Honger. G. Der Schwangern Weiber lust zum nütze Sachen. Gall. *Faim corrumpe.* A. A strange depraved longing in breeding women.

CIVETTA, à voce Indicâ *zibeth.* Est animalculum ex cujus ventre succus pinguis fragrantissimus educitur.

CLARETUM, est vinum, aromatum infusione imprægnatum ac cum saccharo dulcoratum, dicitur alias *Vinum Hippocraticum:* Item Vinum Medicatum, sic nominatur, quod per manicam Hippocratis colatur & purificatur. B. Klarei / klaretten-wijn / geneeş-wijn / kruid-wijn / kandeel-wijn / hypocraş / bruids-tranen. G. Hippocras / gewürtz-wein / claret. Gall. *Vin Claret, vin d'Hippocrat.* A. An Aromatick wine, or claret wine.

CLARIFICATIO, est modus, quo succi vel decocta crassa, clariora evadunt: fit filtratione, subsidentia, fermentatione, vel additione aceti, albuminis ovi, aut lactis. B. Een klaar-making. G. Reinigung / Clarificirung. Gall. *Clarification.* A. Clarifying or clearing.

CLAUDUS, est qui altero pede minus æque incedit, altero breviore, aut aliter distorto vel contracto. B. Manck. G. Hinckend. Gall. *Mutilé, Boiteux.* A. A Cripple.

CLAUSIPORTA, pro clausiporca: nam porcæ sunt clusiles, Italis *porceletti.*

CLAVICULÆ, sunt officula duo thoracem claudentia, scapulamque clavis instar, cum sterno firmantia: sic dicuntur à clavibus ædium antiquis, *Patavii* à *Spigelio.* & deinde à me visis. *Celsus Jugula* vocat à Jungendo, alii *Ligulas, Os furcale, &c.* Gr. appellant κλεὶς, κλεὶς *Hom.* κλειθρον *Gal.* transversim sub imo collo sitæ sunt, in pectoris summo, utrinque una. *Figuram* habent oblongi S. Latini B. Het sleutel-been / hals-been. G. Das Hals-bein / trossel-bein. Gall. *Le Clavicule.* A. The Clavicular bones.

CLAVICULÆ, in plantis colliculi sunt, quibus quasi manibus proreptans vitis adminicula comprehendit.

CLAVUS, vide *Helos*, est etiam doloris capitis species, clavum referens.

CLAVUS, juxta *Tornamicam*, est passio in parva capitis parte: Communiter est supra oculum in supercilio, & videtur ægris ac si pars capitis clavo vel terebello perforetur.

CLEIDION, idem quod *Clavicula.*

CLEMA & CLEMATIS, dicuntur plantæ sarmentosæ, ut vitis &c. à κλάω frango, quia fragiles.

CLEMATIS DAPHNOIDES, *Pervinca* officinis, *Vinca pervinca* vulgo nominatur. *Clematida* Græci, quoniam κλήματα, hoc est sarmenta seu viticulas per terram spargat, dixerunt. *Daphnoida* vero à foliorum Lauri, quam ejus folia habent, figura. Plinius Clematida *Ægyptiam* nominat *vincam pervincam*, alioque nomine *Chamædaphnen* dici tradit, quod sc. humilis videatur Laurus, ut nomen sonat. Vide *Pervinca* & *Vinca pervinca*.

CLEMATIS PASSIFLORA, ita appellatur, quod varia in flore habeat Christi passionis signa. B. Bloem des Lijdens / Passi-bloem. G. Passions-blume. Gall. *Fleur du Passion.* A. Flower of Passion.

CLEMENS, à mente, ut demens. Clemens, à colo, quasi colens mentem; vel quòd sit clarus mente.

CLEPSYDRA, Gr. κλεψύδρα, à κλέπτω, & ὕδωρ, aqua, quia sensim & quasi furtim aqua destillat. Species est horologii, ex aquæ fluxu: nunc verò frequentiùs occurrunt, ex arenâ, vel plumbo usto.

CLIMACTERICUS ANNUS, tales anni dicuntur, qui à nugivendulis, per certos gradus vel certam distantiam aut numerum septenarium & novarium distinguunt, & inter hos quadragesimum nonum, & sexagesimum tertium præ aliis notatu dignissimos habent: quod in his insignes mutationes, & pericula vitæ metuenda sint. Vide *Annus Climactericus.* B. 't Mood-jaar. G. Mord-jahr / das Wechseljahr. Gall. *Année Climacterique.* A. The termes of important changes in the bodies of men.

CLINICUS, est Medicus vel Medicaster qui diæta curat, aut Medicamentis. Sed hoc munere sæpe à mulierculis, quæ lecto affixis subministrant, fungitur, à κλίνη, Lectus, derivari debet.

CLINOIDES APOPHYSIS, Gr. κλινοειδὴς, à κλίνω, inclino; quòd hæc ossis protuberantia lectum referat.

CLINOPODIUM, est herba quibusdam *Marum* appellata, est propriè lecti pediculus, quod folia habeat lecti pedibus simillima, à κλίνω inclino, reclino; unde κλίνη lectus, & πούς pes. B. Mastik-kruid. G. Mastick-kraut. Gall. *Herbe de Mastic.* A. Wild Basil.

CLISTUS, vide *Clyssus.*

CLITORIS, seu AMORIS DULCEDO, est velut penis

nis muliebris, titillationi inſerviens: Conſtat ut penis virilis, ex duobus corporibus nervoſis, quæ ab inferiore parte oſſium pubis ortum ducunt, etiam in extremitate obtegitur glans præputio; ejus ſubſtantia ſpongioſa eſt, adeo ut intendi & relaxari poſſit non tamen ut in viris perforata eſt. Dicitur à κλειτοριζω laſcivio. B. De kittelaar. G. Schum zunglein. Gall. *Clitoris*. A. The yard of a woman, or the clitoris.

CLOACA, à conluendo, vel à cloacare, id eſt inquinare, vel à cluo, id eſt purgo. Corporis immunditiarum eſt receptaculum.

CLYDON, eſt fluctuatio in ventriculo, à κλύζω abluo, lavo.

CLYMENUM, dictum ſcribunt ab inventore Clymeno Rege: ſed rectius à κλινω reclino, quod fructus ſive folliculi ad ſe invicem reclinant ac quaſi recumbant, veluti iridis floris folia poſtea Clymenum vocarunt, & Regem nomen ei impoſuiſſe finxerunt.

CLYPEALIS CARTILAGO, idem quod *Thyroides*.

CLYPEUS, ſive clupeus à cluendo, hoc eſt purgando, vel quaſi calypeum, à καλύπτω, tegere, quòd tegat.

CLYSMA, idem quod *Clyſter*.

CLYSSUS, eſt, quod alicujus rei eſſentiam, apud Chymicos, contineat: vel quando ejuſdem rei ſpecies variè ſeorſim elaboratæ iterum conjunguntur, ut cum ſal commune, Sulphur, oleum, ſpiritus & Mercurius iterum in unum corpus coagulantur. Dicitur & *Aqua Stimmea* vel *Sulphurea*, eſtque ſpiritus quidam mineralis, cujus baſis præcipue Antimonium, nec non alia ſulphura mineralia. Vide *Eſſentia quinta*.

CLYSTER & CLYSTERIUM ſeu ENEMA, eſt Medicamentum internum, fluidum, quod per anum in inteſtina injicitur. Clyſteres alii ſunt mollientes, & laxantes, alii detergentes, alii aſtringentes, alii anodyni, alii ad alias intentiones parati, à κλύζω abluo. Gr. κλυστηρ. B. Clyſterie/ Clyſteer/ Spuitſetting/ Darm-ſpoeling/ Gat-ſpoeling. *Clyſter* ſumitur aliquando latiori nomine, pro *Metrenchyta*, *Otenchyta*, *Riſenchyta* &c. quæ ſuis vocabulis ſuo loco reperiuntur. G. Einſpritzung/ Cliſtier. Gall. *Lavement*, *Clyſtére*. A. Gliſter.

CLYSTERIUM, vide *Clyſter*.

CNEORUM, eſt planta linguam mordens, à κνάω rado.

CNICUS & CNECUS, vocatur *Carthamus*, herba flores proferens croco similes. Hinc κνηκὸς est flavus color, forte à κνίζω accendo, quia ignei coloris est, ut crocus, vel ἀπὸ τ κνίζειν, quod mordere & pungere significat: vel ἀπὸ τ κνίσμον, quod pungendo, prurigínem excitet, quod de sylvestri rectius, quam de sativo dici potest. B. **Wild saffraan/ Bastert saffraan.** G. WildSaffran. Gall. *Saffran Sauvagie*, *Saffran bastard*. A. Bastard Saffron.

CNIDE, est Urtica urens, quia nocenti lanugine pungit, à κνάω scindo, scalpo, pruritum excito.

CNISMUS & CNESMUS, à κνάομαι scalpo, prurio. Vide *Pruritus*.

CNISSOREGMIA, sive SODA, est cibi & potus in ventriculo, quasi exustio, & pruritus, cum eructationibus acidis, à κνάομαι prurio, & ῥήγνυμι rumpo, quia calor cum aciditate erumpi videatur. B. **De Sode/ Spijs-verbrandinge.** G. Hitze des Magens/ Sode. Gall. *l'Ardeur d'Estomac*. A. The heart burning.

COAGULATIO, dicitur humoris à re aliqua vel vera privatio, vel saltem talis, quæ sensibus nostris non apparet. B. **Stremminge.** G. Ein Ding/ Zusame geloffen. Gall. *Coagulation*. A. Coagulation or Curdling.

COALESCENTIA, est partium unio, quæ antea erant divisæ. B. **Aan-een-groejinge.** G. Zusamen wachsung, Gall. *Coalescence*. A. A Growing together.

COARTICULATIO, idem quod *Diarthrosis*.

COBALTUM, *Cadmia nativa*, *Fossilis*, *Metallica*, est minerale terreum, colore fere nigrum, æris vel argenti particeps. Foditur copiosè haud procul Goslariâ. Causticum & erodens, adeoque inter venena habendum. B. **Kobalt.** G. Kobalt/ Mückenpulver/ quia Muscæ ejus gustu perimuntur. Gall. *De la Cadmia native*. A. Brasse ore, or Cobalt.

COCCIGRIA, vel COGGYRIA, est arbuscula montana & sylvas amans, ejusque radicibus lanæ, &c. purpureo inficiuntur colore, Etymon erit à κόκκος granum, bacca, *color* ex cocco factus *puniceus*, & ἄγριος sylvestris.

COCCUS, in genere sumitur pro omni bacca, sed proximè refertur ad Ilicis minoris baccas, quæ *Grana Kermes* seu *Chermes* appellantur, nonnulli putant coccum significare vermiculum, qui singulis baccis innasci dicitur, hinc ejusmodi color vocatur *Vermeil* & *Vermilioen* à verme nempe,

hinc

hinc quoque Arabum *Chermes*, *Kermes*, *Color Chermesinus* &c. noſtris *Karmoſyn*. Hinc *Coccineus color*.

COCCUS CNIDIUS ſeu GNIDIUS, baccæ eſſe putantur chamælææ, admodum urentes & acres, hinc à κνίω uro, vel κνίδη urtica urens: urticæ enim inſtar urit, mordet, pruriginemque excitat. Pipere enim, quod calidum ſatis, calidius eſt. Fortè *Gnidius* appellatur corruptè facilitatis gratiâ, ut fieri ſolet.

COCCUS BAPHICA, idem quod *Kermes*.

COCCYMELEA, idem quod *Coccymelon*.

COCCYMELON, videtur eſſe pruni ſpecies, & quibuſdam videtur eſſe *cuculi malus*, κόκκυξ enim eſt cuculus, & μῆλον malus: hinc arborem illam dictam conjiciunt, quod grandeſcentibus pomis, cuculus è ſuis latebris prodeat, & conſpiciatur: vel, nomen hoc potius inditum, quod floreat, quando cuculus ad ſuas latebras redit, nec amplius videatur.

COCCYX, conſtituitur ex tribus oſſiculis, rarius quatuor, quæ oſſi Sacro ſubſunt, hæc faciliori ſeſſioni inſervit. Dicitur & *Orropygium*, *Uropygium*, *Sacra ſpina*, Iſidoro, κόκκυξ, ὀρρηπύγιον, σποιδύλιον. B. **Stiet-been / ſteut-been / ſteert-been.** G. Daß guck gucks vel ſchwantz beinlein. Gall. *Le coccis*, *l'Os de la queue*. A. The Rump-bone.

COCHLEA & CONCHA, ſeu antrum Buccinoſum, eſt auris internæ cavitas, ob flexuoſam circumgyrationem ſic dicta. Habet enim gyros tres, vel quatuor ſe mutuo excipientes, tenuiſſima ac molliſſima membrana ſuccingitur. κόγχη *Ruſo*. ἀσταχὸς *Poll*. B. **Yet ſleit-been.** G. Das Schnecken gleiche beinlein. Gall. *Os come un coquille*. A. A bone in the inwand part of the ear ſo called, from its form.

COCHLEARE, maximum, pendet drachmas quatuor: Magnum ſeſqui drachmam: parvum drachmam unam: minium drachmam ſemiſſem. B. **Een Lepel.** G. Ein Löffel. Gall. *Cuillere*, *cueilliere*. A. A Spoone.

COCHLEARIA, eſt herba antiſcorbutica, ſic vocatur à cochlearis forma, quam folia habent.

COCLES, quaſi unoculus, vel ocles, vel κύκλωψ, quòd à κύκλος, circulus, & ὄπτομαι, video.

COCTIO, eſt minimarum particularum fermentatio & motus, ex quibus alimenta conſtant, ut ea temperiem & conformationem, corpori vivo idoneam, acquirant. *Prima* coctio fit in ventriculo, à fermento, partim ibidem à

reliquiis ciborum remanente, partim ab arteriis cœliacis in ventriculum affluente & respirationis motu. *Secunda* fit in intestinis à bile & succo pancreatico. *Tertia* in glandulis mesentericis, à lympha cum Chylo sese miscente. *Quarta* in pulmonibus, à nitro aëreo inspirato. *Quinta* in vasis & visceribus, puta liene, hepate, testibus virilibus &c. Malè coctionis nomine indigitatur, quia coquere igni proprium est: Si enim calor esset fermentationis causa, quid tunc dicendum de piscibus, aliisque in quibus calor sensibilis nullus inest. B. Kokinge / gestinge / verduwing. G. Verdäwng. Gall. *Concoction, digestion.* A. Concoction, digesting. Pharmacopæi eodem coctionis vocabulo utuntur, in coquendis Medicamentis, quæ nihil aliud est quam particularum quarundam, ex Medicamentis mediante ebullitione, extractio. B. Kokinge. G. Die Kochung. Gall. *Cuisson.* A. A Boyling.

Coculus Indi, fructus magnitudine & figura instar lauri baccæ, racematim pediculis hærentes, hederæ corymborum modo ex Alexandria adferuntur. Quidam Solani Maniaci, alii Tithymalli, alii Clematis fructum censent. Dicuntur alias *Baccæ Levanticæ*, *Baciæ Orientales*, *Baccæ Cotylæ*, *Elephantinæ*, *Cuculus indicus*. B. Kockes. contra pediculorum acies utitur vulgus. G. Dollkörner. Gall. *Coques.* A. Indian cockles, grain vel berry.

Codia, sunt capita papaveris, ex quibus syrupus conficitur, sed strictè, latè vero sumitur pro omni plantarum capitulo. Gr. κώδεια & κώδια: κώδη fructus est papaveris. B. Man-koppen / slaap-bollen. G. Mohn häupter / Magsamen Köpff. Gall. *Pavót.* A. Tops of poppies.

Coecum Intestinum, est in ordine à ventriculo quartum, & crassorum intestinorum primum, sæculi instar propendens, & ab una parte impervium. Gr. τυφλὸς. B. De blinde Darm. G. Das blinde Darm. Gall. *Le Boyau aveugle.* A. The blind gut.

Coelia, est cavitas magna, ut venter infimus, medius & supremus, à κοῖλος cavus. B. Een holligheid. G. Höhle. Gall. *Cavité.* A. Any great cavity.

Coeliaca Affectio, idem quod *Cœliaca passio.*

Coeliaca Arteria, est quæ à trunco arteriæ magnæ oritur, ventriculo, & hepati suis ramificationibus prospicit. B. De maags slag-ader. G. Der Magen Pulsader. Gall. *Artére Cœliaque.* A. The Cæliack artery.

Coe-

COELIACA PASSIO, sive affectio, est alvi fluxus, in quo cibus vel in totum, vel ex parte mutatus, absque chylificatione, per anum ejicitur. Estque duplex, *prima* in qua cibus in ventriculo solummodo coquitur; *altera*, quando in ventriculo, & intestinis coctio seu fermentatio simul peragitur, verum propter obliterationem papillarum intestinalium, vel vasorum Lacteorum, ex longa nempe inedia, vel dysenteria purulenta &c. non distribuitur, à κοιλία venter, alvus. B. Spys-loop / grauwe-loop / rauwe gijlvloed. G. Bauchfluss. Gall. *Flux d'Aliment.* A. The Cæliack passion.

COELI DONUM, idem quod *Chelidonia.*

COELOMA, est ulcus cavum & rotundum, in cornea oculi tunica, à κοῖλος cavus. B. Een rond hol in't oog.

COELUM, est cavitas oculi versus canthum. *Cæli πάθη*, sunt aëris constitutiones. Cœlum etiam dicitur *Palatum.*

COEMENTATIO & COEMENTUM, vide *Cementum.*

COFFE, Fabarum species est, in Arabia Felici nascens; ex quibus tostis & tritis aqua fervida tinctura extrahitur, quæ sorbillando à Turcis, Ægyptiis, Persis aliisque nationibus ex vasculis ebibitur. Arbor Euonomo similis est, sed folia crassiora, durioraque habet, imo viridiora, & perpetuo virentia. Singulæ vel plures fabæ folliculis castanei coloris includuntur. Vocatur *Coffee*, *Coffi*, *Cauva*, *Bon*, *Bunchum*, *Chaova.*

COGGYGRIA, vide *Coccigria.*

COHOB & COHOBIUM, idem quod *Cohobatio.*

COHOBATIO est, quando liquor destillatus, menstruo suo reaffunditur, & deinceps destillationi exponitur, ut corpora dura magis reddantur spirituosa. B. Vernieuwinge / herwattinge / weder-overhaling / weder-overtrekking. G. Offt Wiederholte/Distillierung. Gall. & A. *Cohobation.*

COINCIDENTIA, sive INTERCIDENTIA, est, cum aliunde in aliud vas humor fluit. ex. gr. in oculo *coincidentia* est, ubi in meatum porumve opticum, à basi cerebri veniens, oculo videndi facultatem tribuit, humor adaperto vel rupto vase incidit, obturatque eum, unde cum dolore visus offenditur. Gr. παρέμπτωσις.

COINDICANTIA, sunt signa quæ non per se, sed per aliud indicant.

COL. ADD. eſt Colaturæ adde, quando decoctioni percolatæ aliquid inſuper admiſcetur.

COLATORIUM, eſt cribrum, pannus aut aliud quid, per quod aliquid colatur. B. **Een Spgdoek / een Dooz-ſyg-tuig.** G. Ein Seihtuch / Ein Durchſchlag. Gall. *Colatoire.* A. Strainer, a ſtraining cloth.

COLATIO & COLATURA, eſt quando liquor poſt coctionem aut infuſionem, per cribrum, aut pannum percolatus eſt. B. **Dooꝛzeigſel.** G. Durch ſeihung. Gall. *Colation.* A. Liquor when ſtrained.

COLCHICUM, eſt bulbus florem ferens, qui dicitur eſſe venenoſus, à Colchide veneni ferace, in qua naſcitur, nomen ſumpſit. Gr. ἐφήμερον, nonnulli Hermodactylum vocant. B. **Tydelooſen / Naakte-Vꝛouw-en.** G. Zeitloſen / Wilt Saffran. Gall. *Mort au chien.* A. Meadow-Saffron. Vide *Ephemerum.*

COLCOTHAR, eſt remanentia ſicca poſt deſtillationem vulgò *Caput mortuum*, & propriè intelligitur de vitriolo B. **Doode Kop.** Der todte Kopff. Gall. *Tête mort.* A. The Caput mortuum of Vitriol.

COLES, idem quod *Penis.*

COLICA PASSIO, idem quod *Colicus dolor.*

COLICUS DOLOR, à colo inteſtino nomen habet, ſed immeritò, quia in omni inteſtinorum loco reperiri ſolet: eſt vero major aut minor; continuus aut intermittens, & ſæpe habens ſtatas periodos, murmura ventris, & punctiones vel vagas vel fixas; alvus plerumque ſuppreſſa eſt vel flatibus plena: Interdum eructatio & vomitus urgent, & febris vel inquietudines & urinæ quoque ſuppreſſio; quod ſi diuturnus, fixus & vehemens fuerit, ei ſolet denique remittenti paralyſis artuum ſupervenire. Definitur quod ſit vehemens abdominis dolor à ſuccis acribus in inteſtinis, meſenterii glandulis, pancreate aut alibi ſubſiſtentibus, ibique corroſionem & dolorem excitantibus: nomen rectius ſortitur à κοιλία alvus, qui non ſemper in colo, ut vulgò putant, verum maxima ex parte in media alvo ſeu Meſenterio contingit, unde *Cœliaca Paſſio* potius appellari poſſit, quidam ἀπὸ τῆ κολάζειν à torquendo, quod in eo fiebant tormina colica. B. **Colijk / darm-ſcheels ppn.** G. Das bauch-grimmen / bauch-wehe / Colick / darm-gicht / darm-winde / das grimmen. Gall. *Colique trenchee de ventre.* A. The Colick.

COL-

COLLA, eſt GLUTEN, Gr. κόλλα B. Lym Kleiſter. G. Leim / Kleiſter. Gall. *Glu*, *Colle*. A. Glue.

COLLATITIUM, eſt caro cocta vel aſſata pulli aut caponis, quæ in mortario tunditur, tuſa juri vervecini admiſcetur, quæ ægris cum omphacio aut Limonum ſucco propinatur, fortè ex κόλλα gluten. B. Kolys.

COLLECTIO, eſt quando varia Medicamina ſicca, uti Radices, Herbæ, Semina, &c. præſcribuntur, & in unum chaos mixta, ut vino infundantur, ægris porrigantur. B. Verſameling / Collectie. G. Eine Samlung. Gall. *Collection*. A. Collection, Gathering together.

COLLETICA, ſunt Medicamenta conglutinantia, ut *Sarcotica*, à κολλάω glutino.

COLLICIÆ, ſunt *Lachrymalium punctorum* in unum ductum in utroque latere concurſus, humorem palpebrarum in narium cava derivantes, in homine ipſis ciliorum apicibus inſculpta foramina, breves demittunt canaliculos, demonſtratu difficiles, niſi cautè diffractis narum oſſibus, tunicæ relinquantur integræ, mox enim ubi oſſa penetraverint (quouſque tenui ſeparantur membrana) in ſinum ampliati narium continuantur tunicæ. In ove, lepore, vitulo, cuniculo, non in ipſis ciliis, ſed interius paulò eadem reperiuntur oſtia, quæ profundius in avibus quærenda, ubi quam in ullo alio genere longè majora, receptum majorem ſtylum per palati rimam emittunt; brevis hic admodum, quæ foramina diſtinguit, membrana. B. Water-gooten / of traan-gooten. G. Thränen löcher. Gall. *Rayes*, *Foſſez*. A. The Gutters.

COLLUM, eſt illa pars corporis, quæ intra caput & pectus media eſt, ſuſtentat caput. Conſtat ex ſeptem vertebris, muſculis, arteriis carotidibus, venis jugularibus &c. Anterior pars tantum dicitur *Collum*, poſterior vero *Cervix*. B. Den Hals. G. Der Hals. Gall. *Le Col*. A. The Necke. Sic *Collum Uteri*, eſt media pars intra fundum uteri & ejus os. B. De Hals des Lyfmoeders. G. Der Hals / mund der Bärmutter. Gall. *l'Orifice de Matrice*, *le Col de Matrice*. A. The Necke of the Womb.

COLLUTIO, eſt oris ablutio, qua dentes vacillantes, vel qua gingivas & ulcera detergemus. B. Een af-waſſchinge / ſpoelinge / ſpoel-water / ſuiveringe. G. Auſs ſpülung. Gall. *Collution*. A. A Waſhing.

COLLYRIUM, quondam erat Medicamentum oblongum,

gum, quod in oculorum affectibus sumebatur. In oblonga vero nonnunquam orbiculari forma paratur, & vehiculo convenienti pro oculis sanandis dissolvitur, à κολοβὸς mutila, & οὐρὰ cauda, quia habet velut mutilatam caudam; sed potius à κωλύω inhibeo, & ῥοῦς fluxio, quia fluxiones oculorum inhibet. B. **Oog-water.** G. Augen artzney / Augenwasser. Gall. *Collyre*, *Remede pour le Mal des yeux.* A. A Remedie for the eyes.

COLOBOMA, est vitium labiorum, palpebrarum, aurium, vel narium &c. quo partes partibus vel à nativitate, vel casu quodam accrescunt, quæ tamen antea vel solutæ fuerant, vel solutæ esse debuerant, à κολάω, amputo vel κολλάω agglutino, de oculis dicitur. B. **Verrotte en aan een gewasse oog-scheelen / oogen verminktheid.**

COLOCASIA, putatur esse Arum Ægyptium. Nomen deduci potest à κόλα venter & κόζω orno, quod ventrem ornet.

COLOCYNTHIS, est citrulli species, amarissima: advehitur nobis cortice denudato, & tunc albidi sunt coloris, ex Italia, Hispania, Gallia &c. Estque major & minor, rotunda, quæ in usu est, oblonga, pyriformis, pomiformis, semina quoque continet amarissima. Vehementer purgat. Gr. Κολοκυνθὶς cucurbitam significans parvam, ἀπὸ τὸ κόλον κινῆσαι, seu κινεῖν, quia colon seu ventrem commovet. Vide *Cucurbita*. Arab. *Alhandal*, *Chandel*, *Handel*, & *Handhal*. B. **Coloquint.** G. Coloquinth. Gall. *Coloquinte.* A. Coloquintida.

COLON, est crassorum intestinorum secundum; ejus situs sic se habet. In dextro Ilio à cæco intestino oritur, & reni dextro adhæret; deinde sursum reflectitur sub hepate, ubi folliculo fellis nonnunquam annectitur, à quo luteo colore inficitur; ulterius pergit transversim sub fundo ventriculi, & à sinistris lieni jungitur, deinde reni sinistro alligatur, ubi gyros habet admodum obliquos, & inde in rectum rectà desinit. *Longum*, est communiter palmas octo vel novem, latissimum vero & amplissimum omnium. *Cellulas* habet multas. Ligamentum quoddam, medii digiti latitudine per ejus medium parte superna intexitur, deinde ob amplitudinem duo ligamenta fortia habet, unum sursum, alterum vero deorsum, ut supernis & infernis partibus alligetur. Circa initium habet valvulam, sursum spectantem, ne sc. ex crassioribus intestinis in tenuia aliquid remeet.

Gr.

Gr. κῶλον, ἢ κατὰ κοιλία *Rufo*, *Poll.* νεναίρη *Hom.* à κολάζεσθαι torquendo; quod in eo fiebant tormina colica, vel à κοιλότης cavitas apud *Athen.* vel à κωλύειν ab impediendo, quia in eo excrementa, ne statim decidant, morantur. B. **Kronkel-darm/ Kartel-darm.** G. Der grosse Darm. Gall. *l'Intestin* vel *boyau grand.* A. The great gut.

COLON, Gr. κῶλον. Vide *Membrum.*

COLOPHONIA, dicitur, quod ex Colophone urbe olim advehebatur, est substantia oleaginosa, flavescens, arida ac friabilis, residua ex resinis abietina, strobilinaque coctione dum purgantur, vel destillantur, inspissatis ac frigore induratis. Vocatur & Pix Græca. B. **Spiegelhars.** G. Spiegel-hartz. Gall. *Pois, resine.* A. Colophony or Rosin.

COLPUS, idem quod *Sinus.*

COLUBRINA, est Ari species, *Serpentaria* dicta, idque ob serpentinum, sive colubrinum colorem, quem habet caulis. Vide *Dracontia.* Eodem quoque nomine insignitur *Bistorta.*

COLUBRINUM LIGNUM, sive SERPENTARIUM, propriè radix est, admodum amarum, colore fusco. Utuntur adversus colubri morsis, medetur & febricitantibus. Nascuntur in *Zeilan* tres species. B. **Slangenhout.** G. Grießholtz. Gall. *Bois de Coluvier* vel *Coluvre*, *Bois de Serpents.* A. Snake wood. Indis *Comexi.*

COLUM, est omne illud, per quod, ad liquorum depurationem, aliquid colatur & transmittitur, ut cribrum, manica Hippocratis, linteum, papyrus bibula, &c. B. **Een Stramijn/ Kleins-doek.** G. Ein Durchschlag/ Ein Seih-Tuch. Gall. *Un Couloir.* A. A Acolander or strayner.

COLUMELLA, idem quod *Cion.*

COLUMNÆ CORDIS, sunt illi musculi & tendines, quibus cordis ventriculi & auriculæ contrahuntur, & dilatantur. B. **Hert peesjes.** G. Das Hertz Geäder. Gall. *Tendons de cœur.* A. The fibres or calumns of the heart.

COLUMNA NASI, est nasi pars carnosa in medio prominens, labio superiori vicina. B. **Het Neus-steunsel.** G. Die Nasen Säule. Gall. *Colomme du nez.* A. The end of the nose.

COLUMMA ORIS, idem quod *Cion.*

COLUMELLARES DENTES, vide *Dentes.*

COLUTEA, est arbuscula, quæ si quis eam mutilet, ipsa

ipsa moritur; ergo à κολόω mutilo. B. Lombartse Linse. G. Welsch-sene-baum / Welsche Linsen. Gall. *Baguenaudier*. A. Bastardsenna.

COLYTEA, idem quod *Colutea*.

COMA, est quidquid hilari venustate crinium modo, summa ramorum vel colliculorum exornat. Vide *Summitates*.

COMA SOMNOLENTUM, est sopor lethargo minor, sine febre, in quo æger excitatus ad interrogata respondet, & statim in profundum somnum relabitur, ore hiante & maxillâ inferiori demissâ, mortuis similior quam vivis decumbit: *Causa* est obstructio cerebri cum nempe viscida illuvies anfractuum sive gyrorum cortices, una cum minoribus medullæ inclusæ rivulis invaserit. Idem est quod *Cataphora*, ab inusitato verbo κῶ id est cubo pro κείμαι jacio. B. Slaap-ziekte. G. Schlafftucht. Gall. *Grand Sommeil*. A. A disease causing heavy & long sleep.

COMA VIGIL, sive AGRYPNIA, est morbus, in quo ægri continuo ad somnum proclives sunt, attamen vix dormire possunt, cum immani capitis gravedine, sensuum & omnium motuum torpore, quibus non raro delirium accedit. Ob insomnia imagines & velut spectra, quæ imaginationi indesinenter objiciuntur, excitantur. Hinc si eos excitaveris, oculos attollunt, & torvè te aspiciunt, sæpe insomnia sua narrant, mox ad somnum se rursus reponunt, subinde sese jactant, erigunt, moxque relabuntur, adeo ut *Coma Vigil* sit status medius inter lethargum & phrenitidem, ideoque *Typhomania* dicitur. Gr. Ἀγρυπνώδης κῶμα. B. Waekende slaap-zugt. Wachende Schlafsucht. Gall. *Sommeil Veillant*. A. Watching or waking coma.

COMARUS, est Arbutus, & dicitur παρὰ τὸ κόμην ἐν τῷ χειμῶνι ἔχειν, quod comam sive cacumen hieme viride obtineat.

COMBUSTIO, vide *Ignis actualis*.

COMITIALIS MORBUS, idem quod *Epilepsia*.

COMMANSUM, vide *Apophlegmatismus*.

COMPLEXI MORBI, sunt, qui ita invicem comitantur ut unus absque altero esse non possit, ut Pleuritis & Febris. B. Aan een verknogte sieknten. G. Viele zusammen gefügte krancheiten. Gall. *Maladies unies*. A. Complex diseases.

COM-

COMPLEXI MUSCULI, pertinent ad occiput. Ortum habent à ſeptimæ colli & quinque thoracis vertebrarum ſuperiorum tranſverſis proceſſibus; qui variis occipiti tendinum radiis atque carneis vinculis affiguntur. B. **Te ſamen gebaegde ſpieren.** G. Zuſammen gebogener mauß der Hinterheils des Haupts. Gall. *Muſcles unies.* A. The third pair of Muſcls belonging to the Occiput.

COMPLEXIO, vulgo pro temperamento habetur; alias dicitur de morbis complexis & complicatis, item de febribus diverſo tempore invadentibus: Sic & pulſuum differentia, varia coitio inter complexiones recenſentur. B. **Complexie / getempertheid.** G. Complexion / geſtaltniß. Gall. & A. Complevion.

COMPLICATI MORBI, ſunt quando diverſi morbi in uno ſubjecto concurrunt, exempli gr. ſi vulneri capitis adſint cranium fractum, meninx læſa, cerebrum vulneratum &c. B. **t'Samen verknogte ziekten.** G. Verwirrete zu ſammen gewickelte Kranckheiten. Gall. *Compliquees.* A. A compound or complicate diſeaſes.

COMPOSITA, ſunt Medicamenta, quæ ex variis ſimplicibus Medicamentis parantur; ut ſunt Aquæ quædam', Syrupi, Electuaria, Opiata, Trochiſci, Unguenta, Emplaſtra, &c. quæ in vulgaribus officinis proſtant: Sunt etiam quædam Chymica, ut varii Spiritus, Salia volatilia oleoſa, Tincturæ, Balſama, Eſſentiæ, Pulveres &c. B. **Samen geſtelde dingen.** G. Vermiſchte / Vermengte artzeney. Gall. *Compoſition de Medicine.* A. Compound Medecines.

COMPOSITIO, eſt, cum varia Medicamenta invicem miſcentur, ut in Theriaca & Mithridatio. B. **Samenſtelling / Compoſitie.** G. Zuſamen vermengung / Vermiſchung. Gall. & A. Compoſition.

COMPRESSIVA MEDICINA, dicitur *Avicennæ* ſicca, cauſans in membro ſiccitatem & coadunationem ipſius ad ſe ipſam, unde obturatur tranſitus & meatus. Et ex fortitudine compreſſionis & coadunationis partium membri ad invicem coguntur, humiditates ſubtiles in ejus concavitatibus permanentes exprimi violenter ex motu ejus oppoſito.

CONARIUM, ſive GLANDULA PINEALIS, in cerebri plexu choroidis pendet, à coni ſeu turbinis forma

fic

sic dicta. Collocatur intra thalamos nervorum opticorum & narium prominentias. Hanc animæ sedem esse, aut Principes facultates ab eadem oriri vix crédimus, quoniam animalia quæ imaginatione, memoria, aliisque superioribus animæ potentiis ferè in totum destitui videntur, hanc glandulam satis amplam atque augustam habent. Sensorium itaque constitui debet, ubi & nervi oriundi sunt, nempe circa medullæ oblongatæ initium. *Usus* est humores serosos, à sanguine arterioso depositos, excipere, & in se retinere; donec aut venæ depletiores factæ, eosdem resorbeant, aut lymphæductus (si qui adfuerint) eos extra convehant. Doctiss. *F. Bayle*, de usu tamen ejus dubitat: Cum dicit, quis sit verus illius glandulæ usus, non est ita facile statutu. Cum in variis cerebris hominum, boum, ovium semper deprehenderim glandulam illam manifesta salsedine atque satis acri esse imbutam, suspicor in ea salem aliquem volatilem à sanguine separari, sali volatili armoniaco analogum, qui in caudicem medullæ spinalis diffusus, vigorem addit spiritibus animalibus & eorum coagulationem impedit, à κώνω meta, turbo. B. 't Pijn-appeltjen / pijn-appel-klier. G. Zuvel-Apffel / Gall. *Glande du pin.* A. The gland in the brain like a Pine-Apple, or pineal gland.

Concavatio, idem quod *Actuatio.*

Concentratio & Concentrantia Medicamenta, sunt ea, quibus acidum ita moderatur, additione alcali, ut nemo eorum prædominetur: ut in Tartaro vitriolato: Unde dicitur humores concentrare, quando acidum superfluum ab alcali subjugatur. B. t'Samen punting van 't suur en 't sout: Vide *Absorbentia.*

Conceptus & Conceptio, est quando ovum ex ovariis à semine maris fœcundatum, & in uterum maternum illapsum fuerit. B. Ontsanginge. G. Empfängnüß. Gall. & A. A Conception.

Concha, idem quod *Cochlea.* Item in medio auris cavitas magna, & auris externæ præcipua pars. B. De schulp des Oirs. G. Die Krümme oder / daß hol im ohr / Muschel der oren. Gall. *Le creux or Coquille d'Oreille.* A. A bone in the otward part of the ear so called from its form.

Concretio, est liquidæ alicujus coctionis aut succi

ci in massam solidiorem condensatio, ut absinthii succus condensatus, succus glycyrhizæ, Acaciæ, Hypocistidis &c. B. Verdikking. G. Dickmachung / das zůsammen rinnen. Gall. *Concretion*, *Condensation*. A. Idem.

CONDENSANTIA & CONDENSATIO, vide *Incrassantia*.

CONDITUM & CONDITURA, à *Condire*, est compositio, è Conservis, Pulveribus, Speciebus Aromaticis cum syrupo convenienti in Electuarii formam redactis. Sumitur etiam pro Medicamento simplici, saccharo vel melle condito: ut Zingiber, Helenium &c. conditum. B. Conserf / suiker bewaarsel. G. Eingemachte sachen. Gall. *Confitures*. A. An electuary.

CONDRILLA, idem quod *Chondrilla*.

CONDUCTOR, est instrumentum argenteum vel orichalceum, cavum, quod vesicæ immittitur, & viam alio instrumento itinerario monstrat ad extrahendum calculum. B. Weg-wijser. G. Weg-weiser. Gall. *Renure*, *Rainure*. A. The conductor, or guide.

CONDYLOMA & CONDYLUS, est articulorum junctura, ut in maxilla, sive nodus, aut ossium internodia. Item processus maxillæ inferioris retusus, qui mediante membranoso ligamento ossi petroso coarticulatur. Item tumor quidam callosus in digitis manuum aut pedum, præsertim vero circa anum & pudenda muliebria; tuberculum nimirum durum, & occallescens ex humoribus, ibidem restagnantibus sensim excrescens, & tædio potius plerumque, quam dolore molestum. Interdum quoque inflammationem conjunctam habet, à κόνδυλος digiti articulus. B. Knoop-zwellen. G. Feigwartzen. Gall. *Condylome*. A. A swelling especially in the fundament, proceeding of inflammation.

CONDYLI, sunt articuli seu nodi & digitorum tubercula, quæ circa articulationem crassiora sunt. Vide *Metacondyli*. B. De knokkelen. G. Die Knoden / die Knubel. Gall. *Jointure*. A. Knots of the bones at the joints of the fingers.

CONFECTA, vocantur res (ut semina, amygdala, nuces pini, cinamomum, &c.) saccharo sicco obductæ, & incrustatæ. B. Besuikerde saden. G. Confeit / mit Zucker eingemacht. Gall. *Confects*. A. Comfits.

CONFECTIO, est compositio ex pulveribus, gummis, saccharo, melle, syrupis &c. in unam massam conjuncta:

estque duplex; arida, ut trochisci, tabellæ: vel humida, ut Opiata, Condita, Conservæ, & omnis generis Antidota. B. **Een toemaaksel / doorsuikering.** G. Mit Zucker vermischte Artzneyen / ein Conserv. Gall. & A. *Compositio*

CONFORMATIO, est pars essentialis sanitatis, & morborum; ideoque apta vel prava, consistit enim in hisce sex, *numero*, *magnitudine*, *figura*, *cavitate*, *superficie & situ*. B. **Een gedaantheid / geschapentheid.** G. Gestalt. Gall. & A. *Conformation.*

CONFORTATIVUM & CONFORTANTIA, idem quod *Cardiacum*.

CONGELATIO, est quando liquores in massam, glaciei similem, rediguntur, ut sunt omnes salium *Crystalli*. B. **Kristal-making.** G. Krystall-machung. Gall. *Congelation*, A. A freezing or congealing together. Ita vocatur etiam *Catalepsis*, quia homines quasi congelati sunt.

CONGELATIO, vide *Catalepsis*.

CONGELATICUS, est *Ecstaticus*, qui aliquando ex se quasi rapitur, & diabolos aut angelos se vidisse affirmat. Vide *Ecstasis*.

CONGIUS & CONGIARIUS, est mensura Veterum continens decem vini libras, & novem olei.

CONGLOBATA GLANDULA, est glandula rotunda per se subsistens, ut sunt glandulæ mesenterii & cæteræ omnes quæ lympham accipiunt, & iterum eructant, à Cl. A. Nuk *Muscosa* appellata. B. **Ronde klier / mosachtige klier.** G. Runde Drusen. Gall. *Glande conglobate.* A. A Conglobate gland.

CONGLOMERATA GLANDULA, est, quæ ex variis glandulis est coagmentata seu conglomerata, ut pancreas, glandulæ salivales &c. & ductum habet proprium excretorium, ut ductus pancreaticus, salivales &c. à Cl. Nuk *Vasculosa* vocatur. B. **Op-eengetaste klier / Vatagtige klier.** G. Faßachtige Drusen. Gall. *Glande conglomerée.* A. A conglomerate gland.

CONISTERIUM, est fornacis *cinerarium*, sive locus infimus in quo cineres colliguntur. Ex κόνις cinis, pulvis, & τίθημι pono. B. **Het Asch-gat.** G. Das Aschen loch. Gall. *Cendrier.* A. Ash-hole.

CONIZA, vel CONYZA, est planta: sic dici volunt, quod necet pulices, Κώνωψ enim est culex: sed rectius à κονίζειν

quod

quod pulvere fœdetur, quia ob exsudantem pinguedinem foliis facile adhæret. B Donder-kruid. G. Donder-wurtz/ Durr-wurtz. Gall. *Conise*. A. Flea-bane.

CONJUNCTIVA TUNICA, vide *Adnata*.

CONOIDES, vide *Conarium*.

CONQUASSATIO, est quando vegetabilia succulenta, vel fructus recentes, qui ad succum exprimendum expetuntur, pistillo crassiusculè contunduntur.

CONSENSUS, fit in morbo, ab alio morbo dependens, ut in pleuritide læditur ob consensum respiratio. Item, est *Correspondentia* variarum partium per connexiones communes, nervorum sc. & tendinum. B. Medelijdentheid. G. Mitleiden/ Sympathie. Gall. *Sympathie*, *Convenance*, *Accord*. A. Consent or sympathy.

CONSERVA, est compositio, qua quodvis vegetabile recens minutissimè concisum, aut contusum saccharoque permixtum, futuroque usui medico asservatur. B. Conserve. G. Ein Conserw. Gall. *Conserves*. A. A Conserve.

CONSILIGO, ejus nomen à rusticis creditur inditum, quod in arvis inter siliginem frequentissimè inveniatur.

CONSOLIDA, est Symphytum, à consolidandis vulneribus nomen habet. B. Waal-wortel/ Smeer-wortel. G. Wall-wurtz/ Beinwell. Gall. *Consyre*, *Oreille d'Asne*. A. Confrey, comfrey.

CONSISTENTIA, dicitur, cum res aliquatenus ad certam crassitiem coquitur; ut in syrupis coquendis aliisque evaporandis fieri solet. B. Consistentie/ dikte/ hoogten; ad consistentiam coqui, tot een seekere dikte/ of hoogte koken. G. Dickmachen/ Dicke. Gall. *Inspissation*, *Incrassation*. A. Consistence.

CONSOLIDANTIA, sunt, quæ moderate in vulneribus acidum temperant; sordesque detergendo, efficiunt, ut alimentum in partem solutam commodè impellatur.

CONSTITUTIO, idem quod *Catastasis*.

CONSTRICTORES MUSCULI, sunt qui partem constringunt & coarctant. Vide *Sphincter*.

CONSUMMATUM, est quando alicujus gallinæ minutim concisæ succus, in vase bene obturato, sine additione, per B. M. extrahitur: demptis solummodo capite, pedibus & pinguedine. B. Consumaat/ restauraat. G. Consumat. Gall. *Consommé*. A. Consummate.

CONTAGIUM, est venenum quod ab uno subjecto

propagatur in aliud: hoc dupliciter contingit, ad distans per aërem, vel simplici contactu. B. Besmettelyckheid. G. Ansteckende Kranckheit/ eine Seuche. Gall. *Maladie Contagieuse.* A. Contagion.

CONTEMPLABILES DIES, vide *Critici dies.*

CONTINENS CAUSA, est causa morbi interna, cum materiâ aliunde ortâ, quæ ita morbo proximè adhæret, ut eâ positâ morbus ponatur, sublatâ tollatur: ut calculus qui ex cacochymiâ, ab intemperie cibi & potus ortâ, natus, ureterem obstruit.

CONTINENS FEBRIS, est, quæ sine intermissionis, aut remissionis tempore, assiduè affligit. Estque duplex; primaria, aut secundaria, *primaria* oritur ab elemento sulphureo nimis evecto & exaltato, ut in Causo, Pleuritide, Angina &c. *Secundaria* vero seu *Symptomatica*, producitur ex vulneribus, ulceribus, &c. ut in phthisi, vulneribus capitis, &c. B. Een gedurige koorts sonder vermindering. G. Ein stät/ unauff hörendes Fieber. Gall. *Fievre continente.* A. A continued Feaver.

CONTINUA FEBRIS, est, quæ continuo quidem affligit, sed cum remissionis & exacerbationis tempore: Estque *Quotidiana*, *Tertiana*, *Quartana*, & *Erratica*. B. Gedurige koorts met vermindering. G. Das tägliche Fieber. Gall. *Fievre continuelle.* A. Continual Feaver.

CONTORSIO, est quando membrum aliquod separatur à junctura sua, separatione non completa. Ita in specie *Contorsio* est luxatio vertebrarum dorsi in latus aliquod, & ita species gibbositatis est.

CONTRACTURA, sic vocatur alicujus partis, pedis, manus, cubiti, dorsi &c. contractio sensim facta, unde flexio impeditur, aut non nisi cum dolore, & vi quadam peragitur. Habet sæpe contorsionem in malam figuram, ut in Gibbosis, & Pumilionibus; atque ad illam malam figuram non nisi lentè pervenitur, sæpe Atrophia antecedit, inflammatio etiam, & abscessus vel vulnus, vel ulcus, imo Paralysis nonnunquam conjungitur, & dum in uno loco Contractura fit, cum eminenti tumore ac figura membri perversa, in alio fit depressio: Demum hæc Convulsio est, qua ossa non modo è sedibus suis dislocat, sed aliquando mirum in modum reflectit, incurvatque, unde in vicinis carnibus plerumque macies fit, seu Atrophia, uti hoc laborantes musculi, cum ad resistendum validi non sunt, efficiunt,

efficiunt, quod Antagoniſtæ fortiores contrahantur, & contractæ remaneant. Gr. ἀγκύλη ab ἀγκυλόω incurvare. B. **Crekking.** G. Das Spannen / Zuſammen Ziehen. Gall. & A. *Contraction.*

CONTRA FISSURA, eſt quando quis ceciderit in pavimentum læva Cranii parte, inque oppoſita fiſſura reperiatur, triplex eſſe perhibetur: 1. in eodem oſſe, quando pars ſuperior eſt læſa, & inferior fracta. 2. in diverſo oſſe, cum poſt caſum in occiput, coronale os frangitur. 3. in diverſa tabula, quando ſuperior eſt læſa, & ſecunda frangitur. Sed num detur contrafiſſura, apud Principes Medicos lis eſt, & me judice, meritò negatur. B. **Een tegen-ſcheur.** G. Ein gegenbruch. Gall. *Contre-fiſſure, Contre-fente, Contre-coup.* A. Idem.

CONTRAINDICATIO, vide *Antendeixis.*

CONTRAYERVA, eſt radix Iridis vel Cyperi radicibus non abſimilis, quæ annis abhinc aliquot ex provincia Peruviana Charcas apportari cœpit. Aromaticum quiddam ſapit, cum acrimonia conjunctum; datur adverſus venena, & ſudorem movet. Dicitur & *Radix yerva, Bezoartica, Cyperus odorus peruvianus, dracena &c.* B. **Giſt-wortel.** G. Gifft-wurtzel. Gall. *Racine de Xerva* vel *Veninuſe.* A. Courter poyſon.

CONTUSIO OSSIS, eſt, cum inſtrumento quodam duro & obtuſo os ita læditur, ut externè integrum videatur, cum tamen verſus interiora à toto ſeparatum ſit. Gr. θλάσις & θλάσμα. B. **Een Contuſie / Kneuſing.** G. Zerſtoſſung / Zerknirſchung. Gall. *Contuſion, Meurtriſſure.* A. Bruiſing, contuſion.

CONVOLVULUS, idem quod *Volvulus.*

CONVOLVULUS & CONVOLVULUM, ſeu SMILAX, illud nomen imponitur omnibus plantis, quæ ſeſe adſtantibus arboribus, ſtipitibus &c. circumvolvunt, iiſque adhærent. Vide *Helxine ciſampelos.*

CONUS Græcis, vel *Pyramis*, eſt inverſus turbo in plantis, hoc eſt, id quod ex latitudine in arctius protrahitur ac faſtigiatur, cui calathus contrarius, ut diximus, exiſtit.

CONUS FUSORIUS, ſeu PYRAMIS, eſt crucibuli ſpecies, ex ferro aliove metallo conflata, cujus ope reguli plerumque ſeparantur. B. **Gzaf-naald / Giet-kroes.** G. Gieſpuckel. Gall. *Pyramide.* A. A crucible.

CONVULSIO, est contractio musculi, vel fibrarum versus principium, aliquandiu perseverans, unde eam accipere oportet, tam in Musculis majoribus quam minoribus, sive fibris. Dicitur quoque *Spasmus*: neque opus est cum scholis addere *Involuntariam* esse convulsionem, quia decet convulsionem ad fibras contractas referre, in quibus nunquam *motus voluntarius* existit, adeoque etiam nullus præter aut contra voluntatem. Estque *Universalis*, quæ ad plures & præcipuos musculos, qui corporis machinam sustinent & movent, una vice extenditur; vel *Particularis*, quæ in uno tantum vel pluribus unius membri musculis contingit. & sæpe comitem habet paralysin. Gr. Σπασμός. B. Stuiptrekking/ Kramptrekking. G. Der Krampff/ der einen Zeucht. Gall. *Spasme*, *Convulsion*, *Pasme*. A. A cramp, or convulsion.

CONVULSIVUS MOTUS, vide *Motus Convulsivus*.

CONYZA, vide *Coniza*.

COPAL GUMMI, est resina duriuscula, admodum candida, vel ex albo flavescens, pellucida, bene odorata in massam redacta, adfertur ex India occidentali, sive Nova Hispania, ubi ex vulnerata arbore guttatim stillat. Aliquantulum odoris spirat. Sunt duæ species, altera *Xoloch copalli* dicitur, altera *Copal Cahuitl*.

COPAYVÆ BALSAMUM, seu COPAL YVÆ OLEUM, colligitur ex arbore, cujus caudex terebra perforatur, ex quo foramine instar terebinthinæ destillat. Arbor nascitur in Brasilia. Lignum habet rubrum; folia obrotunda, quatuor aut quinque digitos longa, duos vel tres cum semisse lata, florem fert mediocrem, quinque foliis obrotundis constantem. Fructus illi est siliqua obrotunda, vel ut Piso, instar baccæ lauri, qui ab incolis comeditur.

COPELLA, vide *Cupella*.

COPHOSIS, est aurium surditas, à κωφόω surdus sum. B. Doofheid. G. Taubheit. Gall. *Surdité*. A. Deafness.

COPOS, est corporis lassitudo, quando musculi vel potius eorum fibræ humoribus viscidis aggravantur, & obstruuntur, ita ut motibus obeundis inepti, & pigri evadant, à κόπτω lasso. B. Vermoeidheid. G. Müdigkeit. Gall. *Lassetté*. A. Wearinesse.

Co-

COPROCRITICA, sunt Medicamenta, quæ fæces alvinas subducunt & evacuant, ex κόπρος stercus, & κρίνω cerno.

COPROPHORIA, idem quod *Purgatio*, ex κόπρος stercus & φορέω fero, gesto.

COPROSTASIA, est alvi constrictio, ex κόπρος stercus, & στάσις statio. B. Hardlijvigheid. G. Hartleibigkeit. Gall. *Constipation* vel *Dureté de ventre*. A. Bounding in belly or costive.

COQ. AD MED. CONSUMPT. hoc est, Coque ad Medietatis consumptionem.

COQ. *in* S. Q. AQ. hoc est, coque in sufficiente quantitate aquæ. Ex. Gr.

℞. Salsæ Parill.
Chinæ, ana uncias duas.
Glycyrrh. unc. sem.

Coq. in s. q. aq. ad unc. XL. &c.

COQ. S. A. est, coque secundum artem. Ex. Gr.

℞. Ligni Sassaphras, unciam unam.
Roriſm. Man. unum.

Coq. s. a. in s. q. aq. &c.

COR, est substantia carnosa & fibrosa, ex variis musculis & tendinibus conflata; habet duas auriculas totidemque ventriculos; dextræ auriculæ vena cava, sinistræ vena pulmonaris adhæret; dextro ventriculo arteria pulmonaris, sinistro vero arteria magna connectitur. Investitur sacculo membranaceo *pericardium* dicto, quo mediastino & diaphragmati conjungitur; superius basin, inferius cuspidem habet, collocatur in medio thoracis intra pulmonis lobos. Sanguini recipiendo, & circumvehendo tantummodo inservit; alii licet in ventriculis flammulam, alii in iis fermentum, nescio quod constituant, omnia tamen sunt figmenta, & nulli rationi congrua, quam ἀνάτομη alibi satis evidenter expugnavimus. *Cor* significat etiam medullam vegetabilium. Gr. καρδία & κῆρ. B. Het Herte. G. Das Hertz. Gall. *Cœur*. A. The heart.

COR, in vegetabilibus est quod in medio ligni residet, & tertium à cortice continetur, velut in ossibus Medulla, à nonnullis *Matrix* & ab aliis *Medulla* nominatur. B. **Merg/ 't Pit.** G. Das Marck. Gall. *Moelle.* A. The Pith.

CORACOBOTANE, est nomen quod imponitur Brusco, & Lauro alexandrinæ, & significat *Herbam corvi*; derivatur enim ex κόραξ corvus, & βοτάνη herba.

CORACOERACHIÆUS, idem quod *Coracoideus.*

CORACOHYOIDES, sunt musculi à scapulæ processu coracoide orti, qui ad os hyoides procedunt: *Usus* est oblique deorsum movere, ex κόραξ corvus, & ὑοειδὲς hyoides os. **Des tong-beens Raben-bek uitsteekzels-spieren.** G. Des Zungbeins Rabenschnabel gleiche mauß. Gall. *Muscles de Prominence de hyoide.* A. Muscles arisins from the proces, of the Scapula called Coracoides.

CORACOIDES PROCESSUS, est *Rostriformis* scapulæ processus, vide *Ancyroides*, à κόραξ corvus, & εἶδος forma. B. **Het Raben-bek uitsteekzel.** G. Das Rabenschnabel gleiche außwachs. Gall. *Apophyse Coracoide*, *Apophyse de Courbeau.* A. A process of the scapula Like a crows bill.

CORACOIDEUS, sive CORACOBRACHIÆUS, est unus ex musculis brachium moventibus. Oritur à coracoide processu scapulæ, undè ei nomen: & inseritur in internum humerum circa medium, juxta tendinem Deltoidis. Principium habet nerveum & breve, oblongum ventrem, satis corpulentum & robustum tendinem. Venter ejus perforatus est, unde etiam *Perforatus* dictus & transitum nervis largitur, qui ad cubiti musculos distribuitur. Hunc musculum alii saltem musculosam portionem Bicipitis vocarunt, utilem ad brachium scapulæ processui adducendum, sive antrorsum supra pectus attrahendum, ex κόραξ corvus, & εἶδος forma. B. **Ravenbeks spier.** G. Rabenschnabels mauß. Gall. *Muscles de bec de Courbeau.* A. A muscle arising from a process of the Scapulla called Coracoides.

CORALLINA, est muscus petrosus marinus, inhærens scopulis, & piscium testis coralliisque, eo sane modo, quo muscus arboribus innascitur, optimaque est, quæ à corallis detrahitur; Color griseus est; sapor subsalsus. B. **Koral-mosch.** G. Meer-moss/ Corallen-moss. Gall. *Coralline.* A. Sea Coralline, Lambricos cuecare dicitur.

Co-

CORALLOIDES, vide *Dentaria.*

CORALLUM & CORALIUM, variæ Corallorum in utraque India, imo & in Europa & Asia dantur species, colore quoque differenti. Est & rubrum, album, nigrum, cæruleum. Tunc differunt figura: aliæ instar arboris racematim se elevant; Aliæ glabris ramis, aliæ hispidis; nonnunquam fistulosæ species inveniuntur, vel figuram tuberosam, vel lactucæ folia, aut lichenis terrestis, aut cornu cervinum &c. referunt. Coralla sub aquis mollia esse, sed in aëre indurari unanimiter dicunt. Exinde eliciuntur tincturæ, magisteria &c. sed in pulvere ad scrupulum intus sumpta, acidum in corpore nostro potenter domant. Gr. Κοράλιον. B. Koraal. G. Korall/ Corallen. G. *Du Corall.* A. Corall.

CORCHORUS & CORCORUS, an Anagallis, an Ocymum sylvestre, vel alia planta? disputatur: ejus tamen Etymologiam deducunt ἀπὸ τ κόρης ϗ κορέω, quod oculi pupillam ornet, sive purget.

CORDIALIA, CORROBORANTIA seu CARDIACA, sunt Medicamenta, quæ vulgò dicuntur roborare cor: Sed tantum benignam fermentationem sanguini inducunt, qua cor mediantibus succis nervosis, in motu facilitatur & corroboratur. Vide *Cardiacum.*

CORDIS PALPITATIO, vide *Palpitatio cordis.*

CORIANDRUM, & COLIANDRUM, volunt nomen derivari à κόρις cimex; quia recentis folia & semina cimices olent. Sed alii derivant à κόριον seu parva puella, κόρη est puella, quia fructum gerit, ceu pupillas κόρας oculorum. Gr. Κόριον & Κορίαννον. B. Koriander/ Kollander. G. Koriander/ Schwindell. Gall. *Coriandre.* A. Coriander.

CORIS, est Hypericum, an à κόρω scindo; quod vulnera sanet? sed alii dictum volunt, quod tota pulchella, & perquam hilari facie sit, κόρις enim & κόρη, *Virgo*, *Puella* dicitur.

CORNEA OCULI TUNICA, seu CERATODES, quæ etiam *Sclerotes & Dura* vocatur, à dura meninge originem habet; anterius, ut species visibiles transmittat, pellucida est; à lateribus tunica albuginea obducitur; interius humorem aqueum continet. B. Het hoornachtig vlies. G. Das hornharte hautlein. Gall. *La Cornée.* A. The coat of the eye transparent as an horn.

CORNICULARIS PROCESSUS, vide *Ancyroides.*

CORNUA, dicuntur additiones acuminatæ ungulares, nascentes super junctûras in extremitatibus propter operationis vehementiam.

CORNUA UTERI, seu CERÆA, sunt duæ uteri partes laterales in quibusdam brutis, ut vaccis, cervis, ovibus, capris, canibus, &c. Cornua tamen ex horum imitatione tribuerunt, etiam humano utero Authores; quia ad fundi latera, aliqua utrinque est protuberantia, ubi vasa deferentia inseruntur. Rarissimè muliebris uterus bipartitur, sicut in brutis. B. De Moeder-hoorns. G. Die Krümme der Bärmutter. Gall. *Les Cornes de Matrice.* A. The corners or Horn of the womb.

CORNU CERVI, vide *Coronopus.*

CORNUS, est arbor, dicta quod duritie & rigiditate cornibus similes ramos habeat. B. Hoornoelje-boom. G. Welsche Kirschen / Kornel-baum / Kurber-baum. Gall. *Corniellier, Cornoillier.* A. Cornell-tree or dog-tree.

CORNUTA, idem quod *Retorta.*

CORONA, est superior dentium molarium superficies.

CORONA REGIA, vide *Melilotus.*

CORONA TERRÆ, vide *Hedera Terrestris.*

CORONALIS SUTURA, Gr. Σπφανικὴ & Σπφανοειδὲς. Est Fissura, quæ pectinatim, dentatæ serræ instar, coit; estque in superiore parte cranii ab uno tempore ad aliud, & circumscribitur ossibus frontis & bregmatis, in cujus medio sagittalis sutura terminatur. B. De Kroonnaad. G. Eine Fuge der Hirnschalen. Gall. *La Suture coronale.* A. The coronal suture.

CORONARIA VASA, sunt venæ & arteriæ, cor, nutritionis gratiâ, cingentes. Item vasa sanguinea sinistrum os stomachi cingentia. B. De Kroon-vaten. G. Die Hertz gefässe. Gall. *Vaisseaux coronaires.* A. The Vessels, that entontpasse the Heart like a crown.

CORONE, est processus ossis acutus inferioris maxillæ, à similitudine rostri cornicis, *Rostriformis* dictus. Gr. Κορώνη cornix. B. Het Kraepe-bek uitsteekzel. G. Krayschnabels gleiche außwachs. Gall. *Apophyse de Corneille.* A. An acute process of the lower j'aw bone.

CORONOPUS, *Pes cornicis* dicitur à pedis cornicis similitudine, quam ejus exprimunt folia. Alii quod ejus stylus,

lus, è mediis foliis exurgens, in cornicis pedem conformatus articuletur, reliquam exhibens crucis effigiem: vocatur & *Sanguinaria* & *Sanguinalis*, quod sanguini sistendo apta sit herba. Sunt qui *Herbam stellæ* nominant, alludentes haud dubiè ad Græcam appellationem *Astrion*. Nonnulli quod folium ejus multipartitò consectum in cervini cornu imaginem effigietur, *cervinum cornu* vocarunt. Ex Κεράτιον cornix, & πὸς pes. B. **Hert's-hoorn / Gravinne-kruid.** G. Krayen-fuß. Gall. *Corne de cerf, pied de corneille.* A. Buckhorne plantain.

CORPORA NERVEOSPONGIOSA, idem quod *Corpora nervosa penis.*

CORPORA NERVOSA PENIS, F. Ruischio *Corpora nerveospongiosa*, sunt duo corpora longa, & ex cellulis plurimis membranosis contexta, quæ maximum penis corpus constituunt. Si illa corpora expandantur, erectio istius instrumenti fit. Ex iisdem duobus corporibus etiam constat mulierum Clitoris. B. **De zenuwagtige Lighamen.** G. Die Sennadrige theile des Männliches glieds. Gall. *Les corps nerveuses.* A. The nervous body's, of the yard.

CORPUS CALLOSUM, est medullosa seu potius fibrosa cerebri pars, ex cujus complicatione ventriculi cerebri anteriores constituuntur. Estque tota medullosa, nulla membrana obtensa, medullæ oblongatæ apicibus utrobique affigitur: ab istis apicibus tanquam ortu suo, medullaris hæc substantia cerebrum obducens & concamerans versus posteriora expanditur, ac sensim minuitur, demum hujus expansi limbus exterior arctius contrahitur, ac inferius, medullæ oblongatæ caudici membranarum & vasorum nexu conjungitur. Porro firmioris connexionis gratiâ, ab anteriore ipsius parte, juxta ipsius apices, processus medullaris exoritur, qui cerebri fissuram subtendens, ad limbos ejus pertingit; quibus velut brachiis utrinque reflexis unitur: quæ quidem brachia medullæ oblongatæ caudicem amplectuntur, adeoque istum cerebri limbum sibi firmius annectunt. B. **Het weeragtig Lichaam.** G. Die Schwielharte theile des gehirns. Gall. *Le corp calleux.* A. The pith of the brain.

CORPUS GLANDULOSUM, seu GLANDOSUM, idem quod *Prostata.*

CORPUS PAMPINIFORME, vide *Varicosum corpus.*

CORPUS VARICOSUM, vide *Varicosum corpus.*

COR-

CORPUS PYRAMIDALE, idem quod *Varicosum corpus.*

CORRECTIO, est quando medicamini sal quoddam aut aliud quid additur, ad effecta acceleranda: vel quando vis violenta reprimitur. B. **Verbetering.** G. Verbesserung. Gall. *Correction.* A. Correction.

CORRECTORIUM, est, quo Medicamenta meliorantur ne cuiquam noceant, ut quando Sennis additur semen fæniculi &c. B. **Een Verbeteringe.** G. Verbesserung. Gall. *Correction.* A. Idem.

CORROBORANTIA, idem quod *Cordialia.*

CORROSIO Chymica, est corporis misti, per res corrosivas, calcinatio. B. **Byting.** G. Zernagung. Gall. & A. *Corrosion.*

CORROSIVUM, est Medicamentum corrodendi vim habens, ut Ruptorium, Calx, Aqua fortis, &c. Cujus ope vel superflua carnis excrescentia absumitur vel depascitur; vel ut fontanella fiat ad pus vel aquam effusam evacuandam. B. **Corrosyf.** G. Zernagende mittlen. Gall. *Un Corrosif.* A. A Corrosive.

CORRODENTIA, sunt quæ acutis suis particulis carnem excrescentem edunt, & consumunt. B. **Corrosyf/ knagend middel.** G. Zernagende mittel. Gall. *Corrosif.*

CORRUDA, est Asparagus sylvestris, dictam volunt quod ubi adolevit facile corruat, decidatque. Ast cum græca apud Theophrastum vox sit à χορίω verro, purgo, nam colligatis in fasciculum truncis, verrendo inservire possunt.

CORTEX, est exterius tegumentum, seu cutis vegetabilium, ut & nucum, malorum granatorum, arantiorum &c. Item exterior substantia cerebri & cerebelli. Gr. λίπισμα, φλοιός. B. **De bast.** G. Rinden am baum. Gall. *Escorce.* A. The bark of a tree.

CORTICALIS SUBSTANTIA CEREBRI, & CEREBELLI, est substantia ejus exterior plurimis Labyrinthis & mæandris exterius dotata; tenui meninge obducitur, colore gryseo est, & glandulis minimis plena: ab interiori cerebri parte medullarem seu fibrosam substantiam sibi vicinam habet. Usus est spiritus animales segregare & è massa sanguinea excipere, ex qua per medullarem substantiam ad nervos distribuuntur & per universum corpus deferuntur. Secundo, memoriæ & somni sedes ibi collocatur. B.

Bast-

Baſt-agtige ſubſtantie. G. Die Rindengleiche Theilen im gehirn. Gall. *Subſtance Corticeuſe.* A. The cortical Ash or coloured part of the brain.

CORTUSA, eſt Matthiolo Caryophyllatæ ſpecies, ſic dicta quod à *Cortuſo* primum hæc planta reperta ſit.

CORYLUS, cujus fructus nux Avellana & λεπτοκάρυον dicitur. Fortaſſe erit vox corrupta ex κραῦα, cum κρ ſit mutatum in κο, ρυ manet, deinde a in us, hinc corylus, ſi fallar, non mihi vitio vertite, eſt enim tantum divinatio. B. **Haſelaar / Haſelnote-boom.** G. Haſel-nuß / Haſelſtrauch. Gall. *Noiſelier, Noiſetier.* A. Haſle-nut-tree, or afilberd-tree.

CORYMBI, ſunt ſummitates Hederarum uvæ dependentibus acinis coactæ. Transfertur tamen vox ad multos herbarum fructus.

CORYMBIA, CORYMBOS, CORYMBE, eſt Hedera arborea, ſic dicta, quod ſupra arborum capita aſcendat; derivatur à κόρυμβος caput.

CORYPHE, eſt vertex capitis; item digitorum extremitas interior juxta ungues, à κορυφόω in verticem attollo.

CORYSA, ſive GRAVEDO, eſt ſuccorum noſtri corporis, ab externo frigore, inſpiſſatio, unde ex glandulis os & nares inveſtientibus, liquoris acris & ſalſi defluxus; ſic & glandulæ pulmonarem fiſtulam perreptantes ob acrem ſuccum excitant tuſſim. Coryza eſt vel ſine vel cum febre, à κορυζάω gravedine laboro. B. **Verkoutheid / de ſnuf / zwaarhoofdigheid / druppinge uit de Herſenen.** G. Der Schnuppen / Fluß / oder beſchwerung deß Haups. Gall. *Coryſe, Morfondure, Rûme, & Rhûme.* A. Heavineſſ, or rheum fall-inginto the eyes and noſe.

COS VINUM, eſt Vinum, quod colore, odore, & ſapore pollet. Prior enim littera ſignificat colorem; media odorem; & ultima ſaporem.

COSMETICA, ſunt Medicamenta cutim dealbantia, & mollientia, ut oleum tartari, lac virginis, diſſolutio ex mercurio ſublimato, ſulphure, camphora, &c. à κοσμέω orno. B. **Blanketzel.** G. Blancketſel / Farb anſtreichende mittlen. Gall. *Du fard, Coſmetique.* A. Coſmeticks.

COSTÆ, Gr. πλευραὶ, σπάθαι. B. **Ribben.** Sunt illa oſſa, quæ una cum aliis partibus thoracem conſtituunt: Poſterius connexionem cum vertebris dorſi, anterius vero cum ſterni cartilaginibus habent: numero in quolibet latere duodecim ſunt: ſeptem ſuperiores veræ ſeu potius longæ,

quin-

quinque inferiores ſpuriæ ſeu breviores dicuntur. Item νόθοι πλευραὶ, μαλθακαὶ πλευραὶ, χονδρώδεις ἄκανθαι. Coſtarum pars latior *Palmula* dicitur, πλάτη *Poll.* anguſtior, quæ ſpinæ vertebras attingit, *Remulo* κάπιον *Polluci* μεσοπλεύρια coſtarum ſpatia intermedia dicuntur. B. **Hoyte ribben / baſtert ribben.** G. Die Kurtzen rippen. Gall. *Cóſtes briefs.* A. The Spurious ribb's. Coſtæ etiam ſunt margines oſſis ſcapulæ, & oſſis ilii.

COSTUS, eſt herba odorem ſpirans, nomen accepit, ἀπὸ τῦ κοσμᾶν ab ornando, quod odoris ſui fragrantia ſenſus decorat. B. **Roſt / Balſem.** G. Frauwen-kraut. Gall. *Coq.* A. Sweet ſmelling coſtus.

COTINUS, eſt Oleaſter ſylveſtris, qui vocatur cotinus ad lineamenta modo conchilii colore inſignis. Nomen fortè ab inſula Hiſpanæ Cotinuſa poſt Gades; ubi Oleaſter ſeu Cotinus in magna copia alitur, me latet. B. **Wilde Olyf-boom.** G. Wald Oel-baum. G. *Olivier Sauvage.* A. The Wild Olive-tree.

COTONEA, CITONIA & CYDONIA MALUS, ſic dicta à Cretæ oppido, unde primum advecta eſt. *Cotonea* vero à Sidonte Corinthi vico nominata eſt, primus Cato illud nomen dedit: quibuſdam, quod mala ejus cotone, ſeu lana quadam tegi videantur. B. **Queen-boom / Que-appel-boom / Que-peer-boom.** G. Quitten-baum / Kutten-baum. Gall. *Cognier.* A. The Quince-Tree.

COTONIUM, COTONUM, COTUM, vide *Xylon.*

COTULA, eſt Camomillæ ſpecies, nomen quod ei Thuſci indiderunt ſatis declarat: *Cautam* enim appellaverunt, unde diminutivum *Cautula* deductum eſt, & tandem corrupta voce *Cotula*, à καίω uro, quia, ut qui in campis alvum exonerant, & deinde hac herba ſedem abſtergunt, paulo poſt intolerabili vexentur ardore. Alii à cote denominationem trahunt, quia fortè quibuſdam in locis cotibus, ſeu rupibus innaſcatur. B. **Hoedille / Hoe-oogen.** G. Krottendill / Knedtil / Kue-aug. A. Stinking May-weed, or camomil. Gr. Κυναγθεμὶς, Κυνοβλαπὴ.

COTYLA ATTICA, pendet uncias novem, ut Hemina Italica. *Cotyla Italica* vero eſt libra menſuralis unciarum XII. vel capit ſemiſextarium.

COTYLE ſeu COTYLA, eſt *Acetabulum* ſeu cavitas oſſis coxendicis, quæ caput femoris oſſis excipit. Gr. κοτύλη, γλῆνη *Theocr. interp.* B. **Pet heupen-beens hol.** G. Die ſchuſſel/

schussel / oder höle darin sich das Hufftbein füget. Gall. *Le Creux d'un os*, vel *s'emboite un autre os*. A. The cavity in the Hip-bone.

COTYLEDON, idem quod *Cotyle*.

COTYLEDON, ACETABULUM, sive UMBILICUS VENERIS, sic dicitur quod folium habeat instar coxendicis concavum: κοτύλη enim est cavitas dicta coxæ, in qua os femoris capite suo rotatur, à κέω jaceo, positus sum. Vocatur item γῆς ὄμφαλον, quod veluti oculum seu umbilicum densioribus cingeret foliis, adinstar majoris sedi.

COTYLEDONES seu ACETABULA UTERINA, vel πλεκτάναι κεραῖαι. Sunt glandulæ per externam fætus membranam seu chorion dispersæ, quæ succum nutritium fætui alendo ex utero segregant: sed hoc locum tantum habet in quibusdam animalibus: in mulieribus vero placenta uterina earum vicem gerit. Item venarum uteri hiantium oscula, quæ acetabulorum & cotyledonum nomine veniunt. A foliorum Cotyledonis herbæ similitudine nomen sortiuntur.

COURAP, scabies quædam Indica est, Impetiginem aut Herpetem referens.

COXÆ OS, Celso, aliis *Innominatum & Ilium. Coxendix*. Varroni ἰσχίον, κόχωνον *Hesy h.* dicitur, eo quod ileum intestinum contineat; lateribus ossis sacri annexum est; in infantibus ex ossibus tribus constat, Ilio nempe, Ischio, & osse pubis, per cartilagines invicem conjunguntur usque ad septimum annum, tum triplici linea distinctum apparet: quod adultis in unum coalescit. B. **Het heupenbeen / ys-been / de joukken.** G. Das Hüfft bein. Gall. *La Hanche*. A. The Hip vel Huckle bone.

COXENDIX, idem quod *Coxa & Ischium*.

CRAMA, CROMA, & CHRAMA, est mixtio cujuscunque rei, sive Medicamenti, sive Elementorum, à κεράγνυμι misceo. B. **Een mengsel.** G. Ein Vermischung / Vermengung. Gall. *Mixtion*, *Meslange*. A. Mingling or Mixture.

CRAMBE, est *Brassica*, dicitur quasi Κοράμβλη παρὰ τὸ κόρας ἀμβλύνειν quod oculorum pupillas, quas Gr. κόρας vocant, hebetet obtundatque. Sed alii dici volunt à κάρα quia brassica capitata est. Et alii ita vocatam asserunt qua κόρῳ ἄμβη vel ἀντέβη, quod crapulæ adversetur. Vide *Brassica*.

CRA-

CRANIA, est cornus arbor; à κράνον caput, quod capitatum fructum ferat, vel, quod instar Calvariæ duri sunt rami. Vide *Cornus.*

CRANIUM, est compages ossium capitis, ad quod pertinent ossa frontis, sincipitis, occipitis, temporum, sphenoidis, & cribriforme: sese habet velut κράνος Galea, quia cerebrum ab externis injuriis defendit, superior ejus pars ex diplomate, sive duplici tabulâ constat, ab aliis Calva & Calvaria appellatur. Vide *Calva*, forte à κείρω tondeo. B. **Het Behlke-neel / Herse-behlken / Hooft-pan / Hersen-pan / Hooft-schootel.** G. Die Hirn-schale. Gall. *Le Crane.* A. The Skull.

CRAPULA, est capitis dolor, ex nimio vini usu contractus. Crapulæ Medicina hæc est:

Si nocturna tibi noceat potatio vini,
Hoc tu mane bibas iterum, & fuerit Medicina.

ex κάρη caput, & πάλλω vibro. B. **Brassen / sathheit / verbuisiheit.** G. Hauptwehe von übrigen trincken. Gall. *Yvrongnerie.* A. Gluttony or a surfeit.

CRASIS, sive TEMPERAMENTUM, est mixtio ex convenienti qualitatum constitutione. Temperamentum dicitur simplex vel compositum; *Simplex* cum una tantum qualitas excedit, ut calidum, frigidum, humidum, siccum, salsum, acre &c. *Compositum*, cum plures qualitates eminent, ut calidum & siccum, calidum & amarum, salsum & acre, acidum & frigidum, acidum cum acrimonia &c. Item aliud est *Insitum*, quod partibus inhæret; aliud *Influens* quod à spiritibus, & sanguine in partes influit: estque *Moderata* vel *Immoderata: Totalis* vel *Partialis: Nativa* vel *Adscititia: Permanens* vel *Fugiens:* ad *Pondus* vel ad *Justitiam* & sic finguntur plurimæ differentiæ, quæ vix ullius momenti sunt, à κεράννυμι misceo. B. **Getempertheid / temperament / gematigtheid.** G. Die Mässigkeit. Gall. *Crase, Temperement.* A. A Temperament, or constitution.

CRASSULA, est Telephii species, sic dicta, ob folia solito crassiora: ut & vermicularis, eandem ob similitudinem *Crassula* vocatur *minor.*

CRATÆGONON, herba Cerealis videtur & affinis Melampyro, cujus usus & esus semen vividum & genitale reddere; id enim τὸ γόνον κρατεῖν significat, semen robore acuere & quasi viribus imbuere.

CRES-

CRESSIO, vide *Cardamon.*

CRATICULA, est instrumentum Chymicum ex bacillis ferreis quadratis digitalis crassitudinis, juxta se in acutum ita positis, ut semidigitale spatium inter illos intersit, factum focis conficiendis, carbonibus sustentandis inserviens. B. **Een Rooster.** G. Ein Rost. Gall. *Un Gril.* A. A Gridiron.

CREA, est tibiæ anterior pars. Dicitur & *Ocrea.* Vide *Tibia.*

CREMASTERES, sunt musculi duo *testium suspensores* dicti: membranæ vaginali externè adnascuntur, qui in hominibus ortum habent à ligamento quod in osse pubis est, atque inferiori testium parti validè adnectuntur, à κρεμάω suspendo. B. **De opschortende spieren.** G. Der hoden hangmauß. Gall. *Muscle cremasteres.* A. The cremaster muscles.

CRENÆ, sunt quædam in extremis oris incisuræ, à quibus crenata herbarum folia vocantur, hoc est serrata, & per ambitum secta.

CREPATURA, à *Crepare*, est quando hordeum aut aliud quid coquitur, donec crepat.

CREPITUS LUPI, vide *Orbicularis.*

CRIBRATIO, est pulveris tusi per cribrum dimissio, seu materiæ tenuioris à crassiore beneficio cribri separatio. B. **Siftinge / teemsinge.** G. Siebung / das Sichten. Gall. *Criblement, Cribaye.* A. Sifting, or Sircing.

CRIBROSUM OS, vide *Ethmoides.*

CRIBRUM, Gr. ἴθμὸς, κόσκινον, est instrumentum, ex lanâ, linteo, cannabe, serico, setâ &c. quo olea, liquores &c. percolantur, vel pulveres trajiciuntur: atque est vel rarum vel densum, apertum vel clausum. **Sifte / teems.** G. Ein Sieb. Gall. *Crible, Tamis, Etamine.* A. A Sieve, or Sierce.

CRIBRUM BENEDICTUM ANTIQUORUM, Veteres in renibus duas cavitates finxerunt secundum longitudinem sitas: unam supremam, in quam sanguis serosus ex vasis renalibus effundebatur: alteram infimam, transversa quadam membrana distinguere putabatur instar cribri angustissimis foraminibus pervia: Unde *Colatorium* vocarunt, & *Benedictum cribrum*, per quod voluere percolari serum in ureteres, sanguinem vero probum remanere pro nutritione renum.

CRICOARYTÆNOIDES, sunt musculi à cartilagine

cricoide sive annuliformi profecti, qui arytænoidi inseruntur, quam, dum retrorsùm atque exterius abducit, rimam quoque laryngis dilatat, ex κρίκος annulus, ὠρυτὴς vel ὀρυτὴς apud Hesych. haustrum vasis genus apud Lucret. lib. 5. ab ἀνοίγω aperio, & εἶδος forma. B. **Des rings spleet-spieren.** G. Der ring mauß. Gall. *Muscles Cricoarytenoides.* A. The cricoarytenodes muscles.

CRICOIDES, est laryngis cartilago annuliformis, ex κρικὸς annulus, & εἶδος forma. B. **Het ringwijs krakebeen.** G. Das ringgleiche Knorpelbein. Gall. *Cartilage cricoide.* A. The Ring like cartilage vel gristle.

CRICOTHYROIDES, est par musculorum ab annulari cartilagine ortum, & in scutiformem terminatum, nonnihil obliquè movendo, rimulam Laryngis dilatat, ex κρίκος annulus, θυρεὸς scutum, & εἶδος forma. B. **Des rings schild-beens spieren.** G. Der schiltbeins mauß. Gall. & A. *Cricothyroide.*

CRIMNOIDES seu CRIMNODES, est urina, cui crassa & farinacea sedimenta insunt, à κρίμνον farina, & εἶδος forma. B. **Meelachtige pis.** G. Dicke und dunckel harn. Gall. *Urine Farineuse.* A. Urine with a thick Sediment liketo Meal.

CRINIS, seu PILUS, per se notum: dividuntur in capillos, in crines & pilos. B. **Hair.** G. Das Haar. Gall. *Cheveux.* A. Hair.

CRINON, lilium, dicitur & κρίνος, à κρίνω secerno, quod folia ejus sint distincta, vel à κρίνω judico, est enim κριτήριον & indicium veris, vocatur & λείριον. Vide *Lilium.*

CRINONES, sunt vermiculi cutanei, qui & *Dracunculi* vocantur. G. Miteſſer.

CRINONIA, idem quod *Crinon.*

CRISIMA, sunt signa decernentia, & judicantia, à κρίνω judico.

CRISIS, Veteribus erat subita, & repentina mutatio in morbo, ad salutem vel ad mortem contingens. Aliquando significat humorum secretionem. Sed magis frequens, & usitata est illius acceptio pro judicio super morbum habito. *Crisis* alia est *Perfecta*, alia *Imperfecta: Perfecta* est, quæ ægrum perfectè, & integrè à morbo liberat: Estque vel *Salutaris*, vel *Lethalis.* 1. Ut sit optimis signis Judicata. 2. Manifesta. 3. Ut die criticâ contingat. 4. Fida. 5. Secura. 6. Conveniens morbo & ægrotanti. *Crisis Imperfecta* est,

in

in qua morbus perfectè non judicatur; sed tantum secundum partem, & alteri crisi futuræ locum post se relinquit: eaque duplex est, *altera ad melius*; *altera* vero ad *deterius*. Ad *melius* ea est, quæ non omnino tollit morbum, sed facit ut eum æger alacrius ferat. Ad *deterius* est, quæ morbum reddit vehementiorem, & periculosiorem. Crisim à Lunæ & siderum motu, & influentiis dependere, eorumque aspectus quadratos, oppositos, aut συζυγίας sequi, verum non est: à materiæ utique majori, vel minori maturatione crises videntur dependere, sed in hisce regionibus non observantur, à κρίνω judico, secerno. B. **Oordeel / raming.** G. Crisis / Urtheil. Gall. *Une Crise*. A. A Crisis or gundment.

CRISPINUS & CRESPINUS, est *Berberis:* haud dubiè Græci à spinarum acuminatis cuspidibus Oxyacanthan nominarunt: hinc Latinis fortè quasi *Cretica Spina*, unde voce contracta sonat *Crespinus*; vel devenit ab Italica voce *Crespino*, sive à *Spina*. Vide *Berberis*.

CRISTÆ, sunt carnis excrescentiæ circa anum pullulantes ex præpostera Venere ortæ, ad quarum radices plerumque scissuræ seu Rhagades adsunt. B. **Hane-kamswyzige uitwassen.** G. Ein Hanen kambs gleiches außwachs. Gall. *Creste*. A. Excrescences on the Anus like a cockscomb.

CRISTA GALLI, est pars tertia ossis ethmoidis, sive processus interior gallorum cristæ haud absimilis, inter olfactorios nervos, sive processus cerebri papillares assurgens, cui infigitur extremitas sinus tertii duræ meningis. B. **Een Hane-kams been.** G. Das Hanen kambs bein. Gall. *l'Os de creste de cocq*. A. A kind of a triangular process like to the comb of a cock.

CRISTA GALLI, Gr. ἀλεκτωρολόφος, sic dicitur à florum figura, cum eorum folliculis. Vide *Alectorolophus*.

CRITERIUM, idem quod *Crisis*.

CRITHAMUM, idem quod *Crithmum*.

CRITHE, est hordeum; dicitur quasi κριτὸν, secretum vel separatum, quod huic frumento multa opus sint ad secernendas glumas. Vel παρὰ τὸ προκριθῆναι τῶν ἀκροδρύων, ἀποδρύων γὰρ ἤσθιον πρὸ τῶν καρπῶν, quod hordeum glandibus præferebatur; vel ἀπὸ τῶν διακριθῆναι, quod eo reperto, & in usum recepto, glandibus spretis à brutis homines distincti sint, à κρίνω secerno. Vide *Hordeum*.

CRITHE, vide *Hordeolum*, estque tuberculum parvum, oblongum, palpebræ cilio, qua pili sunt, adnascens; & sic ab hordei similitudine, dictum. B. **Een strontje of scheetje der oog-scheelen.** Item pudendum virile.

CRITHMUM, CRITHMUS, CRITHAMUM, & CRETA, est Fæniculum marinum, vocatur & *Crethmum*, an à κρίθη, quod semen aliquid contineat, instar grani hordei aut tritici? an à κρίνω secerno, quia urinam & menses secernit? B. **Zee-venkel.** G. Meer-fenchell / Zee-fenckel / Bacillen-kraut. Gall. *Crete marine*, *Persil de Mer*. A. Sampire.

CRITICI DIES, sunt, in quibus subita morbi conversio fit. Eorum tres sunt *differentiæ*: alii *verè & perfectè critici*, dicuntur, alii *Indices*, alii *Intercidentes*. *Perfectè critici*, *Principes* aut *Radicales* appellantur, quoniam, quæ his diebus contingunt crises, omnes perfectè criseos notas habent: ejusmodi sunt septenarii tres, nimirum septimus, decimus quartus, & vigesimus. *Indices*, qui *contemplabiles*, & *internuncii* nominantur, sunt, qui crisin septenario die futuram indicant: suntque numero tres: quartus, undecimus, decimus septimus. *Intercidentes*, qui & intercalares, seu irrepentes, vel provocatorii nominantur, sunt qui inter principes, & indices intercidunt, crisesque imperfectas moliuntur, suntque tertius, quintus, nonus, decimus tertius, & decimus nonus. Reliqui vero dies, qui neque principes sunt, neque indices, neque intercidentes, *vacui & medicinales* appellantur: suntque sextus, octavus, decimus, duodecimus, decimus sextus & decimus octavus. Dierum criticorum computatio instituenda est ab ea hora, in qua æger percipit manifestam actionum suarum læsionem. Hoc obiter notandum quod dierum criticorum supputationes, in hisce regionibus calculis Hippocraticis non exactè respondeant. Illi dies omnes dependent, à materiæ morbificæ citiori vel tardiori maturatione, à κρίνω, judico. B. **Oordeel dagen.** G. Die Tagen aus denen man die veränderung der Krancheiten Urtheilet. Gall. *Les jours judiciaires*. A. Critical days.

CRITICA SIGNA, sunt, quæ ex crisi, vel ad salutem vel ad mortem, desumuntur: suntque alia *Antecedentia* quæ vel tempus crisium prænunciant, vel speciem criseos significant. Alia *Concomitantia*, quæ cum ipsa specie criseos simul apparent. Alia denique *Subsequentia* nominantur, quæ ostendunt an sanitas imperfecta sit expectanda, vel an metus sit recidivæ.

CRO-

CROCOMAGMA, est compositio cujus basis est crocus.

CROCUS, planta est bulbosa, florem gestans intensè flavum, sive croceum, cujus flammea stamina, (instar Antheræ) officinarum *Crocus* est. Hujus variæ sunt species, Vernalis enim & Autumnalis, quæ colore aliisque circumstantiis variant. Ex India, Gallia, Anglia aliisque locis nobis adfertur. *Crocus*, ex sententia Scholiastis Callimachi dicitur ὡδὲ τὸ ὁ κρόκ ῥίγιδι, ex eo quod in frigore floreat, vel dicitur quasi κρηνὶς vel κρόκη, id est *Trama*, *Filum*, *Villum* seu *Subtegmen*: id quod stamini inseritur, intexiturve; cujusmodi sunt croci stamina, seu villi, qui κρηνίδες appellantur, qui cum soli in usum veniant, per excellentiam croci nomine donantur. Alii dicunt vocari à Croco juvene, qui propter amorem Smilacis virginis, in florem sui nominis versus est. *Ovidius* hoc modo canit.

Et Crocum *in parvos versum cum* Smilace *Flores.*

B. Saffraan. G. Saffran. Gall. *Saffran.* A. Saffron.

CROCUS, Chymicis est calx pulverea ad croceum vergens colorem, vel est quilibet pulvis colorem croci æmulans, paratur ex marte, venere, antimonio &c. ut crocus martis, veneris, metallorum &c.

CROMMYON, est *Cepa*, dictum est quod oculi pupillam comprimi cogat, ὅτι κόρας μυόμενοι, vel ὅτι ἄνευ ὀσφρασιόμενοι ἢ ἔθιοντες τὰς κόρας μύομεν, oculos enim claudere & emittere lachrymas consueverunt, qui ipsum naribus oculisve admovent. Alii, sed minus rectè Etymologiam à κρόνος caput derivant, quia ejus bulbus capitulum referat.

CROTAPHITES, dicuntur musculi, venæ, & arteriæ temporales, κρόταφος enim tempus, fortè à κρούω verbero, pulso, quia arteriæ in eodem loco continuo pulsant: quandoque etiam *Crotaphium* pro dolore capitis sumitur. Vide *Temporalis Musculus.*

CROTAPHIUM, vide in *Crotaphites.*

CRUCIALIS INCISIO, vide *Incisio Crucialis.*

CRUCIATA, est Gentianæ species, nomen accepit, quod radix secundum longitudinem tripartito, aut quadripartito fissa sit, cum foliis cauli cruciatim incumbentibus. Hinc Gr. Σταυρόπτερος appellatur.

CRUCIBULUM, seu TIGILLUM, est vas fusorium ex terra igne contumaciissima, factum, acutiore basi, & fere in ampliorem capacitatem forma triangulari, vel rotunda de-

sinentem, ad fundenda & eliquanda mineralia, & metalla formatum Fit etiam crucibuli species, quæ vulgo testa appellatur, fundendis metallis adæquata. B. Een smeltkroes. G. Ein muffel / schmeltztiegel. Gall. *Crucible, un Creüset.* A. A Crucible.

CRUDITAS MORBORUM, dicitur cum sanguis (ut in febribus continuis) fermentando & effervescendo necdum maturuerit, & ad statum pervenerit.

CRUDITAS VENTRICULI, est, cum cibi ex defectu alimenti, aut alterius causa, non legitimè fermentantur, & in Chylum transmutantur; estque triplex *Apepsia, Bradypepsia, & Dyspepsia*. de quibus suo loco specialiter.

CRUOR. Gr. αἷμα, ἰχὼς. Vide *Sanguis. Helmontius* Sanguinem à Cruore distinguit: Sanguinem contineri, dicit in arteriis; Cruorem vero in venis. Cruor à currendo, vel à corde dicitur, currit enim per venas ad cor, hinc illud *Ouveni* Epigramma convenit:

Sum crudus, vocor inde cruor: per corpora curro,
Volvor & in venas, sanguis ut anguis eo.

B. Aderlijk bloed. G. Das Blut. Gall. *Sang.* A. The Blood.

CRURÆUS MUSCULUS, subjacet musculis vastis, femoris ossis involucro ubique, extima præter, affixus, hujus quatuor tendineæ expansiones in unum quasi collectæ validum fingunt tendinem communem, ipsius officium est tibiam cum cæteris musculis extendere. B. Schenkelspier. G. Der Schenckel mauß. Gall. *Muscle Crurée.* A. The Crural or leg muscle.

CRUS, sive MAGNUS PES, Gr. Σκέλος, & Κνήμη, dicitur totum id, quod à natibus ad digitorum pedis extremitates extenditur, constans ex femore, tibia, & pede cum digitis propriè dicto. B. De Schenkel. G. Der Schenckel. Gall. *Focile, la Gréve, la Jambe.* A. The Leg.

CRUSTA LACTEA, est species Achoris, hac tamen distinctione, quod Achor tantum caput, verum Crusta lactea obtingit infantibus in lactationis principio, atque non solum faciem occupat, sed universam ferè corporis cutim inquinat. Crusta lactea albicat, Achores vero alium colorem obtinent.

CRU-

CRUSTA VERMICULARIS, idem quod *Velamentum Bombycinum.*

CRUSTA ULCERIS, vide *Eſchara.*

CRUSTULA, idem quod *Ecchymoma* in oculo, hoc eſt ſanguis, qui ad conjunctivam tunicam à ſuis deſcendit arteriis, cum ipſæ crepuerint, à percuſſione, vulnere, ulcere &c.

CRYMODES, eſt febris algens, cui non raro partium internarum inflammatio adjungitur, ex κρυμὸς frigus, algor, & εἶδος forma.

CRYSORCHIS, eſt teſticulorum virilium in abdomine occultatio. Ex κρύπτω abſcondo, & ὄρχις teſticulus.

CRYSTALLI, ſunt puſtulæ per univerſum corpus diſperſæ lupini magnitudine, albæ ac inſtar cryſtalli diaphanæ.

CRYSTALLINA TUNICA, vide *Arachnoides Tunica* & *Aranea.*

CRYSTALLINUS HUMOR OCULI, etiam glacialis dictus, ipſe intra tunicæ uveæ aperturam, quaſi vitrum foramini impoſitum, radios undique adventantes colligit, ac refringit: hujus ſubſtantia inſtar glutinis, aut gummi arboris, admodum pellucida eſt, ac conſiſtentia inſtar ceræ colliqueſcentis prædita, licèt comprimi poſſit, haud tamen ſponte diffluit. Figura ejus in homine, ad ſpeciem lentis accedit, cujus nempe ſuperficies extima planior, ac intima gibboſior. Cryſtallinus humor, licèt minùs diffluere aptus, tamen *Membranulâ* propriâ ob levitatem *Araneâ* dicta includitur, à κρύος frigus, & ουσία concreſco. Het kryſtalline vogt. G. Die Cryſtalline feuchtigkeit. Gall. *Humeur Cryſtalline.* A. The Cryſtalline humor, of the eye.

CRYSTALLISATIO, eſt alicujus ſalis depurati in cryſtallos redactio. Proprium eſt ſalium, quibus & Tartarum & Saccharum addere licet. Videlicet hæc in liquore aqueo ſoluta, ſi in frigidum locum repoſita fuerint, concreſcunt in cryſtallos. Ubi nota, ſi nimium liquoris adſit, antequam reponantur, aliquantulum exhalandum eſſe. Porro, poſtquam prima vice Cryſtalli exemptæ fuerint, quia reliquis in liquore ſc. reſtantibus cryſtallis liquor diſproportionatus eſt, exhalet nonnihil, hinc reponatur iterum. Sacchari cryſtalliſatio fit mediante calore, in nimiam enim ſpiſſitudinem ſacchari ſyrupus coquitur, deinde ollis, figuram metæ habentibus infunditur, deinde in Caldariis reponuntur, & quod ſuperfluum per metæ cuſpidem

inversam (perforata enim est) destillat, & quod crystallissandum metæ lateribus adhæret. B. **Krystallisatie.** G. Crystallizierung. Gall. & A. Crystallisation.

CRYSTALLOIDES TUNICA, idem quod *Aranea tunica.*

CRYSTALLUS, lapis transparens est, aquam in glaciem congelatam omnino referens. Gemmam si vocare licèt, modo omnium mollissimam dixeris, vel à similitudine coloris, qua gemmas colorata Crystallus refert, pseudo-gemmam verbi gratiâ, pseudo-berillum, pseudo-topazium, pseudo-saphirum, pseudo-smaragdum, quæ veris gemmis molliores sunt. Sic & Iris vocata gemma à colore, quem fronti applicata exhibèt, Crystalli species est. Invenitur variis in locis, etiam in Germania, Bohemia, Ungaria, Cypro & Lusitania, & nonnunquam in agris. Porro, quanquam coloratæ minimè negligendæ sint, ac præcipuè pseudo-adamas, quæ aliis nobilior, attamen in præparationibus Chymicis recipitur Crystallus propriè sic dicta, quæ eligenda est purissima, pellucidissima, ac eximiè intensa. Dicitur *Crystallus* à κρύος, gelu, & στέλλω contraho. B. **Krystal.** G. Crystall. Gall. *Crystal.* A. Crystal.

CUBEBE, fructus sunt aromatici, piperis magnitudine ferè, unicum petiolum singuli habent. Sapor piperis instar est. Crescit eodem ferè modo ac piper, hederæ modo per arbores repit. Fructus racematim cohæret. Flos est odoratus. Adfertur ex India orientali. B. **Steert-peper.** G. Cubeben/ Schwantz-pfeffer. Gall. *Cubebe.* A. Cubebes.

CUBIFORME, vide *Cuboides.*

CUBITÆUS, musculus *internus* est vel *externus.* *Primus* interno brachii processui, cubitoque affixus tendine robusto propè quarti vicinorum carpi ossium involucra terminatur. Alter *externus*, ab externa brachii apophysi emergens, juxta cubiti longitudinem stratus, auricularem infra digitum propè metatarsi os quartum tendine desinit spectabili. B. **Elleboogs spier.** G. Der ellebogen mauß. Gall. *Muscle Cubitée.* A. The benders of the wreast.

CUBITUS, *Plauto* gibber brachii. ὠλέκρανον *Atheniensibus*, ἀγκὼν *Rufo.* κύβιτον, κύβωλον. Est media pars inter humeri os & carpum; componitur ex duplici osse, ulna sc: & radio: quorum extrema quidem commissa sunt; intermedia

media autem ab invicem ſecedunt, quamvis membranoſo ligamento copulata, à κύπτω pronus ſum, inclino caput, nempe, in cubitum. B. Elleboog/ voor-arm. G. Ein Ellnbogen. Gall. *l'avant-bras Coude.* A. The Elbow.

CUBITUS, eſt menſura quanta patet à cubiti flexura uſque ad ſummum medium digitum, quæ ſex palmis digitiſve viginti quatuor conſtat.

CUBOIDES ſeu CUBIFORME, eſt quartum os tarſi in utroque pede, quod & *os teſſeræ*, *grandinoſum*, & πολύμορφον vocatur, ex κύβος cubus, & εἶδος forma. B. Het taerling-been. G. Das Würffel-bein. Gall. *l'Os Cuboide.* *A.* The Die like bone.

CUCULLARIS MUSCULUS, ſen TRAPEZIUS, eſt primus ſcapulæ muſculus à figura *Cucullaris* dictus. Incipit ab occipite & colli vertebrarum ſpinis, & deſinit in ſummum humerum. B. De Monnik kaps ſpier. G. Der Gucken gleiche mauß. Gall. *Muſcle Coquelucke.* A. A muſcle in forme of a Monks cowl, or hood.

CUCUMA, idem quod *Ahenum.*

CUCUMER, CUCUMIS, Varroni dicitur à curvore, quaſi curvimer: plerumque enim incurvantur. Gr. Σίκυος & Σίκυος à σείω & κίειν concutere, ire, quia hæc planta longè lateque ramos ſuos ſpargit, vel à κύειν, quod ſcilicet appetentiam concumbendi minime ſtimulet. Sunt qui *Anguriam* appellant. B. Komkommers. G. Gurcke/ Cucummer. Gall. *Concombre.* A. A Cucumber.

CUCUPHA, eſt integumentum capitis, fit ex cephalicis magis odoratis, quæ in pulverem redacta, cotone moſchato excipiuntur, & inter pannum ſericum interpunctantur, quod adverſus catharros (ut dicuntur) alioſque capitis morbos ſuper caput geritur, vel pileo intus aſſuitur. B. Een kruid-mutsjen. G. Ein Kräutermußlein. Gall. *Bonnêt odoreux.* A. An odoriferous cap for the head.

CUCURBITA, eſt vas Chymicum turbinatum ex terra vel vitro confectum, deſtillationibus per alembicum inſtituendis, aptum. Quandoque etiam pro cucurbitula ſumitur. Een kolf/ zijpglas. G. Ein Kolb/ cucurbit/ Kürbs. Gall. *Cucurbite.* A. A cucurbite, or Gourd-like-veſſel.

CUCURBITA, Latini vocarunt à concurvatu, quod facile, ſi quid obſtiterit, quod minus extendatur, concurveſcat. Græci ex adverſo vocabulum impoſuere, Κολοκύνθην, nominantes, quod ſc. pumili breveſque ſint partus, quos

ipsa passim enititur, cum tamen corporis mole, omnes herbarum arborumve fructus videantur superare. B. Kauwoerden. G. Ein Kurbs / Kurbis. Gall. *Courge*. A. Gourd.

CUCURBITINI LUMBRICI, sunt vermes lati seminis cucurbitæ similes. B. Kauwoerde-zaat-gelijkte wormen. G. Kurbs samen gleiche wurmen. Gall. *Vers Cucurbitines*. A. Worms like the seed of a gourd.

CUCURBITULA seu CUCURBITA, est vas ventricosum, ex vitro vel stanno conflatum, quod corpori cum scarificatione, vel sine applicatur, ad sanguinem extrahendum; si sine scarificatione instituatur, *Cucurbita cæca & Ventosa* appellatur: Gr. σικύα κεφη vocant. B. Een blinde kop. G. Blind-kopff. Gall. *Ventose* vel *Ventouse aveugle*. A. A blind Cupping-glass. Cucurbitulæ apponuntur partibus maximè carnosis, ubi vasa magna & nervi læsi non possunt. *Tractio* illa quæ fit in cucurbitulis applicatis hoc modo peragitur: post cutis scarificationem, aër in cucurbitula contentus vi flammæ vel stupæ incensæ rarefit & dilatatur, postea vero frigefacto & condensato aëre interno minus spatium occupat, tum aër externus premens carnem, sanguinem in cavitatem cucurbitulæ propellit. Gr. σικύαν κατα χαλκῆ appellant. Cucurbitularum duo genera sunt, *inquit* Celsus, *æneum & corneum*. Ænea, altera parte patet; altera clausa est. Cornea, altera parte æquè patet, altera foramen habet exiguum. In æneum linamentum ardens conjicitur, ac sic os ejus corpori adaptatur, imprimiturque, donec inhæreat. Cornea, per se corpori imponitur; deinde ubi ea parte, qua exiguum foramen est, ore spiritus adductus est, superque cera cavum id clausum est, æquè inhæresci. At si cætera defecerunt, caliculus quoque aut pultarius, oris compressioris, ei rei commodè aptatur. Ubi inhæsit, si concisa ante scalpello cutis est, sanguinem extrahit: si integra est, spiritum. Ergo ubi materia, quæ intus est, lædit, illo modo, ubi inflatio, hoc imponi solet. *Corneis* hodiè utuntur *Ægyptii*, ut patet ex *Prosp. Alpino*. B. Koppen / laat-koppen / kopglaseu / potten. G. Köpffen / schrepffen / ein schrepff / bad-koff. Gall. *Ventose*. A. a Cupping-glass.

CULEUS, est Veterum magna mensura, quæ capit urnas quadraginta.

CULMUS, frumenti calamus est, qui spicam sustinet.

Cu-

CULUS, vide *Anus*.

CUMINUM, seu CYMINUM, dicitur παρὰ τὸ κύειν prægnans esse. *Sato*, inquit Plinius, *pavitum terra:* prægnantibus enim salutare, vel ἀπὸ τοῦ κύμβου, quod fundum ollæ fictilis denotat, *b* in *i v* mutato. Fundus ollæ fictilis sordidus ab igne esse solet. Homines enim parcos, sordidosque κυμινοπρίστας vocarunt. Alii derivant à καίω calefacio, quia calefacit, sed minus recte, ut mihi videtur. B. **Kompn.** G. Kümmich / Kümmel. Gall. *Cumin*. A. Cummin.

CUNEIFORME OS, dicitur à cuneo, cujus formam referri volunt: Antiquis πολύμορφον *Multiforme*, ob varios, quibus asperatur intus & extra, processus, in media cerebri basi situm habet, eique basis instar substernitur, ita ut omnia ferè capitis, maxillæque superioris ossa tangat. Hinc quoque *Basilare os* dicitur & *Sphenoides os*. Vide *Basis*. B. **Het wiggebeen.** G. Daß Keilgleiche-bein. Gall. *l'Os Cuneiforme*. A. The Wedge like bone.

CUNEIFORMIA OSSA, sunt quæ quintum, sextum & septimum os tarsi constituunt. *Sphenoidea*, *Innominata* & *Calcoidea Fallopio* dicta. B. **De wigge-beentjes.** G. Das keil beinlein. Gall. *l'Os Chalcoide*, *l'Ossélet Cuneiforme*. A. The Litle wedge like bones in the foot.

CUNNUS, est pudendum muliebre, ex Clitoride, Nymphis, Labiis &c. constans à κύω pario, concipio. Vocatur etiam Natura *Plin*. Muliebria *Eid*. Cunnus *Horatio*. *Virg*. Hortus *Ovid*. Genitale arvum *Virg*. utrumque honesta metaphora. sic κῆτος *Laërtio*, νέμος *Hesych*. Interfemineum *Apul*. vulva, porcus *Varroni* ad imitationem Gr. φύσις *Artemidoro*, χοῖρος. κλεὶς *Rufo*. σάκανδρος, ἀπέρρητος μυχὸς *Suidæ*. δόριλλος *Etymol*. βλήχον, τρῆμα, ὕσακος, μύρτον, μέλαθρον *Hesych*. κληθωρὶς, φορμίσιον *Aristoph*. διατφὰξ *Eustathio*, γέρρον ἐπίσειον, ἴκταρ *Hippoc*. κένταυρος teste *Eustathio*, apud *Theopompum*. ὀρθαγόρας, & βυσσὸς *Aristoph*. γλωττοκομεῖον *Eubulo* comico, σινδικὸν teste *Stephano* παιδοπόρος· γένεσις *Epigr*. δέλτα, σάροβος. B. **De Vrouwlijkheid.** G. Die Weibeliche scham / das geburt glied. Gall. *La Vulve*, *la partie Honteuse d'un Femme*. A. The Privie parts of a womam.

CUPELLA, COPELLA & CAPELLA sive CATINUS, est catillus ex cineribus ossium aut aliis rebus compositus, in quibus aurum & argentum à bracteis suis depuratur. Vide *Catillus Cinereus*. B. **Een Kapel / een kom,**

kom. G. Ein Kapell. Gall. *Escuelle.* A. A Test Cupell.

CUPRESSUS, idem quod *Cypressus.*

CURATIO, seu MEDELA, est recta ratio & ordo inveniendi per intentiones & indicationes, certa cuique morbo remedia, ut sanitas amissa restituatur. Gr. θεραπεία. B. **Genesinge.** G. Genesung / Artzney / Cur / Heilung. Gall. *Curation, Gueriſon.* A. An healing or Curing.

CURCULIO, idem quod *Cion.*

CURCUMA, sive CROCUS INDICUS, est radix exotica, non tantum croceo colore apparens, sed & eodem alia tingens. Duplex communiter est, aliquando longa, aliquando radice rotunda: hæc multo acrior priori existit, atque cum zingibere sæpe affertur: Folia habet & flosculos cannæ Indicæ junioris simillimos, qui plura desiderat consule Hortum Lugduno-batavum, ab *Hermanno* editum, derivatur ab arabica voce *Curcum:* estque crocus Indicus. Sed alii nomen inditum putant ab inæqualitate, quam habet, lupatis equorum simili; lupata multis nodis ferreis sibi cohærentibus olivarum instar quondam fiebant, hodieque etiam fiunt. B. **Geelsugt-wortel / Curcuma / Indiaanse saffraan.** G. Gelbwurtz / geelsuchtwurtz. Gall. *Curcuma.* A. Turmerick.

CUSCUTA, & CASSUTHA, an à *Cassus*, quia plantis noceat? an à *Cassis*, rete venatorium, quod plantas reti quasi involvat? an à custodire, quod plantas circumvolvendo custodiat? B. **Schoʒste / wrange / vilt-kruid.** G. Filtz-kraut / Flachs-seyden / Todtern / Seyden-kraut. Gall. *Goute de Lin, Angure de Lin.* A. Dodder.

CUSPIS & HAMUS, est fasciæ species: sunt binæ fasciolæ, quæ & convenientem longitudinem habent, & duorum digitorum latitudinem non excedunt, mediæ humerorum capita complexæ dependent, & tam à dorso, quam ab umbilico fibulâ excipiunt: post hæc inter se junguntur: quo facto obvolvit geranis in speciem fiscellæ. B. **Spits-band & Angel-band.**

CUSTOS OCULI, est instrumentum, quo in operationibus quibusdam circa oculum præcavetur, ne oculus lædatur. B. **Een oogbewaarder.** G. Augwächter. Gall. *Gardien de yeux.* A. The Preserver of the eyes.

CUTICULA, est operimentum cutis, sine sensu, membra-

branæ modo, ſupra univerſam cutim foris extenſa, innumeris porulis pervia, ad externarum injuriarum declinationem, vaſorum cutaneorum occluſionem, & perfectiorem qualitatum tactiſium perceptionem, ſqammulis accommodata. Nutritur, nam amiſſa denuo reſtituitur, licet ejus vaſa minus ſint conſpicua. Non condenſatur frigore, quoniam in fœtibus abortivis, eam ſæpe oſtendi. Nec vaporibus oleoſis condenſatur, propterea quod vapores condenſati, facillimo negotio eluuntur. Gr. ἐπιδερμὶς. B. Het velletjen / opperhuidjen. G. Ein Häutlein / daß äuſſerſte häutlein. Gall. *La Petite peau*, *l'Epiderme*. A. The cuticle or ſoarf-ſkin.

CUTIS, in vivo homine. Nam *Pellis* eſt à carne jam diducta, quæ & *Exuviæ*: Illa χρὼς, hæc vero δέρμα, ϖαρὰ τὸ δέρειν, & δορὰ, & τέρφων *Lycophr.* ϖαρὰ τὸ τέρφειν τὸ σῶμα ἀμφιεννύμενοι, & ῥῖνων *Homero*, ἀνθρωπίνη *Herodoto*, δέρβισης. Eſtque velamentum totius corporis externum, ſive membrana ſatis craſſa, ex filamentis vaſorum ſanguineorum, nervorum, fibrarumque nervearum variè inter ſe complicatis contexta, quibus glandulæ numeroſæ, & lymphæductus, ſive ſudoris & vaporum vaſa exteriora denſiſſimè interponuntur; plurimis poris hinc inde pervia eſt, variis in locis ſenſibiliter ad neceſſariorum introitum & exitum perforata, ut circa os, nares, oculos, aures, pudendum, anum, &c. in capite eſt craſſiſſima; in cervice, dorſo, &c. mediocriter dura eſt; rarior in facie, pene & ſcroto; tenuis in lateribus, tenuiſſima in labiis, in quibuſdam locis ut in cubito, fronte, plantis pedum &c. firmiter cohæret. B. De huid. G. Die Haut / oder Fell. Gall. *Peau*. A. The Skin.

CYAMUS, eſt faba: Euſtachius dictum vult ϖαρὰ τὸ κύειν αἷμα, prægnans eſſe ſanguine, vel ſolummodo à κύειν quod granis intus prægnans eſſet, vel quod facie prætumida viſeretur. Lat. *Faba*.

CYANUS, nonnullis *Baptiſecula*, quod ſecantibus & metentibus officiat, retuſa, in ejus occurſu, falce. Nam & ſeculam Veteres falcem dixerunt. Rectius tamen *Blaptiſecula* vocaretur, quod πλάπτειν Græcis, nocere ſignificat. Noſtri *Florem frumentorum* nominant, quod ſc. in frumentario naſcatur agro. *Cyanus* hæc, planta dicitur ob florem, quem profert, cæruleum, aut quod honorem, nomenque dederit cæruleo colori, an à κύων aër, cælum?

B. Kooyn.

B. Koorn-blom. G. Korn-blum. Gall. *Bubifoin*, *Blaviole*, *Bivet*. A. Blew-bottles, corn flower.

CYATHUS, Barbaris *Bickarium*, forsan à Germanico ein Becker. Arab. corruptè *Alcuatus* & *Alcuatum*, item Cuathum, mutatâ in tenuem asperâ, nomen duxit, παρὰ τὸ χύειν, à fundendo nempe, vel ut aliis placet, hauriendo vino in Græcorum conviviis, ubi simpulo sacrificiis relicto successit: Unde à Gr. κυαθίζω, *Plauto* Cyathissare, idem quod *Propertio* ad cyathos, & *Juvenali* Sat. XIII. *Suetonio* ad Cyathum stare, *hoc est*, pocula miscere, seu ritu Veterum conviviis solenni, cyatho poscentibus convivis potum admetiri. De quo rei literariæ Dictator *Scaliger*, *Suidæ* pressius cum *Phavorino* ἀντλητήριον, μέτρον ὑγρῶν, *Hesych.* μικρὸν, μέτρον, ἢ ἀντλητήριον. Mensura est tam aridorum quam liquidorum, non, ut quibusdam visum, poculum vulgare, verum sextarii pars octava; sed ad drachmarum pondus decima, secundum Atticos, duodecima Simlero & Menæ, quomodo *Plinius* accipit. Oribas. Drach. XII. observatione communi, cui *Fernelius* subscribit, quibus addit *Ægineta* ℈IV. quod *Angelocrat.* ℥I. ß. ʒI. & ℈I. expressit. *Nicandri* interpres, περὶ μέτρων: ὁ κύαθος, inquit, ἔχει μνᾶς μικρὰς, ἤτοι μύστρα μικρὰ δύο. τὸ γὰρ μύστρος ἔχει σταθμὸν σταγίων, τριῶν, ἤτοι οὐγγίαν ἥμισυ. ἐν ἄλλοις δὲ φασὶν ὅτι ὁ κύαθος ἔχει σταθμὸν οὐγγίας μιᾶς ἡμισείας. *Hesychius* οὐγγιῶν β' adstipulante *Phavorino* & *Fuchsio*, qui ad cap. 6. sect. 1. Antidotarii *Myreps.* notat *Nicolao* esse unc. ij. etsi Veteribus Græcis pro diversa liquorum ratione variet, sunt qui putant continere vim unciam unam, drachmas quinque & scrupulum unum, vel sesquiunciam olei.

CYCLAMEN, seu ARTHANITA, dicitur ἀπὸ τῶν κύκλου ab orbe, tum ob folii circinatum ambitum, tum ob orbicularem bulbum, vocatur etiam Ἰχθυόθηρον, quod pisces eo necantur. Romani *Rapum terræ*, quoniam ejus radix in terra velut Rapum extuberat. Qua sane ratione *Terræ tuber*, quod in molem quandam intumeat: aut *Umbilicum terræ*, quoniam ut Umbilicus circinata forma emergit, sic & Cyclaminus sub terra conspicitur, etiam appellarunt. *Panem porcinum* haud dubie primum vocarunt subulci, qui pecori suo radicem hujus gratam pabulis cognoverunt. Cæteri antiquum cyclamini nomen ignorantes, quod sæpius radicem in orbem circum actam, intuerentur, quæ non in globum

globum intumescens, sed veluti pressa sese in latitudinem explicaret, qua forma quotidiano usu panes visuntur *Terræ panem* cœperunt appellare. B. **Verkens-brood / Aard-appel.** G. **Erd-apffel / Säubrodt.** Gall. *Pain de Pourceau.* A. Sowbread.

CYCLISCI, sunt scalpra semilunaria, operationibus Chirurgicis accommodata, à κύκλος circulus.

CYCLOPHORIA SANGUINIS, idem quod *Periodus sanguinis.* Ex κύκλος, circulus & φέρω, fero.

CYDONIA MALUS, vide *Cotonia.*

CYEMA, idem quod *Embrion*, à κύω pario.

CYLINDRUS, est emplastrum oblongâ formâ, volutum Medicis *Magdaleo*, μαγδάλια. B. **Een salf-rolle / rolle.** G. **Ein pflasterrolle.** A. A plaister made into the formosa Roll.

CYLLOSIS, vide in *Cyllum.*

CYLLUM, est crus exterius luxatum. Item claudus & curvus, à κυλλόω claudum reddo. Unde *Cyllosis* claudicatio.

CYMA, CYMÆ, sunt teneri cauliculi, *juli* dicti, vel potius, cymæ sunt herbarum delicatiores tenerioresque colliculi, quos à prima germinatione, in summa stirpe proferunt. Nam cum vernum tempus appetit, primo quoque foliorum pullulatu, præclusis adhuc florum calycibus, quosdam quasi turiones, olus subministrat, in quibus floris primum, mox seminis fœtus concluditur. B. **Spreute / Scheute.** G. **Die Kelmen / Schöslein der kräuter.** Gall. *Sommitè, la Cyme, le Tendron des choux.* A. Little Shoots, or Sprouts.

CYMBALARIA, putant à cymbalio nomen corruptè traxisse.

CYMCIFORME OS, vide *Naviculare os.*

CYMINUM, vide *Cuminum.*

CYNANCHE, & Κυνάγχη *Aurel.* quod canes ac lupos frequenter afficiat: est internorum musculorum laryngis inflammatio, cum respiratione difficillimâ & febri continuâ. Ex κύων canis & ἄγχω ango. Vide *Angina.*

CYNANTHEMIS, est cotyla fœtida, seu flos caninus; ex κύων canis, & ἄνθεμις ab ἄνθος flos.

CYNANTHROPIA, est rabies canina, quâ ægri lucem & quævis clara ac splendida fugiunt, aquam metuunt, ac ad ejus conspectum & commemorationem contremiscunt. Nascitur plerumque ex veneno rabidi animalis, ut Canis, Lupi,

Lupi, &c. homini per morsum vel quovis alio modo, communicato, ex κύων canis, ἄνθρωπος homo, & ὄπτομαι video. B. **Een dolle honts beet.** G. Der von einem tollen hunde gebissen ist. Gall. *Morsure de Chien.* A. Madness caused by the bieting of a mad dog.

CYNICUS SPASMUS, vide *Spasmus Cynicus.*

CYNOBOTANE, est herba canina seu cotyla fætida, ex κύων canis & βοτάνη herba.

CYNOCOPRUS, est stercus caninum, ex κύων canis & κόπρος stercus.

CYNOCRAMBE, Κυνία & Λινόζωστις, est brassica canina, seu mercurialis. Ex κύων canis, & κράμβη brassica.

CYNODES OREXIS, est appetitus caninus, sive fames præter modum aucta, cum vomitu vel diarrhœa conjuncta. Oritur ex fermento ventriculi nimium aucto, vel acido, ex κύων canis, εἶδος forma, & ὀρέγνυμι cupio. B. **Honts honger.** G. Hunds hunger. Gall. *Faim de chien.* A. Canine appetite, or dog like hunger.

CYNODESMUS, est vinculum, quo membri genitalis cuticula cum glande colligatur, ex κύων canis, eo quod *Caninum vinculum* nuncupatur, & δεσμὸς vinculum, à δέω vincio. B. **Honds-band.** G. Hunds band. Gall. *Lien de chien.*

CYNODONTES, sunt dentes illi inter molares & incisores, *Canini*, *Columellares* & *Oculares* dicti, ex κύων canis & ὀδὼς dens. B. **Honts-tanden / oog-tandeu.** G. Die Spitz Zähne / oder Augen Zächn. Gall. *Dents Oreillieres.* A. The eye Teeth.

CYNOGLOSSUM, est Herba, Lingua canina, ob canis linguæ similitudinem, quam folia referunt, dicta. Ex κύων canis, & γλῶσσα lingua. B. **Honds-tonge.** G. Hunds-zung. Gall. *Langue de Chien.* A. Hounds-ton-

CYNOREXIS, idem quod *Cynodes Orexis.*

CYNORHODOS, est rosa canina, ex κύων canis & ῥόδος rosa. B. **Honds-rose.** G. Hunds-rosen. Gall. *Rose du Chien.* A. Dogs rose or wild Rose.

CYNOSBATOS, est Rubus caninus; ex κύων canis, & βάτος rubus, idem quod *Cynorhodos.*

CYNOSORCHIS, est testiculus caninus, satyrii species, ex κύων canis, & ὄρχις testiculus. B. **Honds-kulleken.** G. Hund-knaben-knaben-kraut. Gall. *Satirion de Chien, Couillon*

illon de Chien. A. Dogs-ſtone like Satynon wort.

CYPARISSUS, idem quod *Cypreſſus.*

CYPERUS, duplex eſt. *Longus & Rotundus.* Adfertur ex Italia, Syria, Alexandria, India &c. Junci ſpecies eſt & juxta aquas facilè ſuccreſcit, odorem radices gratum referunt. B. **Cyper wortel.** G. Cyperwurtz. Gall. *Souchet.* A. Cyperus.

CYPERUS, eſt Junci ſpecies, à radicis effigie, quæ pixidulam aut poculum, vaſculumve puſillum imitatur, dictus videtur, ſiquidem apud Theophraſtum folliculus ulmi Κύπερος τῆς πτελεῖας legatur.

CYPHOMA, idem quod *Cyphoſis.*

CYPHOS, idem quod *Cyphoſis.*

CYPHOSIS, Lat. *Incurvatio*, eſt ſpinæ dorſalis verſus poſteriora incurvatio, à κύπτω inclino. B. **Een bult/ gebugchelt.** G. Ein Buckel/ ein Hocker. Gall. *Boſſe.* A. A Bunch back.

CYPRESSUS ſeu CUPRESSUS, eſt arbor frondis amænæ: derivatur ἀπὸ τοῦ κύειν παρίσους τοὺς ἀκρεμόνας, *à partu parilium ramorum.* Poëtæ tamen cupreſſum à Cypariſſo in hanc arborem converſo dictam putant, Plutoni ſacra eſt. B. **Cypres-boom.** G. Cypreſſen-baum. Gall. *Cipres.* A. The Cypreſs-tree.

CYPRUS ſeu ALCANNA, eſt Arbuſcula: Dici videtur à Venere, quæ Græcis appellatur Κύπρις, quoniam fœminæ ſeſe eadem tingunt.

CYRTOMA, eſt gibbus dorſi. Item tumor contra ſanitatem in quacunque corporis parte excitatus, à κυρτόω incurvo.

CYRTOSIS, idem quod *Cyrtoma.*

CYSSAROS, eſt inteſtinum rectum, item podex: κύρθος enim ſive κύσος podex.

CYSTHEPATICUS DUCTUS, eſt is, qui in ductum hepaticum & folliculum fellis implantatur. Inſpice Anatomiam noſtram.

CYSTICA, ſunt Medicamenta adverſus Veſicæ morbos, à κύστις veſica.

CYSTICUS DUCTUS, ſive BILARIUS, idem quod *Porus Bilarius.*

CYTINUS, eſt flos ſativæ punicæ. Plinius cytinum interpretatur primum partum punicæ florere incipientis, à κύω prægnans ſum.

CYSTIS, est vesica urinaria, aut fellis, à κύω prægnans sum, quia aliquid continet.

CYSTIS CHOLIDOCHUS, idem quod *Folliculus fellis.*

CYSTOTOMIA, est vesicæ sectio, sed per illam intelligitur *Lithotomia*, vide suo loco.

CYSTUS FELLIS, idem quod *Folliculus Fellis.*

CYTISUS, est frutex, sic dictus à Cythiso vel Cythno insula, in qua inventus est, & abundat. Malunt alii à Cynthysa insulâ, quæ è Cycladibus est, nomen accepisse.

D.

Δ. Olim per hanc literam majusculam mysticè febrem quartanam denotabant.

DACRYDIUM, est succus Scammonii induratus, & cydonio excavato præparatus, Latinis *Lachrymula*; δάκρυ enim est lachryma.

DACRYODES, sive LACRYMOSUS, est ulcus continuo saniem aut ichorem effundens. Gr. Δακρυώδης ἕλκος, à δακρύω lacrymo.

DACRYON, idem quod *Lacryma*, à δακρύω lacrymo.

DACTYLIOS, podex est, sunt qui eo nomine rectum intestinum intelligunt, nonnunquam circulus est, pastillus sive orbiculus, quo in Medicina utimur, à δάκτυλος digitus.

DACTYLUS, est fructus palmæ, oblongo-rotundus, dulcis, intus durissimum continens nucleum. Arbor procera est, viginti passuum & amplius, crescit in Judæa, Syria, Ægypto, Africa, India &c. Folia ensibus similia habet, deorsum cannarum modo decidentia. Vere floret. Ramus enim quodam involucro oblongo, vesicæ modo, ad ver usque clauso, & tunc aperto præditus, flores emittit parvos, albos, odoratos, racematim deorsum ab involucro residentes, ac pendentes. Autumno fructus maturantur. Cujus ramum una cum dactylis appendentibus hic loci vidisse memini, à Latinis appellatur *digitus.* Codices fortè malè dactylum habent pro Balano, quod glans est: & illi fructus glandes sunt, ergo: similitudinem enim cum digitis nequaquam repræsentant. Dicitur & φοῖνιξ, hinc compositio

positio illa *Diaphœnicum* dicta, inde nomen habet, recipit enim dactylorum pulpam. B. **Dadelen / daepen / dalen.** G. Datteln. Gall. *Dattes.* A. a Date.

DANICH, pendet grana octo. idem quod *Lupinus.*

DAPHNE, est laurus: cujus folia, dum uruntur, sonant, crepitant, à δαίω vel δὰ uro, & φωνῶ sonitum do. Alii à Daphne puella in Laurum conversa denominationem trahunt. Vide *Laurus.*

DAPHNE ALEXANDRINA, vide *Laurus Alexandrina.*

DAPHNOIDES, est Laureola, sic ob Lauri similitudinem dicta, ex δάφνη laurus & εἶδος forma.

DARSIS, est excoriatio cutis, à δέρω excorio. Vide *Intertrigo.*

DARTUS, est secunda, integumentorum communium viriles testes mediatè involventium, tunica: originem nanciscitur à membrana quadam carnosa, qua scrotum corrugatur & relaxatur. In fœminis vero peritonæi tunicâ testes immediatè involvuntur, à δέρις pellis.

DASYMMA, est palpebræ internæ inæqualitas superficiaria cum rubore, à δασὺς hirsutus.

DATURA, est Solani species. Derivatur ab indica voce *Datiro* & *Tatel* seu *Datel.* Vide *Stramonia.*

DAUCUS, est planta, ἀπὸ τ δαίειν, quod tormina sedet quietemque inducat, flatus discutiendo nomen accepit. B. **Kroontjes kruid / Vogel nest.** G. Mohren-kummel. Gall. *Pastenade Sauvage.* A. Birds-nest, Wild-carrot.

DEALBATIO, sive LEUCOSIS, pertinet ad artem cosmeticam, qua facies, dentes, cicatrices, vel aliud quid dealbantur. Utuntur hac voce quoque Spagyrici. B. **Witmakinge.** G. Weißmachung. Gall. *Blanchissage.* A. A Whiting, or beautifying any thing.

DEARTICULATIO, sive ABARTICULATIO, idem quod *Diarthrosis.*

DEAURATIO, dicitur quando pilulæ ob amaritiem evitandam auro foliato obducuntur. Item Tinctura fucata metallorum, monetarum &c. in colorem aureum. Gr. χρύσωσις. B. **Vergulding.** G. Vergülden. Gall. *Deauration, Dorure.* A. A Gilding.

DEBILITAS, est quando quis viribus minus pollet, quod vel ex lipothymia vel syncope, vel ex inedia quoque vel ex morbo, vel alio quovis modo exoritur. Gr. ἀδύναμία.

B. Swakheid. G. Schwackheit. Gall. *Foibleſſe*, *Debilité*. A. Feebleneſſ, or Weakneſſ.

DECANTATIO, & DECUPELATIO, eſt liquoris lympidi à fœcibus effuſio. B. Afgieting. G. Abgieſſung. Gall. *Verſer par inclination*. A. Decantation.

DECIDENTIA, idem quod *Cataptoſis*. Dicitur quoque neuter ſtatus, qui ex ſtatu optimo & temperato verſus morbum inclinat. Inde vox *Morbus ex Decidentia*.

DECLINATIO morbi, eſt, quando à ſtatu & vigore recedit, & æger extra diſcrimen ponitur: nemo enim in declinatione, niſi accidentaliter, moritur. Vide *Acme*. *Per Declinationem* aliquid effundere, eſt, quando vas continens declinatur, ita ut liquor ſenſim effundatur, ne ſedimentum moveatur, & liquorem turbet.

DECOCTIO & DECOCTUM, vide *Apozema*.

DECOMPOSITUM, auget ſignificationem compoſiti, eſtque illud quod jam in compoſitione (ut dicunt) per corruptionem & generationem convenerit.

DECORTICATIO, eſt, quando res, ut radices, ſemina, fructus &c. à ſuo cortice liberantur. B. Afſchilfinge / ontſchorſinge. G. Abſchelung. Gall. *Decortication*, *Eſcorcement*. A. A Pilling or Pulling of the bark.

DECREPITATIO, de ſale communi & ſimilibus muriaticis ſalibus dicitur, quæ cum ad ignem ſine fuſione calcinantur, ſtrepitum ſeu crepitum edunt, donec aquoſam partem amiſerunt. B. Kraking. G. Das Krachen. Gall. & A. *Decrepitation*.

DECUPELATIO, idem quod *Decantatio*.

DECUSSIS, idem quod *Denarius*.

DECUSSIS, Antiquis ad X. literæ figuram fiebat, quæ Latinis decem ſignificat. Hinc *Decuſſari* eſt in ſpeciem literæ X. diduci.

DECUSSORIUM, eſt inſtrumentum Chirurgicum, quo dura mater leniter preſſa, accuratè cranio adjungitur, ut pus intra cranium & meningem craſſam, collectum evacuetur, per foramen trepano factum. B. Neerdruk-tuig. G. Niedertrucker. Gall. *Decuſſoire*.

DEFATIGATIO, denotat incommodum leve, quod ab exercitio, vel labore vehementiore, aut protractiore accidit, unde quietis appetentes minus alacres evadunt. Hæc imbecillibus, valetudinariis, ægris & reconvaleſcentibus facile ſupervenit, item iis qui non aſſueverunt laboribus & exercitiis,

exercitiis, aut qui noctu vigilarunt, aut qui jejunium, alvi fluxum, vel alia passi sunt. B. **Vermoeitheid.** G. Müdigkeit. Gall. *Defatigation*, *Lassement*, *Lassété*. A. Wearineſſ.

DEFECTIO ANIMI, vide *Lipothymia*.

DEFENSIVUM, à defendere, est Medicamentum Chirurgicum vulgare, quo imminentia symptomata à parte affecta præcaveantur. B. **Een defensyf / verhoed-middel.** G. Ein dämpf und beschirm mittel. Gall. & A. *A Defensif.*

DEFLAGRATIO, est Operatio Chymica, qua Medicamenta deflagrantur, hoc est, per ignem subito purgantur, ut est nitri cum sulphure, antimonii cum nitro, unde subito flamma exoritur. B. **In de vlam setten.** G. Brunst/ Verbrennen. Gall. *Deflagration*, *Brulement*, *Embrasement*. A. A Beylagratio or Burning. Item denotat Febrium intermissionem. Vide *Apyrexia*.

DEFLUVIUM CAPILLORUM, vide *Alopecia*.

DEFLUXUS, idem quod *Catarrhus*

DEFRUTUM, est mustum ad dimidias coctum, ut *Sapa* ad tertias partes. B. **Gekookte most tot de helft.** G. Gekocht Most. Gall. *Vin Cuit jusque à la tierce partie*. A. Wine where of the half part is sodden away.

DEGLUTITIO, est actio animalis, quâ ex fibrarum ipsius gulæ contractione, alimentum in ore masticatum, aut aliud liquidius absorptum in ventriculum per œsophagum descendit. B. **Doorswelging.** G. Das Verschlingen/ Verschlucken. A. a swallowing down.

DEJECTIO, seu EGESTIO, & EJECTIO, est excrementorum alvi per anum depositio. Quæ varia est tum in statu sanitatis tum morbosa, liquida nempe, mediocris consistentiæ, versicolor, alba, flava, nigra, viridis &c. B. **Afgang.** G. Abgang/ Stulgang. Gall. & A. *A Dejection, or going to Stool.*

DEJECTORIA, vide *Catoretica*.

DELAPSIO, est quædam decidentia, ut delapsio uteri, ani, intestini &c. B. **Uitval / uitsinking.** G. Außfall. Gall. *Delapsion*. A. a Falling doun.

DELETERIUM, est quodvis venenosum, à δέλεαρ esca, qua animalibus exitus paratur, vel à δηλέω noceo, decipio, deludo.

DELIGATIO, est pars *Chirurgiæ*, quæ vulnera, ulcera, ossa fracta &c. deligat. Estque vel simplex vel com-

posita. Simplex est æqualis vel inæqualis. Æqualis est tantum rotunda, quæ membrum affectum circumquaque sine ulla in partem alterutram declinatione complectitur. Inæqualis in asciam & simam dividitur: tamen saltem ratione majoritatis & minoritatis differunt; ascia parum à rotunda declinat, sima vero multum. Variæ fasciationis sunt differentiæ, sumptæ à partium, quæ vinciuntur, vel quorundam animalium, vel aliarum rerum similitudine. Gr. ἐπίδεσις. B. **Verbinding.** G. Verbindung. Gall. *l'Appareil*, *Deligation*. A. A binding.

DELIQUIUM ANIMI, sive SUBITUS ANIMI CASUS, suis non caret gradibus; dicitur enim *Eclysis*, *Lipothymia*, *Lipopsychia*, *Apopsychia*, *Syncope*, *Asphyxia* &c. quæ sunt totidem gradus. Observandum igitur primo, quod *Animi deliquium* hæc sæpe antecedunt; Cardialgia sc. Anxietas ex improviso, cordis quasi compressio, oscitatio, ventris murmur, gravitas vel dolor capitis, vertigo, tinnitus aurium, caligines, varii colores oculo obversantes, pandiculationes, horrores, frigus extremorum, pallor & pulsûs mutatio. Secundo, his apparentibus & ingravescentibus, insequuntur lapsûs si steterint vel sederint; major pallor & frigus intensius, pulsus rarus, parvus, tardus, debilis, unguium livor, respiratio minuta, denique motus ubique & sensûs intercepti, at in *Syncope* pulsus planè cessat, ut & respiratio & motus omnis, sudor frigidus & viscidus exprimitur, urina sæpe, alvi fæces aut semen effluunt. Tertio, quod soluto paroxysmo, qui brevior esse vel longior solet, suspiria fiunt, languor adest, imbecillitas, lassitudo, pigritia. Sed uti *Animi deliquium* gradum sternit ad *Syncopen*, ita *Syncope*, prima mortis linea est. Quarto, hoc malum multis aliis morbis accidere solet, cum nempe vires prosternuntur, uti ex iis quæ de imbecillitate dicta sunt patet, ideo reperitur in febribus, in Asthmate, Hydrope, doloribus &c. Aliquando ab Hæreditate est, sed Valetudinarii, Cachectici, Hypochondriaci, reconvalescentes, pueri, senes, macilenti, obesi facile in id incidunt; Verum alii id patiuntur ab odoribus, a conspectu rerum, quæ offendunt, ab esu etiam insolio rerum, quarum fastidio laborant, ab exercitiis vehementioribus, à nimio & repentino gaudio, à purgatione, venæ sectione, sudore, æstu, puris magna effusione, à gravi dolore, à venenis, aut ab ictibus vel morsûbus animalium venenatorum. Dicitur & *Defectio*.

Defec-

Defectio Virium, *Languor Virium*, *Imbecillitas*, *Debilitas*, Gr. ἀτονία, ἀσθένεια, ἔκλυσις, ἀῤῥωστία τῆς δυνάμεως. B. **Flauwte / magteloosheid / onmagt.** G. Ohnmacht. Gall. *Defaillance.* A. A Faint ing or swooning.

DELIQUIUM CHYMICUM, est destillatio per inferiora mediante igne: vel calcis in cellis humidis suspensæ deliquatio & in humorem lixiviosum resolutio. B. **Smeltinge.** G. Niederwertz distilliren. Gall. *Par defaillance.* A. The dissolu ing of any hardbody into liquor in a moist place as salf &c.

DELIRIUM, est Imaginationis & judicii depravatio à spiritibus animalibus, tumultuosè & ἀτάκτως motis, excitata, unde ægri multa absurda & incongrua proferunt. Gr. παραφροσύνη. *Hippocrates & Galenus* variis vocabulis utuntur. *Hippocrates* quidem ad levem desipientiam significandam ferè vocabulo παραφροσύναι & ληρῶσαι sive παραληρῶσαι; *Galenus* vocabulo παραπαῖσαι, παρακρῦσαι, sicut ad gravem significandam ἐκστῆναι, μανῆναι & ἐκμανῆναι utitur, παρακόψαι vero de utraque usurpant. Species variæ sunt, unde σιωπηροὶ qui pauca loquuntur: alii & sermone delirant, & ridicula, aliena, magnifica vel maledica non saltem cogitant, sed & proloquuntur: alii denique opere & factis cogitara exequuntur & hæc omnia præstant vel μετὰ γέλωτος, vel μετὰ σπουδῆς, sed hi omnes delirantium ordines ad certas differentias redacti sunt. Sub delirio in genere dicto comprehenduntur παραφροσύνη, φρενίτης, μελαγχολία, μανία, & alii qui huc referuntur, affectus. Delirium iterum est cum vel sine febre. Cum febre φρενίτις vocatur, & quod simplex appellatur delirium, Gr. λῆρος vel παραφορὰ, vel παράληρος symptoma nimirum febrium ardentium. B. **Ylhoofdigheid / Ligthoofdigheid.** G. Haupt-kranckheit / Unwitz / Aberwitz / Wahnwitz. Gall. *Radotement*, *Resverie*, *Forcenement*, *Delire*, *Forcenerie*, *Reverie*. A. A doating or dotage.

DELPHINIUM, est flos regius, sic dicitur, quod ejus flores similitudinem cum pisce delphino habent, vocatur etiam *Consolida Regalis.* B. **Ridder-sporen.** G. Ritter-sporen. Gall. *Pied d'alouette.* A. Larks spur.

DELTOIDES, est musculus instar Δ Græcum, triangularis; oritur à clavicula, humero sive Acromio, & scapulæ processu spiniformi, atque à medio humeri robusto tendine infixus; à nobis & aliis in varios musculos dispescitur. Humerum attollit, à figura Δ & εἶδος forma. B. De

dryhoofdige spier. G. Der dreyhauptige mauß. Gall. *Muscle deltoide.* A. The deltoide muscle.

DEMENTIA, inter species delirii refertur. Idem quod *Anœa.*

DEMERSIO sive IMMERSIO, est, quando Chymicis metallum aliquod liquori solventi submergitur. B. Indui-kelíng. G. Eintauchung/ Versenckung. Gall. *Demersion.* A. A dipping.

DENARIUS, est unciæ pars septima: uncia enim continet septem denarios. Vide *Aureus.* Gall. *Denier.*

DENDROIDES, est planta arbori similis, ex Δένδρον arbor, & εἶδος forma.

DENDROLACHNA, oleri arbores: sic vocantur olera, cum ferè in arboris altitudinem assurgunt, ex δένδρον arbor, & λάχανον olus.

DENDROLIBANUS, est Rosmarinus, quia arbuscula quasi sit, vocatur δένδρον arbor, & λίβανον, quod Thus seu Olibanum oleat.

DENDROMALACHNE, est malva arborescens, ex δένδρον arbor, & μαλάχη malva.

DENDRON, arbor. Δένδρον quia δεινᾶς δέιρεται graviter & molestè decorticatur, vel à δέμω struo, ædifico, quia ex iis ædificia &c. eriguntur, struuntur.

DENS CANINUS, sive Satyrion Erythronium: sic vocatur, quia ejus floris folia dentem caninum referant.

DENS LEONIS, est *Taraxicum*, Cichorei sylvestris species: sic dicitur quod folium sinuatim per lacinias denticulatum sit, & *Rostrum* quoque *porcinum* nominatur. Vide *Taraxicum.*

DENTARIA, sive coralloides, sic dicitur quod ejus radix dentiformis, & in corallii modum nodosa sit.

DENTAGRA, vide *Forfex.*

DENTALIUM, est conchula parva, alba, glabra, dentatam rimam habens, ingreditur unguento citrino.

DENTARPAGA, vide *Forfex.*

DENTES, Gr. ὀδόντες, sunt officula utriusque maxillæ per gomphosin infixa; viris plerumque triginta & duo: fœminis vero viginti octo tribuuntur; foris sine periosteo conspiciuntur. Continuo crescunt, secus ex frequenti detritione comminuerentur, non tantum arteriis & venis, sed & nervis prospiciuntur, quod dolor vehemens aliquando arguit. Quatuor anteriores *Primores*, *Incisores* Isidoro, *Tomi-*

ci Celso. Gr. Τομεῖς, διγαστῆρες, κτίνες, Τομῆται, γλυφῖδες. B. **Voter-tanden / lag-tanden.** G. Die förderſten breiten Zähne / die beiſſer. Gall. *Les dents de devant.* A. The fore teeth. Qui à lateribus inſequuntur acuti magis ſunt, vocanturque *Canini*, *Oculares* & *Columellares.* Gr. κυνόδοντες, μύλοι & γομφίοι. B. **De hondſ-tanden / oog-tanden.** G. Die Augen-zähne / ſpitz-zähne. Gall. *Les dents Oreilléres.* A. The dog teeth or the eye teeth. Poſteriores qui tunc ſequuntur *Molares* appellantur, & habent majores ſuperficies, & duas, tres vel quatuor radices, cum priores unicam tantum accepere. Hiſce cibi duriuſculi à prioribus inciſi mola quaſi in pulmentum conteruntur. B. **Bak-tanden / maal-tanden.** G. Die ſtock-zähne / die backen-zähne / groſſe zähne. Gall. *Les dents machelieres.* A. The jaw-teeth or the grinders. Qui poſt annum trigeſimum & quadrageſimum interdum erumpunt, *Morum & ſapientiæ dentes* ſunt. Item *genuini*, Cic. *intimi* Eid. Κραιῆρες, ὀψίγονοι, σωφρονιστῆρες appellantur. Dentalis vertebræ ſecundæ prominentia, dentis quoque nomine venit. Omnes dentes in genere vocari ſolent. B. **De Tanden.** G. Die Zähne. Gall. *Dents.* A. The Teeth.

DENTIDUCUM, vide in *Forfex.*

DENTIFRICIUM, eſt Medicamentum ad dealbandos, extergendos & ſtabiliendos dentes, gingivaſque roborandas paratum. Gr. ὀδοντότριμμα, σμῆγμα ὀδόντων. B. **Tant-poeper.** G. Zahn-pulver. Gall. *Dentifrice*, *poudre a frotter les dents.* A. A Pouder to rub the teeth to make them white.

DENTILLARIA, idem quod *Dentaria.*

DENTIUM DOLOR, idem quod *Odontalgia.*

DENTIO, idem quod *Dentitio.*

DENTITIO, eſt tempus illud, quo infantium dentes erumpere incipiunt, quod fit menſe ſeptimo vel ſerius; & citius *ſuperiores*, nonnullis citius *inferiores*, & in his anteriores prius: tempore dentitionis ſæpè, febres, convulſiones, alvi profluvia, &c. exoriuntur. Gr. ὀδοντοφυΐα *Ægin.* ὀδοντίασις, à qua differt ὀδοντισμὸς Galeno, ſive ἄλλων ὀδοντισμός, ut ab *Hippocr.* vocatur, pruritus ille gingivarum, quem dentientes pueri ſentiunt. B. **De tijd wanneer de tanden komen / tandinge.** G. Zahnen / zähn gewinnen. Gall. *La veuë de dents.* A. Breeding of teeth.

DENTO, eſt is, qui dentes eminentiores, prominulos, & os productum habet.

DEOBSTRUENTIA sive DEOPPILANTIA, sunt Medicamenta, quæ obstructiones aperiunt.

DEOPPILANTIA, idem quod *Deobstruentia.*

DEPHLEGMATIO, est operatio, qua reiterata destillatione aqua superflua à spiritibus, vel puriori parte separetur. B. **Dan sijn water-suiveren / dephlegmeren.** G. Von wasser säuberen / abziehen. Gall. & A. *Dephlegmation.*

DEPILATORIUM, idem quod *Psilothron.* Gall. *Depilatoire.*

DEPLUMATIO, idem est quod *Ptilosis*, ubi palpebræ una cum tumore calloso, pili quoque earundem decidunt; estque composita affectio ex *Madarosi & Sclerophthalmia.* Verum semper conjunctum non habet pilorum defluvium.

DEPURATIO, est rei alicujus puræ ab impuro separatio, ut est despumatio, clarificatio. B. **Suivering.** G. Säuberung. Gall. *Depuration.* A. A making clean.

DERIVATIO, est, qua humor, pus, urina, sanguis &c. qui in partem influxit, & nondum impactus est, per locum vicinum educatur. B. **Verleiding.** G. Ableitung. Gall. & A. *Derivation.*

DERMA, idem quod *Cutis*, à δέρω cutim detraho.

DESCENSORIUM, est fornax Chymicis familiaris, destillationibus per descensum inserviens. B. **Een Oven / daar men mede na om lage destilleert.** G. Ein Ofen dar in Man unter sich treibt. Gall. *Descensoire.* A. Descensorie.

DESCENSUM, seu per descensum destillare, vide *Deliquium.*

DESICCATIO, est superflui humoris vel humiditatis per calorem, evaporatio. B. **Uitdooging.** G. Außtröckung. Gall. *Desiccation.* A. Desiccation or drying.

DESICCATIVUM, est unguentum vel emplastrum, humores tenues ulceri instillantes exiccans, à desiccare. B. **Opdrogend middel.** G. Treugende / abtrockende mittel. Gall. *Un desiccatif.* A. A desiccative or drying medicine.

DESIPIENTIA, est delirii species. Idem quod *Paraphrosyne.*

DESPUMATIO, est alicujus rei, ut syrupi, mellis &c. inter coquendum, spumæ detractio. B. **Schuiminge.** G. Abschäumung. Gall. & A. *Despumation.*

DESQUAMATIO, Gr. Ἐκλέπισις, est, quando in carie ossis vel alias, ab osse squamæ quædam abscedunt. B. Been-

schilfe-

schilfering. G. Ausnehmung der beinen. Gall. *Exfoliation*, *Desquamation*. A. A scaling of bones.

DESTILLATIO, eodem modo sumitur ut *Catarrhus*, vide suo loco.

DESTILLATIO, est partium spirituosarum, humidarum vel oleosarum, in halitus fumosve vi ignis extenuatarum, atque elevatarum extractio: destillatio fit per vesicam, cucurbitam, retortam, deliquium, filtrum, descensum, &c. eaque in balneo mariæ, arenâ, vaporibus, fimo, sole, reverberio, &c. peragitur. B. Neerdruppinge / distilleeringe. G. Distillierung / brennung. Gall. *Distillation*. A. Idem.

DETERGENTIA, à *detergere*, vide *Abstergentia*.

DETONATIO, est deflagrationis modus cum sonitu, ex. gr. cum sulphurea quædam, cum nitro permixta, iguique admota, pulveris pyrii instar, cum strepitu & fulgore deflagrant: ut in præparatione antimonii diaphoretici, & in accensione auri tonantis. Vide *Deflagratio*. B. Ontploffinge. G. Verpüffung. Gall. & A. *Detonation*.

DEUNX, sunt unciæ undecim, libra Medica sive Romana, continet uncias duodecim, ideoque *deunx* est quasi deesset uncia.

DEUTEROPATHIA, est morbus ab alio morbo originem ducens, ex. gr. si caput ex alterius partis vitio laborat, vel communicatâ ad id materiâ morbificâ, relicto priore foco, ex δεύτερος secundus, & πάσχω patior.

DEXTANS, est nomen ponderis pendens *uncias decem*. B. Tien onren.

DIA, *per Ex*, est præpositio, quæ sæpè additur præparationibus Medicamentosis, ut *Diaprunum*, hoc est compositio ex prunis, sic dicitur diasena, diaireos, diaphænicum &c.

DIABETES, sic *Galeno* dicitur. *Dipsacus Æginetæ* ab immensa siti quam invehit. Vel ut alii à serpentis quodam genere, quod Dipsacus appellatur & in *Lybia* præsertim reperitur, quod morsu suo venenum quoddam in homines insinuet, à quo sitis inextinguibilis inducitur, Διάβροια εἰς ὕδωρ, ὕδερος εἰς ἀμίδα, quasi *Hydrops in matulam*. Hinc est quod hunc affectum *Matulam inter cutim*, alii *Urinæ profluvium & siphonem* nuncupant. Rarissimus est affectus, quem *Gal.* se bis tantum vidisse refert 6. de Loc. aff. Cap. 3. est urinæ fluxus valde copiosus cum siti intolerabili, & summo virium

virium prolapsu, imo urina non tantum, sed potus, & is parum vel nihil immutatus egeritur. Quos affligit emaciantur, debilitantur, & præ siti, ardoreque viscerum vix se continent, & urinam cohibentes mox sentiunt lumbos, coxas & testes cum ardore, & gravitate intumescere, à διαβαίνω pervado. B. **Watersucht in de pis-pot/ pis-vloed.** G. Harn fluß. Gall. *Diabete, Flux d'urine, Fluxion d'urine.* A. A Diabetes or incontinency of urine.

DIABROSIS, est solutio continui per exesionem, à διαβρώσκω peredo. B. **Door-eting.** G. Durchfressung/ Zernagung. Gall. & A. *Corrosion.*

DIACHORESIS, & DIACHOREMA, est excretio quorumvis excrementorum, ab διαχωρέω secedo. B. **Uitwerpsels/ uitdrgsels.** G. Unflat. Gall. *l'Ordure.* A. A Casting out.

DIACHYLON, dicitur emplastrum ex succis compositum, ut & de gummis, ex διὰ ex & χύλος succus. B. **Sappleister.** G. Safftpflaster. Gall. *Emplastre des sucs.* A. A plaister to called.

DIACINEMA dicitur cum ossa de loco suo nonnihil recesserint, ἐκ διὰ ex, & κινέω moveo.

DIACLYSMA, est oris collutio, ad fœtorem abigendum vel dentes aut gingivas confirmandas. Vocantur ἐπὶ τὸ πολὺ collutiones oris; parantur ex astringentibus variis, ut *Bistorta, Tormentilla, fl. Balaustiorum, cort. granatorum, gallis, alumine, ung. Ægyptiaco, &c.* sub eo quoque comprehenditur *Gargarisma* & *Apophlegmatismus*, à διαχλύζω colluo. B. **Mondspoeling.** Vide *Collutio.*

DIACODION, est Medicamentum ex papaveris capitibus, siliquis dulc. rad. glycyrh. alth. & saccharo paratum, habetque syrupi consistentiam. Ex διὰ ex & κωδία papaveris caput. B. **Borst syroop/ Slaapbolle syroop.** G. Brust syrop. Gall. *Sirup pectoral.* A. A Syrup made of the tops of Poppies.

DIACOPE, præcisionem vel discissionem in aliqua parte significat, sive studio, sive casu, à διακόπτω præscindo. *Hippocrati* vulnus est omne quod altè descendit impactumque est. *Galeno* est soluta in osse capitis continuitas ab aliquo acuto occursante, atque abscindente; vocaturque quoque ἰγκοπὴ & ὀδαξ.

DIACOPRÆGIA, est Medicamentum ex fimo caprino, adversus splenes & parotides, à διὰ ex, κόπρος stercus, & αἴξ, capra.

DIA-

DIACRISIS, eſt diſtinctio & dijudicatio morborum & ſymptomatum, à διακρίνω diſtinguo, dijudico.

DIACRITICA, idem quod *Diacriſis*.

DIADOCHE, eſt ſucceſſio per criſin, à διαδέχομαι ſuſcipio.

DIADOSIS, eſt alimenti diſtributio, ſive per omnes partes pervaſio, ex διὰ per & δίδωμι do,

DIÆRESIS, eſt exeſio vaſorum, fit cum à cauſa erodente, vel incidente, via aliqua, quæ adeſſe non debebat, aperitur. Nam primo poteſt Διαίρεσις fieri ab humoribus acribus, qui erodendo unitatem ſolvunt, & viam patefaciunt; quod etiam Medicamenta acria præſtare poſſunt, modo craſſarum partium ſint. Nam tenuium partium unitatem non rodunt, cum non hæreant diutius. Deinde humores craſſi & acidi διαιρέσεως cauſa eſſe poſſunt, qui partem diſtendendo rumpunt. Tertio cauſæ plurimæ evidentes διαίρεσιν faciunt, omnes ſcilicet, quæ contundendo, & diſtendendo unitatem vaſorum ſolvunt; qualia ſunt motus vehemens, clamor, pondus grave, vulnerantia, contundentia, caſus, ſaltus & ſimilia, inter quæ & flatus referri poſſunt, qui retenti tantâ vi interdum corporis partes diſtendunt, ut non ſolum corporis cavitates dilatent, ſed rumpendo etiam novas faciant, & ipſi quoque unitatem ſolvant. Item operatio Chirurgica quæ continuo ſeparat, & fit inciſione, uſtione, terebratione, raſione, limatione, ſerratione, exeſione, à διαιρέω, divido. Vide *Diabroſis*. B. **Doorſnaginge der vaten.** Gall. *Diereſe*. A. a corcoding of the veſſels.

DIÆTA, eſt Methodus ſanis moderate vivendi: at *Diæta ægrorum* eſt remedium in recto rerum, vitæ neceſſariarum fructu conſiſtens: eaque ratione conſiſtentiæ eſt *craſſa*, *mediocris* & *tenuis*. Craſſa inſtituitur alimentis copioſis, firmis & ſolidis, multumque nutrire aptis, hæc *ſimpliciter plena* eſt, quæ fiebat olim per ptiſanam hordeaceam integram. Vel eſt *plenior* & *craſſior*; quæ fit per carnes pullorum & ova ſorbilia. Vel eſt *pleniſſima*, quæ etiam carnes caſtratorum concedit. *Mediocris* eſt, quæ ex mediocris ſubſtantiæ & quantitatis alimentis conſtat. Hæc olim per panem jure tinctum, vel etiam per carnes pullorum fiebat. *Tenuis* eſt quæ & alimentis paucis, tenuibus & infirmis perficitur, quæ ut plurimum acutis morbis convenit: eaque triplex eſt, *tenuis ſimpliciter*, quæ olim per ptiſanæ ſuccum fiebat. Vel *tenuior*, in qua melicratum propinabatur; vel

te-

tenuissima, in qua nihil cibi æger sumebat. Verum nunc temporis diætæ non ita strictè observantur quam olim, præsertim in hisce regionibus, à διαιτάω nutrio. B. **Lebens wet / of Lebens manier.** G. Ein gewisse Ordnung mit essen und trincken. Gall. *Diete*, *Regime de vivre*. A. Diet.

DIÆRETICA, sunt Medicamenta corrodentia & excedentia, à διαιρέω, divido.

DIÆTETICA, est pars Medicinæ præscribens cognitionem & usum rerum sex, à quibus vita nostra, ejusque regimen maximè constat. Et dicuntur *res* nonnaturales à scholis: ut sunt aër, cibus & potus, motus & quies, somnus & vigilia, Animi Pathemata, excreta & retenta: quæ si modum excedant, morbos pariunt, ex διαιτάω alo, nutrio. B. **Lebens wijs.** G. Manier und ordnung zu leben. Gall. *Diete*, *reglement de vivre*. A. of or pertaining to diet or a part of physick so called.

DIAGNOSIS, est signorum præsentium cognitio: sive cognitio, qua præsentem morbi conditionem dignoscimus. Estque triplex partis *affectæ*, ipsius *morbi*, ejusque *causæ* recta investigatio, ex διά per, & γινώσκω cognosco. B. **Kenteiken.** G. Kenzeichen. Gall. *Signe*. A. Diagnostick or the signs of a dislase.

DIAGRYDIUM, vide *Scammonium*.

DIALEIMMA, idem quod *Apyrexia*, ex διά in, & λείπω relinquo.

DIALEPSIS, est quædam interceptio: item intermissio quædam in fractura cum vulnere vel ulcere, ubi intermedium spatium relinquitur, pro ulceris aut vulneris curatione, itaque est intermissio deligationis, à διαλείπω interrelinquo.

DIANOEA, est mens præmeditata, à διανοέω præmeditor.

DIAPASMA, Plinio, Medicamentum aridum ex siccis pulveribus conflatum inspersile, quod aut vestibus ad gratiam odoris, aut ulceri, vulnerique varia ratione, aut potui etiam ad luxum inspergitur, Gr. διάπασμα, καταπάσματα, καταπασταὶ φάρμακοι. *Oribasius* non malè discrimen inter has voces ex *Antyllo* ponere mihi videtur: ut ἐμπάσματα sint, quæ sudoribus cohibendis, & commovendo pruritui adhibentur, quæ *Sympasmata & Aspergines Aurelianus* nominat: καταπάσματα sunt, quæ ulceribus superponuntur, ἔπιθεμα etiam dicta: διάπασματα vero conciliandæ fragrantiæ ergo inventa.

DIA-

DIAPEDESIS, est sanguinis, per vasorum rarefactionem, eruptio, ex διὰ per, & πηδάω salio, salto. B **Uitberſting.** G. Außbrechung. Gall. & A. *Eruption.*

DIAPEGMA, est instrumentum Chirurgicum, dictum & *Intercolumne*, sive pars transversaria, ad crurum laterumque compaginem firmandam, à πηγνύω compingo.

DIAPHANUM, est omne quod pellucidum est, ut humores oculares, tunica cornea, septum lucidum &c. à διαφαίνω pelluceo.

DIAPHÆNICUM, est compositio ex dactylis. Ex διὰ & φοῖνιξ Dactylus. B. **Conſerf van Dalen.**

DIAPHORESIS sive TRANSPIRATIO & SUDATIO, est decedentia omnis generis effluviorum per invisibiles corporis poros, ex διὰ per, & φέρω fero.

DIAPHRAGMA, φρένες seu *septum transversum*, & *dissertum* ὑπόζωμα *Arist.* est sepimentum musculosum thoracem ab abdomine distinguens, in medio membranosum est; œsophagus, arteria magna, vena cava &c. per illud transeunt: respirationi una cum cæteris musculis inservit, & motu suo excrementa alvina premendo foras convehit, à διαφράσσω sepio, munio. Tribuitur non tantum huic parti illud nomen, sed & Mediastino, septo in naribus, septo cerebrum in duo hemisphæria secanti, auris Tympani membranæ, aliisque, à διαφράσσω, sepio, munio. B. **Middelrift/ middel-ſchot.** G. Das Zwerckfell/ Bruſtfell/ gehäge. Gall. *Diaphragme.* A. Midriff, or diaphragme.

DIAPHRATTONTES, sunt membranæ, pleura, dictæ, quæ thoracem intus succingunt, & in medio septum vulgo, *Mediastinum*, relinquunt, à διαφράσσω sepio. Vide *Diaphragma.* B. **Middelſchot/ middelrift.** G. Daß zwerchfell/ Bruſtfell im leib. Gall. *Diaphragme*, & *Diafragme.* A. The Pleuca and mediastin.

DIAPHTHORA, est corruptio alicujus partis in corpore, à διαφθείρω corrumpo. B. **Bederving.** G. Verderbung. Gall. *Corruption*, *Degaſt.* A. Corruption.

DIAPLASIS, est membri luxati vel fracti restitutio, à διαπλάσσω conformo.

DIAPLASMA, est unctio sive fomentum à διαπλάσσω illino.

DIAPNOE, idem quod *Diaphoresis*, à διαπνέω perspiro. B. **Uitwaſeming.** G. Das Außdampffen. Gall. *Exhalation.* A. Idem.

DIA-

DIAPYEMA, idem quod *Empyema*, ex διὰ per & πυὸν pus.

DIAPYETICA, ſunt Medicamenta pus maturantia, à διαπυόω ſuppuro.

DIARIA FEBRIS, idem quod *Ephemera.*

DIARRHOEA, eſt copioſus alvi fluxus, in quo liquida egeruntur abſque dolore, ſanguine, pure. Diarrhœa in multis morbis evenit, præſertim in quibuſdam febribus & habet ſuas ſpecies. I. *Gravis* eſt, ubi paucis intervallis, interdum fermè citra remiſſionem copioſe per repetitos fluxus, nunc majores, nunc minores, excretis primo fœcibus, humores expelluntur viſcidi, aquei, bilioſi, flavi aut aliter conſtituti una cum muco quodam fundum matulæ occupante: adſunt Febris, Anxietas & virium Lapſus, neque dolor urget, ſed murmur auditur ſubinde, cum dejectio fit, podex tamen nonnihil dolet, Nauſea vel vomitus ſæpe incidunt, & potus vel cibus ingeſtus una tranſit. II. *Seroſa*, ubi tantum aquea & fluida prodeunt, cum Murmure, Teneſmo & aliquo dolore: hæc Phthiſi, Hydropi, Scorbuto &c. familiaris eſt, ac ſubinde in iis, qui ſunt frigori ſuſtinendo minus validi, vel quæ à pedibus refrigeratis accidit. III. *Maligna*, quæ eſt in Peſte, Febribus malignis, Variolis, Morbillis cum recedere putantur ad interiora, contingit, in hac vires ſubito dejiciuntur & Anxietates non leves oriuntur. Humores ſunt omnis generis, ſæpe fætentes, atque ſi à Variolis, etiam cruſtæ & pelliculæ in Excretis, quaſi hac via exirent variolæ, ipſæ apparent. IV. *Critica* dicta, quæ cum levamine evenit in morbis, vel etiam in ſanis, quos niſi ſubinde Diarrhœa juverit, male habent. V. *Hypercatharſis*, ſive *Superpurgatio*, id eſt Diarrhœa à Medicamento purgante aut Emetico excitata, à διαῤῥέω perfluo. B. **De Loop.** G. Bauch-fluß / durchlauff / die Ruhr. Gall. *Flux de ventre*, *Cour de ventre*, *la Foire*, *Diarrhée.* A. A diarræa, Looſeneſs or flux of the belly. Luſitan. *Biche.*

DIARTHROSIS, ſive ABARTICULATIO, & COARTICULATIO, ſeu DEARTICULATIO, eſt compoſitio oſſium, ad evidentem, validum, facilemque motum comparata: qualis eſt in brachio, manibus, femore, pede &c. Vide *Articulatio.* Ex διὰ per, ex, & ἄρθρον membrum, articulus. B. **Inwzigting der beenen / loſſe leding.** G. Gliederung. Gall. *Articulation.* A. Conjunction of the Bones.

DIA-

DIASTOLE, eſt cordis dilatatio, cum cruor à fonte accenſionis (pulmonibus nempe) in thalamos cordis influat; ex διὰ per, & στέλλω mitto. B. Opening des herts. G. Offnung des hertz. Gall. *Ouverture du cœur.* A. The dilatation of the heart.

DIATERETICA, eſt pars Hygieinæ, qua ſanitas firma conſervatur, quæ pro ætate & conſtitutione hominis varia eſt, ex δίαιτα victus ratio, & τηρέω ſervo. Vide *Diæta.*

DIATESSARUM, eſt Medicamentum ex quatuor ingredientibus compoſitum, ex Ariſtolochia nempe, Gentiana, Baccis lauri & Myrrha, quæ Melle excipiuntur, ex διὰ, ex & τέτταρες quatuor. B. Tonnekens Triakel/ & paarde triakel. Sed nomen nimis vile, pro tam egregio Medicamento.

DIATHESIS, eſt diſpoſitio corporis ſani vel morboſi, qua ad actiones peragendas benè vel malè ſumus diſpoſiti, à διατίθημι diſpono.

DIAZOMA, idem quod *Diaphragma* ſeu *Septum Tranſverſum*, ex διὰ & ζῶμα cingulum.

DICHALCUM, eſt pondus duorum æreolorum, continens tertiam oboli partem: Obolus enim habet æreola ſex.

DICHOPHYIA, eſt capillorum vitium, quando in partes finduntur, ex δίχα dupliciter, & φύω creſco. B. Splytinge des hairs.

DICROTUS, eſt pulſus bis feriens, ex δίς bis, & κρόω pulſo. B. Dubbelt ſlaande pols.

DICTAMNUM, DICTAMNUS, nomen accepit ἀπὸ τῆς πάλης à pariendo, quod parientibus opituletur, opemque promittat.

DIDYMI, ſunt gemelli, unico partu editi. Item Teſticuli, à δύω duo.

DIES CRITICI, vide *Critici dies.*

DIGASTRICUS ſive GRAPHOIDES, eſt muſculus biventer, qui à proceſſu mammiformi ortum adipiſcitur, & in parte menti interiori mediaque interius deſinit, illamque deorſum trahit, ex δίς bis, & γαστὴρ venter. B. Tweebuiltige ſpier. G. Der Zweybauchige mauß. Gall. *Muſcle biventre.* A. The two bellied muſcul.

DIGERENTIA, ſeu præparantia ſunt, quæ qualitates, caloris fermentativi, actioni reſiſtentes, mutant. *Digeſti-*

va quoque vocantur, quæ sunt unguenta, vel alia liquida, quibus suppurationes ulceribus inducuntur. B. **Etter makende dingen.** G. Eyter machend mittel. Gall. *Digestifs.* A. Digestive.

DIGESTIO, est, cum tincturæ, Infusiones, &c. blando ignis calore foventur, ut res crudæ in iis latitantes, dissolvantur, crassæ incidantur, inutiles vero in fundo desidant; atque hæc peragitur arenâ calefactâ, fimo equino, atharore &c. B. **Digerering / door warmte uithaling.** G. Digerirung. Gall. & A. *Digestion.*

DIGESTIVA, vide *Digerentia.*

DIGITALIS, est planta, quæ à similitudine florum, quæ digitale pulchrè referunt ac exprimunt, nomen habet. B. **Vingerhoeds-kruid.** G. Finger-hut / Finger-kraut. Gall. *Digitale, Gants nostre dame.* A. Fox glove.

DIGITUS, sive δάκτυλος. Singulis manibus, singulisque pedibus tribuuntur quinque. In Manu habemus *Pollicem, Indicem, Medium, Annularem, & Auricularem.* In pedibus propriis nominibus non gaudent. Est item quædam mensuræ species, quibus rerum intervalla metiuntur. B. **Den duim / de wijser / middelvinger / ring-vinger / pink.** G. Der daum / der zeiger / der mittel-finger / der gold-finger / der klein finger. Gall. *Le pouce, indique, le milieu, le annulaire, le petit.* Thumbe, Fore finger, middle finger, ring-finger, little finger, in pede. B. **Toonen.** Gall. *Arteils, Orteils.*

DIGLOSSON, seu HYPOGLOTTON, vocatur etiam *Laurus Alexandrina*, Latinis *Bislingua*, quod supra folium, aliud foliolum linguæ simile, gerat, ex δὶς duplex, & γλῶσσα lingua.

DILATATIO, est, cum meatus vel receptacula plus debito distenduntur, ut in Varice, Aneurismate &c. Gr. ἐυρυσμὸς, ab ἐυρύνω dilato, amplio. Item, significat diastolen cordis. B. **Een verwyderinge.** G. Außbreitung / Außstreckung. Gall. & A. *Dilatation.*

DILATATORIUM, est instrumentum Chirurgicum, quo uterus vel os ejus dilatatur & aperitur; vocatur etiam *Speculum*, & *Dioptra*, quia per id in os vel uterum introspicimus. B. **Een verwyderende instrument.** G. Ein Außbreitend instrument. Gall. *Dilatatoire.* A. An instrument to stretch out, or open any place.

DILUENTIA, sunt quæ sanguinem diluunt, potando nem-

nempe multum liquoris, v. g. Theé vel Coffeè.

DILUTUM, dicitur quod eſt mixtum: unde vinum aquâ mixtum dicitur *Dilutum*. *Dilutum* vero ſubſtantivum factum, eſt id liquidum, in quo aliquid certo tempore maceratum & infuſum fuit: ut ſi in vas vini appoſitum abſinthium fuerit, deinde poſt interjectum tempus abſtractum, id vinum abſinthii *Dilutum* vocatur, idem quod *Infuſio*.

DINICA, ſunt Medicamenta contra vertiginem, à δινέω circumago.

DINUS, idem quod Vertigo, à δινέω circumago.

DIOBOLON ſive GRAMMA, eſt obulorum duorum pondus, ſive ſcrupuli unius, ex δὶς & ὀβολὸς.

DIONYCIA, vide *Hedera*.

DIOPTRA, eſt ſpeculum matricis, ſive dilatatorium, quo uterus, in fœtus mortui extractione ejuſque ulcerationum inſpectione, dilatando ampliatur, à διοπτεύω perſpicio. **Een Moeder-verwyderend inſtrument / een Moeder-ſpiegel.** G. Ein Mutter-ſpiegel. Gall. *Miroir pour la matrice*. A. An Inſtrument to open the womb.

DIORTHOSIS, eſt operatio Chirurgica, qua membra aut corpora curva in debitum ſtatum reſtituuntur, à διορθόω corrigo, emendo.

DIOTA, eſt vas circulatorium à duabus auribus, utrumque brachium lateribus applicatum amplexantibus, dictum. Hujus inferior pars eſt in modum cucurbitæ, cui impoſitus eſt alembicus, in ſummo canalem, qui liquori infundendo inſerviet, habens, in loco autem conveniente duobus roſtris incurvatis & in cucurbitam à capitello humorem condenſatum devehentibus præditum, ex δὶς duo & ὠὶς auris. B. **Een vat met twee ooren / een dubbelt vat.** G. Ein zweyhencklicht faß / das zwey öhr hat. Gall. *Vaiſſeaux a deux anſes*. A. A Veſſel with two Handles. Item eſt vaſculum vel poculum, ex ligno odoro confectum & reſina incruſtatum. B. **Een riekend bekerke.** G. Ein wolriechendes becherlein. Gall. *Coupe odorante*. A. A Sweet ſmelling cup.

DIPCADI, eſt ſpecies Hyacinthi botrioidis; eſt vox barbarica, dicitur & *Tipcadi*.

DIPHRYGES, eſt genus recrementi metallici, quod ſubſidet, dum æs in fornace fuſum aqua frigida perfunditur.

DIPLASIASMUS, est morborum reduplicatio: Item duo musculi brachii circumductioni inservientes, à διπλόω duplico, vel διπλάσιος duplo major.

DIPLOE, est vas duplex, quod Chymicis usu venit, uti quando vas continens alio vasi arena, cineribus aut aqua repleto imponitur. B. **Dubbelt vat / een bad.** G. Ein zweyfach faß. Gall. *Vaisseau double.* A. A double vessel, à διπλόω duplico.

DIPLOE, seu DIPLOIS, est Cranii duplex tabulatum, paries, squama, seu lamina. Dicitur & tabula, quarum inferior vitrea, ob teneritudinem appellatur. B. **Herse-tafels / Tafel-scheidsels.** G. Die fugen der hirn-schalen. Gall. *Separation du Crane.*

DIPLOMA, idem quod *Diploë.* Sumitur aliquando pro linteo complicato, πλύγμα *Æginetæ*, πλύγμα ἔρια, διπλωμα *Hesychio*, Plagella *Celso*, *Aurel.* B. **Compres / gevouwen band / een opgerolde band.** G. Ein Truch tuch / ein distillier zeug. Gall. *Compresse.* A. Complicated linnen.

DIPSACUS, est Carduus fullonum: ejus folia ita constituta sunt, ut circa truncum alterum excipiat alterum, ita ut catini instar aquam semper servent, ac si truncus sitiret, vel nomen à contrario invenit, quoniam concavo alarum sinu, rorem vel imbrem recipiat, quo velut ad abigendas sitis injurias abutitur, hinc à διψῶ sitio. Latinis *Labrum Veneris*, nempe à carinato foliorum habitu hoc nomen contraxit, quæ se anfractuosa sinuantia ambage, pelvis vel lavacri speciem constituunt, & intra se humorem nunquam non retinent. *Virga Pastoris* haud dubiè dicta est, ob longas virgas, quibus cardui ad poliendos pannos utiles insident, quas pastores fortè sumunt, & ea parte qua possit manu capi aculeis nudant, reliqua autem aculeata parte gregem ducunt. *Carduus* vero *Fullonius* cœpit appellari, quod ea rudes pannos, velut echino quodam expoliunt, detractisque floccis concinnant. B. **Kaarden / Volders-kaarden.** G. Tatten-disel / Weber-karten. Gall. *Chardon de Foullon*, *Verge à Bergier.* A. Teasel.

DIPSACUS, idem quod *Diabetes.*

DIPTAMNUM, idem quod *Dictamnum.*

DISCRETORIUM, est idem quod *Diaphragma.* Sic dictum quia Thoracem & ventrem, casu tamen, discernit.

DISCRIMEN, fasciarum species est, quæ in frontis phlebotomia & temporum, adhibetur.

DISCU-

DISCUTIENTIA, sunt quæ humores impactos subtilitate Medicamentorum dissolvunt. Ideoque idem sunt ac *Dissolventia*. B. Verdrijvende middelen. G. Vertreibende mittlen. Gall. *Discussifs*. A. discussing medecines.

DISLOCATIO, idem quod *Luxatio*.

DISPENSATIO, Pharmacopæis dicitur, quando simplicia alicujus compositionis ordine dispensantur, ne quid ingredientium oblivisci possit.

DISPENSATORIUM, dicitur *Liber Pharmaceuticus*, continens omnia Medicamenta tam simplicia quam composita, secundum mentem Doctorum, qui in hac vel illa urbe praxin exercent, uti est Amstelodamense, Londinense, Bruxellense &c. Dicitur quoque *Pharmacopœa*. Ex hisce Medicamentis secundum normam, & dosin officina Pharmaceutica instruitur. B. Een Apotekers Winkelboek. G. Apotecker Buch/ Apotecker Taxe. Gall. *Dispensatoire*. A. A dispensatory.

DISPOSITIO, est habitus, quo ad actiones peragendas, bene, vel malè sumus dispositi. Vide *Diathesis*.

DISSEPTUM, idem quod *Diaphragma*.

DISSIMILARES, partes sunt, quæ in varias partes sibi dissimiles dividi possunt; ut manus, vena, musculus, quibus opponuntur similares. B. Deelen die malkander niet gelijk zijn. G. Ungleiche Theilen. Gall. *Parties dissimulaires*. A. Dissimular parts.

DISSOLVENTIA, idem quod *Discutientia*.

DISSOLUTIO, est, quando metalla, lapides, salia, resinæ, aut aliud quid in spiritu vini aliove liquore dissolvuntur. Vel quando corpora arte Chymica, in sua elementa rediguntur. B. Een ontdoeninge / dissolutie / ontbinding. G. Auflösung. Gall. & A. *Dissolution*.

DISTENSIO, est, quando partes ab alio inflantur, dilatantur, & relaxantur, ut ex effervescentiis in intestinis concitatis, oriuntur flatus & non rarò pressiones doloresque. B. Een uitrekkinge. G. Außstreckung. Gall. *Estendue*, *Distension*. A. distension.

DISTICHIA, & DISTICHIASIS, est duplex pilorum in palpebris ordo. Item continuus Lachrymarum defluxus, à pilorum in palpebris, ordinariis pilis subnascentibus, punctione, ex δὶς malè, & στίχος incedo, vel ex δὶς & θρὶξ pilus. B. Dubbele Hairkens der Oogscheelen.

DISTICHUM, vocatur Hordeum minus seu æstivum;

sic dictum quod spica tantum duos granorum ordines habeat.

DISTORSIO, est, cum partes situ aut figura peccant. B. Verdraeyinge.

DISTRIBUTIO, fit, cum chylus ex ventriculo & intestinis papillas intestinales (à Willisio *tunica glandulosa* dicta est) subeat, & per venas lacteas, ductumque chyliferum, in venam subclaviam exantlatur, ut una cum sanguine circuletur & purpureo colore induatur. Vel quando sanguis ex corde, & succus cerebralis ex nervis per totum corpus distribuatur, & talis distributio vocatur ἀνάδοσις. Verum de excrementis, dicitur Ἀποχώρησις. B. Distributie / uitdeelinge. G. Außtheilung. Gall. *Distribution*, *Partition*, *Partage*. A. distribution.

DIURESIS, est urinæ per renes secretio, quæ hoc modo peragitur: adjacent arteriis renalibus exiguæ glandulæ, quibus serum à sanguine secernitur, & per canaliculos exiguos, (ex quibus renum substantia maximâ ex parte constat) ad carunculas papillares, & deinde ad pelvim, ureteres, vesicamque foras deducitur, ex διὰ per, ῥέω fluo. B. Pis-scheiding / pissen. G. Harnen. A. Urine.

DIURETICA, seu URETICA, urinalia Medicamenta *Aurel.* sunt Medicamenta, quæ sanguinem incidendo & dissolvendo, serum per renes, ad vesicam præcipitant, ex διὰ per, οὖρον urina, & ῥέω fluo. B. Pisdrijvende middelen. G. Harn oder wasser treibende mittlen. A. Medecines Causing Urine, or pisdrivers.

DODECADACTYLUM, sive DUODENUM, est intestinorum tenuium primum, à ventriculi pyloro incipiens, & terminans ubi jejunum incipit, ex δώδεκα duodecim, & δάκτυλος digitus, ob longitudinem duodecim digitorum; quod tamen in nostris hominibus nunquam observatur; fortè Veteres ex brutorum inspectione hallucinabantur, fortè erunt digiti tantum transversi. B. De twaalf vingerige darm. G. Der zwölff fingers darm. Gall. *Duodenes*. A. The gut duodenum.

DODECAPHARMACUM, est compositio constans ex duodecim simplicibus, ut unguentum Apostolorum. Ex δώδεκα, duodecim, & φάρμακον Medicamentum.

DODRANS, est pondus unciarum novem. Item mensura duodecim digitorum, alias palmus major Latinis, & Gr. σπιθαμὴ dicitur. Dodrantalis itaque cauliculus vocatur, qui longitudine duodenos æquat digitos.

DOG-

DOGMATICA MEDICINA, seu RATIONALIS, hujus author fuit *Hippocrates*, & post eum *Galenus*, qui experientiæ rationem addidere, à δοκέω censeo. B. Een regelmatige Medicijne. G. Eine regelmäßige und verstandige Artzney. Gall. & A. *Medicine dogmatique*.

DOGMATICI, sunt, qui experientiæ rationes inquisiverunt. B. Gerhtmatige Medicijns.

DOLICHOS, est smilax hortensis seu phaseolus, est inter leguminum species: nomen accepit à longitudine siliquarum aut fructuum, δολιχὸς enim est longus.

DOLIUM, idem quod Lolium, mutato L. in D.

DOLOR, Gr. Ἄλγημα, Ὀδύνη, πόνος. Quid sit, dici non debet, cum nemo sit, cui id persuadeas, nisi aut dolet, aut doluerit aliquando, quod animadverti debet adversus eos, qui putant, bene definiviſſe, cum dolorem dixerint esse vel continui solutionem, vel periculum ruptionis fibrarum, vel denique summam distensionem, à qua ruptionis periculum abesse nequit, sed in iis non consistit dolor. Verum distensio in organo sensus cum maxima fit, adest ruptionis periculum, & sæpe accedit solutio continui, at dolor ad eam distensionem in mente subsequitur. Oriturque ex solutione sensibili aut insensibili. Pro varietate etiam variant nomina, ut *Algens*, si frigus adsit. *Gravativus*, si caput vel alia pars gravatur. *Pungens*, quando gladii instar pungit. *Ostococus*, quando dolor circa ossa est. *Stupidus*, si vix sentiatur, aut saltem ferri possit. *Tensivus*, quando tensio adsit. Sic à parte affecta, etiam varia sortitur nomina. In capite *Cephalalgia*, *Cæphalæa*, *Hemicrania*, *Crapula*, &c. Circa articulos, *Arthritis* dicitur. In renibus *Nephritis*, in alvo *Colicus* &c. B. Pijn / wee. G. Der Schmertz. Gall. *Doleur*. A. A. Pain.

DONAX, idem quod *Calamus*.

DORIA HERBA, est species Solidaginis saracenicæ. Nomen accepit ab *Andrea Doria*, Genuensi Duce, qui eam ex Africa attulit. Quidam Doriam à luteo aureoque colore, nomen accepisse dicunt: Aurum enim Gallis *Or* appellatur.

DORONICUM, dicitur Aconiti species, Avicennæ *Durinigi* & *Doronigi*, atque hinc devolvitur *Doronicum*. G. Gämbse-wurtz/ Schwindel-kraut. A. Leopards-bane.

DORSUM, seu TERGUM, pars thoracis posterior dicitur. Gr. νῶτον. *Dorsum manus* vel *Pedis*, est exterior eorum

eorum facies. Ita gibba nasi, scapulæ & ilii ossis pars etiam dorsum appellatur. B. De Rug. G. der Rucken Gall. *Dos, Eschine.* A. The Backe.

DOSIS, est Medicamenti determinata portio, sive quantum unica vice exhibetur vel propinatur, à δίδωμι do. B. Gifte. G. Gewisse Maß einer Artzney. Gall. *Dose, Prise.* A. A dose.

DOTHIEN, idem quod *Furunculus.*

DRABA, vide *Arabis.*

DRACHMA, est & pondus & mensura. *Ægyptiaca* fuit olim & *Attica.* Illa pendebat obolum, hæc vero scrupulos tres, vel obolos sex, ut & hodie in officinis. Octo constituunt unciam. Signatur signo ʒ. olim ὀλκὴ dicta fuit. Et signabatur cum A quod ab inferiore parte ο habebat, quandoque manipulum significat, à δράττομαι prehendo, manu corripio. B. Een dragme / een vierendeel loots. G. Ein drachme / der vierte theil eines lothes / ein quintlein. Gall. *Drame, Drachme.* A. A Dram.

DRACO HERBA, est herba non insuavis odoris ac saporis: ejus nomen videtur fuisse *Tarcon, Tarchon, Tragum, Tragium &c.* hinc mutato T in D, oritur *Draco*, & Belgis Dragon. G. Dragoen. Gall. *Tragon, Dragon.* A. Taragon.

DRACO ARBOR, & DRACONIS SANGUIS, est arbor exotica, cujus lachrymæ rubicundum & sanguineum fundunt succum, unde ei nomen impositum: additur *Draconis*, ut nationibus peregrinis pretiosus maximè videatur. B. Draken-bloed. G. Drachen-blut. Gall. *Sangue Dragon.* A. Dragons-blood.

DRACONIS SANGUIS, est *Lapathum Rubrum*, cujus folia costas habent obscurè rubicundas, seu sanguineas. B. Draken-bloed. G. Drachen-blut. Gall. *Sang du Dragon.* A. Dragons-blood.

DRACONTHÆMA, idem quod *Sanguis draconis.* Ex δράκων draco & αἷμα sanguis.

DRACONTIA, *Dracontium, Dracunculus, Serpentaria.* Nomen à figurâ sumpsit: caulis enim glaber purpureisque respersus lituris, versicolori facie, corpus anguinum repræsentat, & æquat longitudine. Vertex quoque sinuoso oris hiatu, linguam exerens cruentam, caput exprimit. Atque hinc est quod Veteribus etiam Romanis *Colubrina* ac Serpentaria nuncupata sit: vel sic dicta, quod è terra ad pri-

mas

mas serpentium vernationes exeat, rursusque cum iisdem se in terram recondat, nec omnino occultata ea appareat serpens. B. Speer-wortel/ Speer-kruid. G. Schlangenkraut/ drachen-wurtz. Gall. *Serpentine*, *Serpentaire*. A. dragon-wort.

DRACUNCULUS, idem quod *Dracontia*.

DRACUNCULUS, est ulcus quod nervum ipsum pervadit: item lumbricus longus, planus, non admodum latus, albus, qui cruribus Indorum frequenter innascitur, à δράκων draco. B. Draak-gezweer/ Draak-worm. G. Drachgeschwär / drach-wurm. Gall. *Dracuncule*. A. A dragon ulcer vel worm so called.

DRAGETA, idem quod *Tragea*.

DRAGMA, idem quod *Manipulus*.

DRAGMIS, idem quod *Pugillus*.

DRASTICA, sunt Medicamenta præsentissima, à δράω facio. B. Van stonden aan helpende middelen. G. Bewahrte Artzney.

DROPACISMUS, est, quo membra externa omnia extenuata, resoluta, frigida & humida, oblini solent. Estque vel simplex vel compositus. *Simplex* ex pice modica oleo liquata, constat. *Compositus* præter picem oleo liquatam, recipit etiam piper, pyrethrum, bitumen, semen rorismarini: & si opus sit siccare, *Sulphur vivum*, *salem*, *cinerem sarmentorum*; sin velliçare *Euphorbium*. Forma varia est, quidam enim emplastri referunt, alii cataplasmatis formam. Lat. *Picatio*, à δρίπω decerpo, colligo. B. Een pist-pleister / salf om het haar uit te trekken. G. Ein Pech-pflaster. Gall. *Dropacisme*.

DROPAX, idem quod *Dropacismus*.

DROSOMELI, vide *Manna*.

DRUS, seu Δρῦς, quercus, à δέρω excortico, ejus enim cortex βυρσοδέψαις usui est: vel à δρύω erumpo, pullulo. Veteres omne genus arboris δρυὸς appellatione intellexerunt: posterioribus δρῦς omnem arborem glandiferam tantum significat, & præsertim *Quercum*. Etymologia fit quoque à δρίαω seu δριῶ arboribus & herbis vireo.

DRYPEPES, *Oliva*, sic vocatur quod fructus ex arbore cadant, ex δρῦς arbor, ut apud Veteres, & πίπτω cado.

DRYOPTERIS, est Filicis species, & propriè Polypodium quercinum, ex δρῦς quercus, & πτέρις ala, quod folia alarum in modum se expandant.

DRYPIS, est planta spinosa, ἀπὸ τ δρύπτειν à lancinando, pungendo, vellicando.

DUCTUS ADIPOSI, vide *Sacculi Adiposi.*

DUCTUS AQUOSI, vide *Venæ Lymphaticæ.*

DUCTUS BILARIUS, vide *Porus Bilarius.*

DUCTUS CHYLIFERUS, est vas, in cujus parte inferiore lacteæ venæ omnes & plurimi lymphæ ductus terminantur; circa glandulam renalem sinistram ortum sortitur, & juxta arteriam magnam per thoracis longitudinem ascendens, in venam subclaviam sinistram terminum consequitur; plurimas habet valvulas, ne materia ascendens delabatur. Intra quartam & sextam thoracis vertebram, variè bifurcatur: Usus est Chylum & Lympham versus cor, ex partibus inferioribus vehere & adducere. B. De gyl-leider / gyl-boeder / dauw-boeder / borst-buis. G. Der gylführer / der brust-kanal. Gall. *Le conduit du Chyle.* A. The Thoracik duct.

DUTUS HYGROBLEPHARI, sunt quidam ductus, qui intra palpebras succum exonerant lymphaticum, quo oculi continuo, ne arescant, irrigantur, ex ὑγρὸν, humidum & βλέφαρον, palpebra. B. Oogledens bevogtigers. G. Der Augliederen Wasser Röhre. Gall. *Les Conduits hygroblephares.* A. The ducts wherewith, the eyes are moistened.

DUCTUS HYGROPHTHALMICI, Idem ac *ductus Hygroblephari*, ex ὑγρὸν humidum & ὀφθαλμὸς oculus.

DUCTUS LACHRYMALES, sunt, qui omnem lympham qua oculi irrigantur susçipiunt, & per narium ossa incedentes in nares sese exonerant. B. Traanbuisen. G. Der trähnen kanal. Gall. *Trous lachrymals, Conduits lacrymaux, Sacs lachrymals, Conduits de Larme.* A. The lachrymal ducts.

DUCTUS PANCREATICUS, est canaliculus, ex pancreate ortum ducens, qui juxta vel non procul à ductu bilario intestino inseritur; succum vehit Lymphaticum, quem in intestinum duodenum mittit, ad cibum (à fermento acido ventriculi & bilis admixtione) volatilisandum & fermentandum: Doctiss. *de Graaf* succum subacidum ex ipso ductu emulgere novit; alii etiam Medici cordati, inter quos *Phil. Matthæus Junior*, *Dom. Paisenius*, *Dom. Michaël Behm &c.* de succo istoc acido non parum ambigunt, & de morbis quibusdam, quos ex effervescentiis acidi succi pancreatici cum bile in duodeno derivat *Excell. Dom. Syl-*

vius,

vius, hactenus valde dubitant. *Nos* autem interdum pancreatis sanitatem acidum inveniri affirmamus, sæpe etiam salsum, & austerum; frequentius tamen insipidum & volatile, vide Anat. nostram Reform. B. De alvleys-buys / de groote kliers-buys. G. Der Pancreatische kanal. Gall. *Conduit de Pancreas.* A. The pancreatick duct.

DUCTUS RORIFERUS, sic à *Nobiliss. Bilsio* dictus, idem est quod *Ductus Chyliferus.*

DUCTUS SALIVARES, sive salivarii, sunt meatus qui à glandulis maxillaribus protensi, in maxillas & linguæ latera porriguntur, ibique succum salivalem effundunt, ad cibi solidioris masticationem, deglutitionem, & nonnullam fermentationem. B. Speeksel-vaten. G. Geiffer Fäße / Speichel Röhre. Gall. *Conduits salivaires.* A. The salivall ducts.

DUCTUS THORACICUS, idem quod *Ductus Chyliferus.*

DUCTUS UMBILICALIS, vide *Funiculus Umbilicalis.*

DUCTUS URINARIUS, idem quod *Ureter & Urethra.*

DUCTUS VIRSUNGIANUS, sic dictus ab inventore 1642 *Joan. Georgio Wirsung.* Idem quod *Ductus Pancreaticus.*

DUELLA, est Veterum pondus, pendens octo scrupulos.

DULCAMARA, seu GLYCYPICRIS, est Solani species, sic dicta quod saporem inter dulcem & amarum habeat. B. Alfs-ranken. G. Hunds-kraut / je länger / je lieber / bitter-süß. Gall. *Dulcamere.* A. Woody Nightshade or bitter-sweet.

DULCEDO AMORIS, vide *Clitoris.*

DULCORATIO, idem quod *Edulcoratio.*

DUELLA, est tertia unciæ pars, octonis scrupulis terminata.

DUODENUM INTESTINUM, idem quod *Dodecadactylum.*

DUPONDIUM, pendet Drachmas quatuor, seu semunciam. B. Een Loot. G. Ein Loth. Gall. *Demi unce.* A. An half ounce.

DURA MATER, vide *Mater dura.*

DYSÆSTHESIA, est difficultas seu vitium sensuum, ex δὺς difficile, & αἰσθάνομαι sentio.

DY-

DYSCINESIA, est movendi impotentia, sive sit imminuta, sive abolita. B. **Onmagt om te bewegen.** G. Daman sich nicht bewegen kan.

DYSCRASIA, est inæqualis particularum in sanguine, vel succo nervoso mixtura, à δὺς difficile, & κεράννυμι misceo, tempero. B. **Ongestalte/ onmatigheit.** G. Veränderte gestaltnis. Gall. *Indisposition.* A. Idem.

DYSECOIA, est audiendi difficultas, ex δὺς difficile & ἀκόυω audio. B. **Swaarhoorig.** G. Harthörung / Taubheid. Gall. *Sourdâtre.* A. Heavinesse of hearing.

DYSELSES, (qui opponitur *Euelces*, vide suo loco) est is, qui ulceribus curatu difficillimis laborat, ex δὺς difficile, & ἕλκος ulcus. B. **Die quade zweren heeft.** G. Der böse Geschwer hat.

DYSENTERIA, Lat. *Tormina*, est Diarrhæa cum Tenesmo leviore vel graviore, totiusque ventris torminibus ac sanguinis etiam puris excretione; hisce accedunt anxietates magnæ, dejectiones frequentes, quæ sæpe habent brevia intervalla, deinde mucus & pelliculæ prodeunt, quando Dysenteria alba dici solet; siti adhæc, febri, inquietudine, viriumque imbecillitate laborant. Sed Dysenteriæ aliquando Epidemicæ sunt, aut cum peste, & in urbibus vel castris multos uno tempore affligunt. Nonnunquam excreta halitum expirant qui adstantes inficit, à δὺς difficile, ἔντερον intestinum, & ῥέω fluo. B. **Roo-loop/ rood melisoen/ bloedgang.** G. Die rothe Ruhr/ der blutgang. Gall. *Dissenterie, Dysenterie, Trenchee de ventre, Flux de sang.* A. The Bloody flux or dysentery. Lusit. *Biche.*

DYSEPULOTICA, sunt ulcera maligna, curationem respuentia, ex δὺς difficulter, ἐπὶ super & ὅλος integer. Sed potius ab ὄλυμι perniciem infero, derivandum censeo. B. **Sweeren die niet willen toeheelen.**

DYSODES, δύσοζμος vel δύσοδμος. Est omne illud quod malè olet, ut excrementa. Ei opponitur *Euodes*, ex δὺς difficilè, & ὄζω oleo. B. **Stinkende dingen.** G. Stinckende sachen.

DYSOREXIA, est appetitus diminutus, ex mala succorum in ventriculo dispositione, ex δὺς difficile, & ὄρεξις cupio. B. **Trage eet-lust.** G. Wan man kein lust zu essen hat.

DYSPATHIA, est patiendi difficultas, cui opponitur *Eupathia*, ex δὺς difficile, & πάσχω patior. B. **Onpatientig.** G. Ungedultig.

DYSPEPSIA, est difficultas cibos concoquendi seu fermentandi in ventriculo & intestinis, unde non raro in nidorem vel aciditatem convertuntur, ei oppositum est *Eupepsia*, ex δὺς ægrè, & πέπτω coquo. B. **Moeyelyke verdouwinge.** G. **Undauligkeit des magens.**

DYSPHONIA, est loquendi difficultas, ex mala organorum dispositione, ex δὺς difficilè, & φωνέω voco. B. **Een swaere stem.** G. Schwere zu sprechen.

DYSPHORIA, est tolerandi vel patiendi difficultas, ex δὺς ægrè, & φορέω patior, tolero.

DYSPNOEA, est respirandi difficultas, ab organis vitiatis, obsessis aut irritatis orta. Habetque duos gradus, nempe Asthma & Orthopnæam, de quibus suo loco, ex δὺς difficilè & πνέω spiro. B. **Moeyelyke adem.** G. Schwer athem / engbrustigkeit / keuchen. Gall. *Difficulte d'Haleine.* A. Difficultie of breathing.

DYSTHERAPEUTA, sunt morbi curatu difficiles, ex δὺς pervicaciter, & θεραπεύω curo. B. **Siekten die zwaar te genezen zijn.** G. Krancheiten die nicht leichtlich weg gehen.

DYSTHYMIA, est animi ægritudo, ex δὺς ægrè, & θυμὸς animus. B. **Swaarhertig.** G. Schwermuthig. Gall. *Melancolicq.* A. Heaviespirited, Heavie-minded.

DYSTOCIA, est partus difficilis, sive præter ordinarium cursum fœtus in lucem, editio. Hoc fit quandò nempe obliquè, transversim vel pedibus primo egreditur, vel cum viæ ex inflammatione vel alias angustæ sint, vel cum fœtus magnus, debilis, obesus, vel mortuus sit, ex δὺς difficilè, & τίκτω pario. B. **Een Moeyelijke baring.** G. Schwäre arbeit im geburt. Gall. *Le Travail difficile.* A. Difficult birth or hard labour.

DYSURIA, est mingendi difficultas, ab organis malè dispositis, aut à calculo, arenis vel viscidis humoribus obstructis, plerumque cum ardore urinæ, ex δὺς malè, οὖρον urina, & ῥέω fluo. B. **Een moeyelijkheid in 't water maken.** G. Harnstrenge / harn-wände. Gall. *Difficulte de pisser.* A. Difficultie in pissing.

E.

EBENUM, EBENUS, vel HEBENUS, est arbor durissimi, gravissimi & nigerrimi ligni. Procul dubio ejus origo debetur voci Arabicæ *Aban*, *Abanos*, *Abenus*: Hinc facilioris elocutionis gratia *Ebenus*. B. **Ebben-hout boom**. G. Eben-holtz-baum. Gall. *Ebene*. A. Ebony tree.

EBISCUS, idem quod *Hibiscus*, vide *Althæa*.

EBULLITIO, ab ebullire, est liquorum, mediante igne rarefactio. Vel quando alcalia & acida mutuo commiscentur, ut in effervescentiis. B. **Opsieding**. G. Das Sieden / Auffkochen. Gall. *Ebullition*, *Bouillement*. A. A Boiling, Bubling.

EBULUS, seu sambucus humilis. Græcis ἴυβηλος, ex εὖ bene, & βηλὴ consilium, quia ægris bene consulat, atque ebullientes fervidosque humores per alvum ducat. Gr. χαμαιάκτη. B. **Hadig**. G. Attig / niederholder. Gall. *Hieble*. A. Dwarf elder.

ECBOLICA, sunt Medicamenta, quæ fœtum in partu difficili expellunt. Item Medicamenta quæ abortum concitant, ab ἐκβάλλω dejicio.

ECCATHARTICA, vide *Catharticum*, ab ἐκκαθαίρω expurgo.

ECCHYLOMA, idem quod *Extractum*

ECCHYMOMA, ECCHYMOSIS, est cutis sugillatio, à sanguinis extravasatione, ab ἐκχέω effundo, & αἷμα sanguis. B. **Blauwe vlekken**. G. Die Streichmasen / Blaw flecken. Gall. *Ecchymome*, *Ecchymose*, *Noirceur d'uncoup*. A. Blewnesse in the Shin.

ECCHYMOSIS, idem quod *Ecchymoma*.

ECCOPE, idem quod *Extirpatio*, ab ἐκκόπτω exscindo. *Eccope*, est quoque ossis incisio perpendicularis absque continui dissolutione, remanente tantum signo. Hippocrates nominat *Hedram*, Latini *Vestigium* vel *sedem*.

ECCOPROTICA, idem quod *Cathartica*, ab ἐκκοπρόω alvum depono.

ECCRIMOCRITICA, sunt judicia de excretis particu-

la-

laribus ab ἐκκρίνω secerno, & κρίνω judico.

ECCRISIS, est excrementorum secretio, ab ἐκκρίνω secerno.

ECHIDNIUM, est diminutivum ab *Echium*, vide suo loco.

ECHINOMELOCACTOS, est Melocarduus, planta Indica, ex ἐχῖνος Echinus, qui echini animalis in modum spinis undique est obductus, & μῆλον melo, pomum, & κάκτος carduus.

ECHINOPODA, quidam Genistam esse putant, ex ἐχῖνος Echinus, ob spinas quas habet, & πούς pes.

ECHINUS, est quicquid numerosa congerie aculeorum stipatur, sive tegmen, sive caput, sive cacumen fuerit, sic dictus quod globoso spinarum agmine maris herinaceum mentiatur. Sic vocari possunt castaneæ, capita carduorum &c.

ECHIUM, VIPERINA, seu Ἀλκιβιάδιον, est herba, cujus semen viperæ capiti simile est: vel quod contra ferarum ictus sit utile: vel quod floreſcit capitulis viperæ similibus, ἔχις enim & ἐχίδνα vipera est. B. Slangen-hoofd / slangen-kruid. G. Wild Ochsen-zung. Gall. *Herbe aux viperes*, *Bugloſſe ſauvage*. A. Vipers Bugloſſ.

ECLEGMA, sive LINCTUS, quem *Arabes Loch & Lohoc* appellant, aliis *Illinctus*, & ἐκλειχτὸν est Medicamentum internum, quod consistentia inter syrupum & opiatum medium est, ex variis thoracicis adversus asperæ & pulmonum affectus ut lingatur, concinnatur, ab ἐκλείχω lingo, lambo. B. Een likking / slikking / slik-mazkt. G. Eine latwerge / leckſafft. Gall. *Eclegme*. A. A Lambitive or Lohock.

ECLIPSIS, est animi defectus: Idem quod *Eclysis*, ab ἐκλείπω deficio.

ECLYSIS, *Animi Defectus*, ab ἐκλύω delinquo. Vide *Deliquium animi*.

ECPHRACTICUM, est Medicamentum incidens & deobstruens. Vide *Attenuantia*, ab ἐκφράσσω deobstruo.

ECPHRAXIS, est alicujus partis, per Medicamenta incidentia deobstructio, ab ἐκφράσσω deobstruo.

ECPHYSESIS, est efflatio vel exspiratio confertim facta, ab ἐκφυσάω effluo.

ECPHYSIS, vide *Apophysis*. Item *Duodenum* significat. Vide *Dodecadactylum*, ab ἐκφύω excresco.

Ec-

ECPIESMA, eſt ſuccus expreſſus. Item fœces quæ ab expreſſo remanent. Item Calvariæ fractura, in qua partes cranii fractæ, meninges premunt, ab ἐκπιέζω exprimo.

ECPIESMUS, eſt quædam expreſſio, ſed maximè oculorum protuberantia, ab ἐκπιέζω exprimo. B. **Een uitwyſſing der oogen.**

ECPLEXIS, eſt perterrefactio ſeu ſtupor, ab ἐκπλήσσω perterrefacio. B. **Verbaaſtheid / Verſchrikking.** G. Gall. *Epouvante.* Erſchreckniſs / Erſtarrung. A. Sudden fear or aſtonishment.

ECPNEUMATOSIS, vide *Exſpiratio.*

ECPTOSIS, idem quod *Excidentia* & *Luxatio*, ab ἐκπίπτω excido.

ECPYCTICA, ſunt Medicamenta condenſantia, Idem quod *Incraſſantia*, ab ἐκπυκόζω condenſo.

ECPYEMA, Idem quod *Empyema*, ab ἐκπύου ex, & pus.

ECPYESIS, vide *Ecpyema.*

ECRHYTHMUS, eſt pulſus, qui nullius ætatis rhythmum ſeu modulum obſervat, ab ἐκ ex, & ῥυθμὸς modulus. B. **Een ongeregelde pols.** G. Ein unordentlicher Puls. Gall. *Le poulx déréglé.* A. An irregular pulſe.

ECSARCOMA, idem quod *Hyperſarcoſis*, ab ἐκ, ex, & σάρξ caro.

ECSTASIS, eſt delirium ſive mentis commotio, ſive fuerit cum ſilentio, ſive cum furore, interdum vigiliæ adſunt, interdum coma, ab ἵστημι, graviter deliro. Dicitur etiam is, qui quaſi in cælum eſſet ſublatus. B. **Buiten ſyn ſelven zyn.** G. Erſtummung / erſtarrung. Gall. *Etonnement.* A. A ecſtaſie, a trance, a ſwounding.

ECTASIS, cutis eſt quædam in longitudinem & latitudinem extenſio, ab ἐκτείνω, extendo. B. **Uitrekking des huids.** G. Ausſpannung der haut. Gall. *Extenſion de peau.* A. a of Stretching of the ſkin.

ECTHLIMMA, eſt ulceratio, à violenta compreſſione, in cutis ſuperficie oborta, ab ἐκθλίβω exprimo.

ECTHYMATA, ſunt puſtulæ, ſive cutis quædam efflorescentiæ, ut in Variolis, &c. ab ἐκθυμιάω exhalo, evaporo. B. **Puiſten.** G. Ein Blatter. Gall. *Ampoulle.* A. Wheale, or push in the Skin.

ECTOME, idem quod *Extirpatio*, ab ἐκτέμνω exſcindo.

ECTILLOTTICA, ſunt Medicamenta, quæ callos & cla-

& clavos abſumunt, crineſque evellunt, ab ἐκπάλλω evello. B. Weer verdrijvende middelen.

ECTROPIUM, eſt increſcentia palpebrarum, quando inferior palpebra brevior eſt ſuperiore, item genæ &c. aut ejus inverſio, ab ἐκτρέπω everto. B. Intreckinge der oogen of wangen.

ECTROTICA, ſunt Medicamenta quæ abortum inferunt, ab ἐκτρώσκω abortio. B. Middel makende dingen. G. Unzeitige geburt verurſachende mittlen.

ECTYLOTICA, ſunt Medicamenta callum conſumentia, ab ἐκ ex, & τύλος callus.

ECZEMATA, ſunt puſtulæ rubicundæ fervidæ, & flammeæ; quidam Hydroa pro Eczemate, ſed malè, ſumunt, ab ἐκζέω effervesco. B. Vuurige puiſten. G. Feuer blåterlein. Gall. *Ampoulle ardente.* A burning or red pushes.

EDULCORATIO, & DULCORATIO, dicitur, quando calcinata ſale gravida, aquâ (ut plurimum calida) abluuntur, qua ablutione ſal inibi contentum aquæ immiſcetur. Vel dulcorare etiam dicitur, quando potiones, addito ſaccharo aut ſyrupis convenientibus, gratiores redduntur. B. Affoeting. G. Süſſmachen. Gall. *Adoucement.* A. A making ſweet, or edulcoration.

EFFERVESCENTIA, ab EFFERVERE, eſt ſubitus & inteſtinus inter alcali & acidum, interveniente aquâ, cum tendentia ad mutuam deſtructionem, motus, quem nonnunquam calor aut flamma ſubſequitur, ut in calce viva, fœno madidè repoſito, & miſcellis Chymicis. B. Opgeſtinge / opbruiſing / opwelling / opſiedinge. G. Das auffſieden / auffkochen. Gall. *Jettement la Lie, Effervescence.* A. Effervescence.

EFFLORATIO, ſive EFFLORESCENTIA, idem quod *Exanthema.*

EFFLORESCENTIA, idem quod *Exanthema.*

EFFLUVIUM, idem quod *Aporrhœa.*

EGESTIO, idem quod *Dejectio.*

EJECTIO, idem quod *Dejectio.*

EISPNOE, idem quod *Inſpiratio.*

ELÆA, olea, à λεῖος lævis, quia ejus oleum læve eſt & glabrum.

ELÆAGNUS, ejus nomen diverſis imponitur arbuſculis, ex ἐλαία olea & ἁγνὸς Caſtus, hinc Agnus caſtus ita appellatur. Ego tamen imaginari nequeo, unde ἐλαίαγνος nomen accepe-

vit, nec facie, nec flore, nec folio, nec fructu ullam cum oleo similitudinem habet.

ELÆOSACCHARUM, oleum est stillatitium cum saccharo mixtum, ex ἔλαιον, oleum, & saccharum. B. Geolyde suiker. G. Zucker mit Oele. Gall. *Sucre huileuse.* A. Oil and sugar mingled togethers.

ELÆOSELINUM, seu ELEOSELINUM, est Apium palustre, ex ἕλος palus, & σέλινον apium. Hinc etiam appellatur Ὑδροσέλινον, sive *Apium aquaticum.*

ELAPHOBOSCUM, est pastinaca, ab ἔλαφος cervus, & βόσκω pasco, quasi cervi pabulum; quod cervi eam plantam primum demonstrarint: hoc enim pabulo cervos serpentibus resistere, fama est.

ELAPHOSCORODON, est cervinum allium, ex ἔλαφος cervus, & σκόροδον allium.

ELASTICA VIS, WILLISIO vox familiaris est, dicit esse spirituum animalium explosionem, ut in spasmis & in convulsionibus, ab ἐλαύνω, agito. B. Ontploffing. G. Zuſchlagung / ein getöß. Gall. *Elision.* A. An elastick force. Item aëris quædam renitentia. B. Een we'er ombuigende kragt des lochts.

ELATE, est abies, dicitur παρὰ τὸ ἐλᾶν, ὅ ἐστιν εἰς ὕψος ἀναστέλλειν, quod in præcelsam proceritatem assurgat.

ELATERIUM, strictè est succus cucumerum sylvestrium in spissam, duramque consistentiam redactus. Sed latè erit item omne Medicamentum forte, quo alvus purgando subducitur, ab ἐλαύνω agito, expello. B. Een sterk purgeermiddel van wilde Komkommers. G. Ein starck purgierendmittel von waldt Cucummern. Gall. *Fort Purgation de Comcombre sauvage.* A. The jugace of wild Cucumbers.

ELATINE, quibusdam Veronicæ, quibusdam Helxines species, fortè quasi μικρὰ ἐλάτινη ἑλξίνη, parva seu minor Helxine.

ELCTICA, vide *Attrahentia*, ab ἕλκω traho.

ELCUS, vide *Helcus.*

ELEAGNUS, idem quod *Elæagnus.*

ELECTUARIUM, ab ELECTIONE, dictum, est confectio ex speciebus, pulpis, gummis, syrupo vel melle excepta, consistentiâ conservæ instar crassâ. Estque *simplex* vel *compositum. Simplex* tantum ex pulpa cassiæ, tamarindorum, vel prunorum constat: *Compositum* vero ut

plu-

plurimum ex speciebus, pulpis, succis condensatis, gummis, &c. quæ melle vel syrupo excipiuntur. Electuaria sunt digerentia, laxantia, purgantia, confortantia, alexipharmaca &c. B. **Electuarien / te samen gestelde conserven.** G. Ein auß gepreßter safft / lahtwerge. Gall. *Un Electuarie.* A. An Electuarie.

ELEMENTA, seu PRINCIPIA, sunt corpora simplicissima, quæ nec ex se invicem sunt, neque ex aliis, ex quibus sunt omnia & in eadem resolvuntur. Elementa quibusdam dicuntur quinque, *spiritus, sal, sulphur, aqua, & terra*, quorum postrema duo passiva, cætera activa dicuntur. *Alii* enumerant tria, *Salem* nempe, *Sulphur & Mercurium*, minus tamen rectè. *Peripateticorum* Schola quatuor existere docet, *Ignem* sc. *Aërem, Aquam & Terram.* Verum istæc elementa omnia sunt ex aliis composita, propterea ex eorum Elemento quippiam constare, idem est quasi dicere, arborem ex radice, trunco, ramis, foliis, floribus &c. esse compositam. Omnium simplicius incedit *Cartesius*, qui materiam constituit *Primam, Secundam & Tertiam*, hoc est lumen emittens, idem transmittens, & idem reflectens. Vide tractatum nostrum de Fermentatione. Gr. Στοιχῆον. B. **De Elementen / hooft-stoffen.** G. Ein Element. G *Elemens.* A. The first principles or elements.

ELEMI, gummi sive resina, aut Lachryma pellucida, albicans, cum flavis particulis mixta, in massam redacta, suavem accensa halans suffitum, venit ex Æthiopia, ubi ex arbore manat, quam oleum nonnulli volunt, alii cedrum, alii aliam arborem. Dicitur & *Elemni.*

ELEMNI, idem quod *Elemi.*

ELEOCHRYSON, & HELEOCHRYSON, vulgo *Ageratum* & *Tiniaria*: dicunt nomen accepisse a Nympha quadam Ephesia *Elichryse*, quæ hoc flore Dianam coronavit. Recentiores Botanici ἑλιχρυσον & ἑλαιόχρυσον dictum putant, quod in locis aquosis & palustribus, quæ Gr. ἕλη dicuntur, proveniat. Iidem ex Plinii authoritate ἡλυόχρυθον, nuncupatum existimant, quod ad Solis, qui ἥλιος Gr. est, repercussum aurea luce, flores hujus plantæ comantibus foliolis fulgeant. Et hanc ob causam Theodorum, *Aureliam* vertisse quidam existimant. Vel *Elichryson* dicitur, non quod in paludibus nascatur, ἀπὸ τῶ ἕλους in quibus Veteres non tradunt nasci, sed in asperis & salebrosis, quæ palustria esse non solent:

sed nomen accepit, quod flos aureum habeat fulgorem, ἀπὸ τοῦ ἐλαίου.

ELEOSELINUM, idem quod *Elæoselinum*.

ELEOSACCHARUM, vide *Elæosaccharum*.

ELEPHANTIASIS ARABUM, de quo morbo, ne verbum quidem fecerunt Græci; Arabes ejus mentionem passim faciunt, quæ varicibus cognata est, atque ex istis ortum habet, & tantum pedum tumor est. Agit de hoc *Avicenna* ubi de Varicibus tractat: Rhases dissentit tamen ab his, & Græcos sequitur *Haly Abbas*, qui Elephantem dicit esse morbum omnia corporis membra corrumpentem, & quasi cancrum universalem, Verum nec ipse sibi constat, cum scribit: Ulcera, quæ in pedibus & cruribus fiunt, Elephas vocantur. Et Elephanticus morbus apostema est melancholicum, quod in cruribus & pedibus apparet, & ejus signum est, quod pedis figuræ similis sit. Reliqui omnes seorsim de lepra & elephantia agunt, & elephantiam pedum tumorem esse dicunt à sanguine melancholico & pituitoso & varicibus ortum, ob quem pedes ægri pedibus elephantis figura & crassitie similes fiunt. Atque tumoris hoc genus in mendicantibus sæpe conspicitur, qui in viis publicis stipem petendo victum quærunt. B. **Laseri / Melaatsheid / Elephants siekte.** G. Ein Krancktheit wie der aussatz / oder Maltzey / schuppechte Haut. Gall. *Ladrerie*, *Lepre*, *Meselerie*. A. The Leprosie.

ELEPHANTIASIS GRÆCORUM, quam *Arabes* lepram vocant. Appellatur autem *Elephas & Elephantiasis*, & *Elephantia* ab elephante, ob similitudinem quam hic morbus habet cum elephante: nimirum, ut nonnulli putant, quod eo morbo laborantes magni ut elephantes, fiant; quæ inepta est notatio, cum elephantiaci non majores fiant, nisi quis non magnitudinem corporis elephantiasi laborantium, sed morbi magnitudinem respiciat, vel quod malum in cruribus serpens, efficiat ea elephantis ritu ferè rigida & æqualia: vel quod inter alios morbos vehemens ac validus sit veluti elephas, vel quod membra & cutis tumida, scabra, rugosa, tuberosa, & inæqualis, ut elephantum reddatur. *Galenus* de tumoribus cap. 14. malum hoc cum incipit, etiam σατυριασμὸν nominari scribit, eo quod facies similis Satyrorum faciei reddatur. Nam labia fiunt crassa, nasusque tumet atque ideo depressus apparet, aures tabescunt, maxillæ rubore perfunduntur, in fronte hinc inde tu-

tumores quasi quædam cornua apparent; quanquam alii ea etiam de causa Σατυριασμὸν hoc malum nominari censeant, quod in ortu valde libidinosi sint, quoniam videlicet malæ faciei iisdem cum rubore attolluntur, & musculis maxillaribus veluti convulsionem patientibus, mentum ipsum dilatatur, quemadmodum etiam ridentibus evenire solet, similitudine quadam ad picturas Satyrorum, quos διὰ τὸ σπουδάζειν *Cæl. Rhodiginus* ita nominatos putat, quod ore hiante labiisque diductis instar ridentium cantent & ludant, vel ut nonnulli, quod Satyris in Venerem propensione & libidine similes sint. *Celsus* ita describit, totum, *inquit*, corpus afficitur, ita ut ossa quoque vitiari dicantur: summæ partes corporis, crebras maculas, crebrosque tumores habent. Rubor horum paulatim in atrum colorem convertitur: summa cutis inæqualiter crassa, tenuis, dura, molliſque quasi squamis quibusdam asperatur, corpus emarcessit, os, suræ, & pedes intumescunt. Ubi vetus est morbus, digiti in manibus pedibusque sub tumore conduntur, febricula oritur, quæ facile tot malis obrutum hominem consumit, nobis sic observatur.

Elephantiasis, sive Lepra & Leprosis, ut plurimum morbus cutaneus est, primo constat ex tuberibus in facie, malis, fronte, pectore, brachiis & circa coxas. Colore sunt livido ut cancri, absque tamen dolore, mobiles sunt; cum ita adveniunt, hujus morbi certum signum est & præsagium, nam semper cum istis tuberibus incedit. *Secundo* in faucibus ad linguæ radicem tubercula sunt, ut in grandinosis porcis apparent; eorum color flavus est vel lividus, quæ sunt certa lepræ signa. *Tertio* desinunt in ulcerationes planas & latas, raro cute profundiores, cum labiis duris & tumidis, & quod mirum est sine dolore, & serpunt, & si in uno loco sanentur, in alio denuo renascuntur, digitos manuum ac pedum vulgo occupant, internodia quoque & loca plana, item cubitum aliaque loca. Ulcerationes hæ certum præbent indicium, sed quia leprosi simulant, illam plagam ab adustione provenire, ad similia signa quoque attendendum est. Notatu denique dignum, huic ulcerum generi, imo & in tumoribus nullum adesse dolorem aut sensibilitatem, si acu pungantur. *Quarto*, ulcera quoque in ipsis naribus inveniuntur, quibus integer nasus cum ossibus sæpe depascitur: Denique ipsum palatum non intactum relinquunt tantum, verum & uvulam & a-

speram arteriam invadunt, unde & tandem vitam deponunt. *Quinto*, circa narium & aurium extremitates intumescentia est, cum inerassatione & extensione. *Sexto*, pellicula adest, qua tota obducitur oculi pupilla. *Septimo*, totius cutis scabrities conspicitur, quæ quasi intumescit, sicca redditur & scabra, rimas agit & fissuras patitur: Obducitur squamis furfuribusque caput, præsertim & cilia; cutis porro pallida est, flava item, livida, & colore vivo orbata. *Octavo*, decidunt capilli, barba, sive quod pili rarescant, sive quod pili ex ciliis enascentes consumantur. Ungues denique finduntur, intorquentur, & ut brutorum ungulæ eodem modo excrescunt. Postea quidem musculi & præsertim respiratorii aliquatenus mutilantur, idque propter tubera & exulcerationes: Lingua fit rauca, ob pelliculam visus amittitur, nec non & sensus tactus ob tubera & exulcerationes: & si contingat, circa extremitates fit. Post aliquot tempus, postque plurimas intumescentias, vasa sanguinea ita coarctantur, ut si acus immittatur, nullus sanguis, sed sanies effluat. Fœcundi sunt & ad coitum ardentiores, quia à coitu prohibentur. Atque hæc sunt φανερὰ quæ nobis elucescunt. B. **Lazeri / Oliphants-siekte.** G. Ein Kranckheit wie der *aussatz* / oder Maltzey. Gall. *Ladrerie*, *Lepre*, *Mesellerie*. A. The Leprosie.

ELEVATOR, idem quod *Elevatorium*.

ELEVATORIUM, ab elevando dictum, est instrumentum Chirurgicum, quo crania depressa elevantur. B. **Een hef-boom / been-hefter / hef-tuig.** G. Ein Auffheber. Gall. *Elevatoire*. A. An elevator a chirurgicks instrument.

ELICHRYSON, idem quod *Elexchrysos*.

ELIXATIO, est, quando res coquendo emolliuntur. B. **Kokinge / Opsiedinge.** G. Auffsiedung. Gall. *Elixation*. A. A Seething or boiling.

ELIXIR, dicitur ab Arabica voce *Eleschir*, sive *Elieschir*, sive *Aleschis*, quibusdam ab ἕλκω traho, aut ab ἀλέξω auxilior, estque tinctura seu essentia alicujus rei, per spiritum vini aut aliud simile menstruum, extracta; idem est quod *Tinctura*. B. **Uitreksel.** G. Quintessentz / Elixir. Gall. *Extract*, *Elixir*, *Quintessence*. A. Elixir, the quintessence, of any thing.

ELLEBORUS, HELLEBORUM, seu VERATRUM, nomen accepit ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν τὸ βορᾶ, quod esu perimat, cibumque corporis eripiat; ἑλεῖν enim est *Capere*, & βορὰ pabulum, esca

esca. Hinc quoque *Elleboraſtrum*, & *Elleborine* derivantur. *Elleborine* cognominatur à foliorum cum Ellebori albi potius similitudine quam ab effectu. B. **Nies-kruid/ Heilig kerſt-kruid.** G. Nieß-wurtz. Gall. *Ellebore.* A. Sneeswort, Bears-foot, Christ-mas-flower, Hellebore.

ELMINTHES, & HELMINTHES, sunt vermiculi parvi, in intestinis, præsertim recto, geniti, ab ἑλμινθιάομαι lumbricos patior. B. **Maepen.** G. Würmleins. Gall. *Vermine.* A. Little Worms.

ELODES & HELODES, febris continuo affligens cum maximo sudore, ita ut ægri ob humiditatem in paludibus degere videantur, & exinde penè exsolvantur. Fortè erit species *Sudoris Anglici*, ab ἕλος palus, & εἶδος forma. B. **Sweet-koorts.** G. Das Schwitz Fieber. Gall. *Fievre Suëante.* A. The Sweating-feaver.

ELONGATIO, Gr. παράτασις, est luxationis imperfectæ species, quando ligamentum alicujus articuli tantum elongatur, ita ut os ex junctura non prorsus exeat. B. **Uitrekking/ Verlenging.** G. Verlengung Gall. *Alongement.*

ELUXATIO, idem quod *Luxatio.*

ELYMOS, est panicum, ab εἱλέω (fortè) involvo, quod ejus semina involucris involvantur, vel ab ἕλη, à calore solari, quem amat.

ELYTHROIDES, vaginalis dicta, est tunica propriarum prima, darto connexa, virilemque testem vaginæ in modum includens, ab ἐλυθρον, vagina, involucrum, & εἶδος forma. B. **Scheede-vlies.** G. Hod-sack / ein haut bedeckende die hoden. Gall. *Tunique Vaginale.* A. The Vaginal coat of the womb.

EMBAPHIUM, sive acetabulum, aut vasculum, quo Medicamenta aut alimenta induntur, vel mensurantur. Item vas in quod intingitur, ab ἐν, in, & βάπτω immergo, intingo. B. **Een Bakxken.**

EMBASIS, est balnei species, in quo quis aqua calida lavatur, ab ἐμβαίνω ingredior. B. **Een Bad.** G. Ein Bad. Gall. *Bain.* A. A Sort of an hot bath.

EMBROCACIO, idem quod *Embroche.*

EMBROCHA, idem quod *Embroche.*

EMBROCHE, seu irrigatio, instillatio, stillicidium, fomentationis genus est, quando humor ex alto, pluviæ instar, in partem aliquam destillatur, quæ fit vel prolutione ex vasculo

sculo proboscide inclinata, vel destillatione vel ex gutturnio. Adhibetur *Primo* super suturam coronalem, in cerebri intemperiebus, siniturque humor per sagittalem suturam decurrere. *Secundo* ad principium spinalis medullæ in nervorum morbis, siniturque humor per totam spinam defluere. *Tertio* ad calefaciendum vel exsiccandum ventriculum, siniturque materia per totum abdomen excurrere, si intestina quoque imbecillia sint, hepati ceratum santalinum applicatur, quum ejus incensio metuatur. Embrocharum materia est aqua communis thermarum, decoctum ex herbis, lac, oleum, prout partis affectus & necessitas requirat, aliis est fomentationis species, quæ fit, quando calida manus parti affectæ imponitur; vel quando spongia, stupa convenienti liquore repleta, adhibetur, ab ἐμβρέχω intingo.

EMBRYON, est rudimentum fœtus in utero materno, ab ἐμβρύω pullulo. B. **Een onbolwasse vrucht.** G. Unzeitige Frucht / das Kind in Mutterleibe. Gall. *Germe.* The rudiment of a child, or an embryo.

EMBRYOTHLASTES, Chirurgis instrumentum est usuale, ad contundenda ossa in extrahendo fœtu accommodatum, ab ἔμβρυον fœtus imperfectus & θλάω contundo. B. **Een instrument om een kind af te halen.** G. Eine Hack. Gall. *Un Crochet.* A. A Crochet.

EMBRYULCUS, uncus ferreus, fœtui extrahendo destinatus, ab ἔμβρυον fœtus imperfectus, & ἕλκω traho. Idem quod *Embryothlastes.*

EMBRYOTOMIA, est fœtus dissectio anatomica, ex ἔμβρυον fœtus rudimentum, & τέμνω seco. B. **De ontleding van een onbolwasse Vrucht.**

EMETICUM sive VOMITORIUM, est Medicamentum, quod particulis suis irritativis Ventriculi fibras versus superiora contrahit, & quicquid Ventriculo molestum est, per os expellit. Conficitur ex decoctis, tincturis, infusionibus, &c. ideoque ut plurimum in liquida forma propinatur, licet in pilulis, pulveribus &c. etiam ægris porrigatur, ab ἐμέω vomo. B. **Een braak-dranck / braakmiddel.** G. Spey-tranck. Gall. *Vomityf*, *Vomitoire.* A. A vomit or an Emetick Medicine.

EMETOLOGIA, est descriptio de vomitoriis, ab ἐμέω vomo, & λόγος sermo. B. **Beschrijving van de braakmiddelen.** G. Beschreibung der Spey-trãncke. Gall. *Une description de vomityfs.* A. A Description of a vomit.

EME-

EMETOS, vide *Vomitus*, ab ἐμέω, vomo.

EMMEMAGOGA, sunt Medicamenta menses cientia, ex ἐν in, μὴν, mensis, & ἄγω duco. Hoc est quod intra spatium unius mensis fit.

EMMENIA, idem quod *Catamenia* & *Menses*, ex ἐν in, & μὴν mensis.

EMMOTON, est Medicamentum liquidum, quod penicu-lis vulnerariis vel linteo concerpto exceptum, pustulis aut ulcerum finibus injicitur, ab ἐν in, & μοτὸς linteum quod vulneribus inditur. Hinc μοτόω indo tale linamentum.

EMOLLIENTIA, ab *Emollire*, seu Μαλακτικὰ, sunt, quæ calefaciendo, dissolvendo, dissipando & penetrando, partes molles reddunt, à Μαλάσσω emollio. B. **Verſagtende Dingen.** G. Erweichende Mittlen.

EMPASMA, est pulvis astringens, halitum ex ore fœtidum corrigens, vel qui nimium sudoris effluxum cohibet, idem quod *Catapasma*.

EMPEIRIA, seu EMPIRIA, vide *Empirica*, est experientia in arte medica summè necessaria, cui si ratio accedat, erit Medicina perfecta, ex ἐν in, & πεῖρα experientia. B. **Erbaring.** G. Erfahrung. Gall. *Experience*. A. Experience, practise.

EMPETALON, idem quod *Eupetalon*.

EMPETRON, vide *Saxifraga*.

EMPHRAXIS, est obstructio in quacunque parte facta, ab ἐμφράσσω obstruo. B. **Verſtopping.** G. Verſtopffung. Gall. *Bouchement*. A. A Stopping, or obstruction.

EMPHRACTICA, sunt, quæ poros obstruunt, ab ἐμφράττω obstruo. Idem quod *Emplattomena*.

EMPHYSEMA, est inflatio, ab effervescentiis vel alias concitata, sive in aliqua cavitate, ut in tympanitide, vel in parte aliqua particulari, ut in ventriculo, intestinis, sub cute &c. vocatur etiam Gr. Ἐμπνεύμάτωσις, ab ἐμφυσάω inflo. B. **Opblaſinge.** G. Das auffblasen/ Schwellen. Gall. *Enflure*, *Emphiseme*, *Souflure*. A. A Puffing up.

EMPHYTON THERMON, est calidum innatum, seu calor ex parentum semine primo in *fœtu seminatus*, qui postea, inchoata respiratione & fœtu per se subsistente, sensim perit. Calidum hoc, eum Philosophi tum Medici *Spiritum insitum & nativum* nominant, & ex tribus constare partibus asserunt, videlicet ex *Humido primogenio*, *insito spiritu*, & *calore*. Unde *Fernelius* definit *calidum innatum*, quod sit

humidum primogenium, insito spiritu, & calore undique perfusum. Verùm istháec Veterum nugamenta nihil ad nos pertinent: calidum enim illud, locum duntaxat habet in recens natis. Quodque inspirando & alimenta sumendo perennatur, ab ἐμφύω innascor, & θερμαίνω calefacio. B. De ingeboren warmte. G. Angebohrne / eingepflantzte wärme. Gall. *Chaleur né dedans.* A. The innate heat.

EMPIRICA MEDICINA, vide *Empeiria.* Sed præter hanc secta olim fuit in Medicina, cujus Author fuit *Acron Agrigentinus*, alii *Serapion*; qui neglectis rationibus, posthabitaque rerum investigatione & Anatome, solis experimentis nitebantur, & in incognitis morbis ad similes affectus & similia remedia confugiebant. Floruit hæc secta potissimum apud *Ægyptios*, apud quos teste *Herodoto*, singuli morbi singulos ferè Medicos habebant. Progressu autem temporis homines experientiæ rationem addere studebant, & ita paulatim ante *Hippocratem* apud *Cnidios*, *Rhodios* & *Coos* nova secta subnasci cœpit, quæ primo dicta fuit *Dogmatica* seu *Rationalis*, ab ἐμπείρω, tento. B. Proef kundige Medicyne. G. Probierte und bewehrte artzney. Gall. *Medicine Empirique.* A. Quack-Medicine.

EMPIRICI, sunt, qui experimentis solummodo contenti sunt, neglecta ratione. Vide *Empirica Medicina.* B. Quaksalvers / Landloopers. G. Ein Landfahrer Gall. *Charletans.* A. Mountebanks, or Empericks.

EMPLASTICA, idem quod *Emplattomena.*

EMPLASTRUM, est Medicamentum topicum, quod linteo vel pelli tenui inductum, cuti applicatur, eique tenacius adhæret. Componitur vulgo ex oleis, aut iis, quæ olei consistentiam ferè habent, qualia sunt axungiæ, medullæ, butyrum, mucilagines; Item ex pulveribus, & cera, aut iis, quæ ad ceræ consistentiam accedunt, ut resina, pix, gummi &c. cujus massa adhuc calida in teretes & longas figuras sive magdaleones cylindraceas formatur, ab ἐμπλάσσω fingo, formo, illino. B. Salf / Pleister. G. Pflaster. Gall. *Emplastre.* A. A Plaister.

EMPLATTOMENA, seu EMPLASTICA, & Ἐμφρακτικὰ, sunt linimenta cutis poros ita constipantia & occludentia, ut vaporibus & effluviis sulphureis exitus denegetur, ab ἐμπλάσσω illino. B. Medicyne die de zweetgaten stopt.

EMPNEUMATOSIS, sive INSPIRATIO, est thora-

cis

eis alterna dilatatio, qua aër continuo inspiratur, & per asperam arteriam, ejusque partes vesiculares sanguini, accensionis gratia communicatur. Si quis accuratius inspiciat, imo & videtur inspiratio principaliter à thorace dependere, à contractione membranæ asperam arteriam, fauces & nares obtegentis; hisce enim sublatis tollitur motus thoracis, pulmonum & abdominis, ab ἐμπνέω inspiro. B. **Inademing.** G. Das Athem holen. Gall. *Inspiration.* A. An Inspiration.

EMPROSTHOTONOS, est convulsio cervicis & reliqui corporis versus anteriora, ita ut mentum pectori applicetur & femora ventri, cum rigore, qui aliquandiu hanc insolitam figuram retinet, ab ἔμπροσθεν anterius, & τείνω tendo. B. **Vooz-overtreliking / hals-spanning-vooz-waarts.** G. Das spannen des hinter theils am halß. Gall. *l'Improsthotone*, A. A Convulsion in the fore part of the body.

EMPYEMA, propriè dicitur puris in thoracis cavitate collectio, sed si latius sumatur, etiam pro pure in abdomine, aut alibi collecto accipi potest, dicitur & *Ecpyema*, & *Ecpyesis*, ab ἐκ intus, & πύον pus. B. **Een etter vorst.** G. Eyter-brust / eyterige materie im brust. Gall. *Empyéme*, *Poitrine postumeuse.* A. An impostume in the cavity of the breast.

EMPYREUMA, adustum quid significat, quando aquæ recens destillatæ ingratum odorem & saporem habent, vel est crassamentum illud viscidum, quod in aquis destillatis ad fundum subsidet. Item olea adusta, *Empyreuma olere dicimus.* Item reliquiæ alicujus febris post paroxysmum, ab ἐμπυρόω accendo. B. **Verbrandheid.** G. Das anbrennen. Gall. *Brulement.* A. Any Thing that tasts, as ibit were burnt.

EMULGENTIA VASA, sed melius *Renalia*, dicuntur venæ & arteriæ, quæ renes subeunt. B. **Nier-vaten.** G. Nierenfäse. Gall. *Vaisseaux renales.* A. The reins or emulgent vessels.

EMULSIO, ab EMULGERE, est Medicamentum potulentum, lactis colorem æmulans, ex seminum quorundam medullâ cum affuso commodo liquore eductâ, compositum, cujus colaturæ syrupi, laudanum, &c. adjiciuntur. B. **Een melkje.** G. Ein Emulsion / ein tranck wie milch. Gall. *Emulsion.* A. Idem.

EMUNCTORIA, sunt cavitates, in quibus aliquid excer-

cernitur, ut nares pituitam recipiunt : aures humorem flavum crassiusculum : alvus excrementa alvina : vesica urinam, &c. B. **Ontfang-bulsen.** G. Höhlen darin sich die feuchtigkeit Sammlen. Gall. *Des Mouchettes.* A. Emunctory vessels.

ENÆMON, est Medicamentum sanguinem sistens, vel quod astringendo, refrigerando & exsiccando meatus vasorum apertorum claudit, sanguinis fluiditatem, motumque vehementiorem imminuit, vel sistit, ex ἐν in, & αἷμα sanguis. B. **Een bloedstempend middel.** G. Blut stillende Mittlen. Gall. *Etanchement du sang.* A. A Medicine to stop bleeding.

ENÆOREMA, sive NUBECULA, aut NUBES, est crassamentum illud, quod in urinæ medio suspensum continetur, ab ἐναείω in sublime attollo. B. **De wolken in de pis.** G. Die Wölcklein schwebende mitten in daß wasser. Gall. *Petite nuée dans l'urine.* A. The contents that swim in the middle of the urine.

ENARTHROSIS, est articulatio, cum cavitas excipiens profunda admodum, & caput quod in eam inseritur, oblongum est. Atque hæc conspicitur in femore & acetabulo, quod Ischio vulgo tribuitur, tum in astragalo cum osse cymbiformi, ab ἐν in, & ἄρθρον artus. B. **Inleding.** G. Gliedering. Gall. *Articulation dedans.* A. An inarticulation.

ENCANTHIS, est caruncula lachrymalis, sive excrescentia aut intumescentia angulorum oculi internorum, ex ἐν in, & κανθὸς hirquus.

ENCATHISMA, idem quod *Insessus*, ab ἐν in, κάτω infra, & ἕζομαι sedeo.

ENCAUMA, seu INUSTIO, in aliqua parte non tantum significat. Sed etiam oculi ulcus, cum crusta fœda in nigro aut albo post febrem sæpe excitatum. In nigro profundius quam in albo, unde & humores sensim emanant, & visus extinguitur, ab ἐγκαύω inuro. B. **Inbranding.** G. Einbrennung. Gall. *Enbrustement.*

ENCEPHALOS, est, quodcunque cranii mœniis concluditur; ut cerebrum, cerebellum, medulla oblongata, corpus callosum, corpus striatum &c. ab ἐν in, & κεφαλὴ caput. B. **Het herzen gestel.** G. Das Hirn. Gall. *Cerveau*, vel *Cervelle.* A. The brain.

ENCHARAXIS, vide *Scarificatio*, à χαράσσω scarifico.

EN-

ENCHEIRESIS ANATOMICA, est prompta & expedita, circa res secandas, actio, qua *Anatomicus* summa agilitate cadavera incidendo eorum partes demonstrat, ab ἐγχειρέω manum admoveo. B. **Vecrdigheid in de ontleedkonst.**

ENCHERIDÆ, sunt grumi, qui in Emplastris inter liquefaciendum inveniuntur.

ENCHRISTUM, est unguentum aut linimentum, quo pars affecta illinitur, ab ἐγχρίω inungo.

ENCHUSA, idem quod *Anchusa*.

ENCHYMOMA, est sanguinis effusio, qua partes externæ lividæ & nigræ conspiciuntur, ut in scorbuto, & sugillationibus oculorum, aliarumque partium. Dicitur etiam *Vibex*. B. **Striemen / Blauwigheid.** G. Blawe Striemen. Gall. *Marque, Meurtri*. A. An affusion or flusking of blood in ang part. Item sanguinis effusio, quando nimirum ejus motus citatior fit, ut in ira, & gaudio effuso, ab ἐγχέω infundo, & χυμὸς humor.

ENCHYTA, seu INFUNDIBULUM, est instrumentum, quo liquida in oculos, nares vel aures instillantur, ab ἐγχέω infundo. B. **Een Trechter.** G. Ein Trächter. Gall. *Un Entonnoir*. A. A Funnell.

ENCLYSMA, idem quod *Clyster*, ab ἐν intus, & κλύω abluo.

ENCOPE, est partis alicujus incisio, ut in Gangræna, &c. ab ἐγκόπτω incido. B. **Insnyding.** G. Einschneidung. Gall. *Incision*. A. A Cutting.

ENCRANIUM, idem quod *Cerebellum*, ab ἐν in, & κρανίον calvaria.

ENDEIXIS, est morborum indicatio, qua demonstratur, quid sit faciendum: ex. gr. vulnus indicat deligationem. Alvi obstructio indicat purgationem sive ἄνω vel κάτω. Suntque *Conservatoriæ* vel *Curatoriæ*, ab ἐνδείκνυμι demonstro. B. **Insigt / Intentie / Aanwijs.** G. Anzeyung. Gall. *Intention*. A. Indications.

ENDEMIUS, sive MORBUS VERNACULUS, & COMMUNIS, est, qui omni tempore plurimos in una regione invadit, à causa, loco vel regioni propria, & inquilina proveniens. Ut Scorbutus Hollandis, ab ἐν in, & δῆμος populus. B. **Land-ziekte.** G. Land-kranckheit / eine Seuche. Gall. *Maladie endemique*. A. A disease incident to one country.

ENDE-

ENDEMUS, idem quod *Endemius*.

ENDIVIA, seu INTUBUM. Hæc corrupta ab Intubo voce, in Hetruria passim *Endivia* appellatur. Dicitur etiam *Seris*, *Seriola*, & *Scariola*. B. **Endivie.** G. Endivien. Gall. *Endive*. A. Endive.

ENEMA, idem quod *Clyster*. Ibidis Ægyptiæ inventum, ab ἐνίημι immitto.

ENERGIA, est agitatio vel operatio spirituum animalium vel sanguinis, ab ἐνεργέω, operor. B. **Werkinge.** G. Wirckung/ krafft. Gall. *Energie*, *Efficace*. A. Efficacie, Force.

ENERVATIO, est debilitas circa tendines & nervos. B. **Swakheid / kraghteloosheid.** G. Krafftloß / Schwachheit. Gall. *Effeminé*, *Debilité*. A. A Weakening.

ENGIZOMA, est calvæ ictus, in quo offensum os, ad interiorem cerebri membranam descendit, eamque premit. Item instrumentum, quo in ejusmodi affectibus utimur, ab ἐγγίζω appropinquo.

ENGONIOS, est brachii, vel cruris flexura, ab ἐν in, & γωνία angulus.

ENS, ab ESSE, est alicujus mixti pars essentialis.

ENSIFORMIS CARTILAGO, Gr. ξιφοειδὴς, est infima ossis sterni pars, ensis instar mucronata. B. **Herten deltzel / zweertachtig kraakebeen.** G. Das hertzenblat / das Schwerd gleiche Knorpel. Gall. *La Fourcelle*. A. The Sword-like cartilage.

ENIXUM SAL, per illud intelligunt sal quoddam, ex acido & alcali participans, dicitur quoque sal *neutrum* quia nec alcali verè est nec acidum, & hujusmodi sunt sal commune, fossile, nitrum, alumen, vitriolum &c. B. **Suursout.** G. Saur saltz. Gall. *Sel acide*. A. Sowre-salt.

ENTALIUM, testaceum quoddam marinum est, fistulæ modo longum & concavum, album, foris striatum, intus læve, raro longitudinem digiti superans, ingreditur ung. Citrino.

ENTERON, est fistula longa, membranacea, Mesenterio, ne confundantur intestina, annexa, flexuris variis dotata: suntque numero sex (nisi quis œsophagum, ventriculum, & vesicam, intestinis annumerari velit, perinde erit, ei non adversabor, cum eandem habent tum substantiam, tum ferè actionem) Duodenum, Jejunum, Ileum, Cæcum, Colon, & Rectum; superiora tria *tenuia*, inferiora *crassa*

vel

vel potius *angusta & lata* appellantur. Hoc versiculo complectuntur.

Sunt duodenum, jejunum, post ileon atque

Cœcum, quod colon sequitur, tenet ultima rectum.

tunicas habent quatuor; externa *membranosa* est, à peritonæo orta; secunda *fibrosa* seu carnosa, cujus fibræ exteriores *longæ*, interiores vero *rotundæ* sunt, sibi invicem ad angulos rectos superjacentes; tertia *nervosa* est, & oscula vasorum tum lacteorum, tum sanguiferorum in se continet, cui intus & quarta *glandulosa* seu potius papillosa adhæret, qua mediante chylus absorbetur venisque lacteis communicatur. Intestinorum *Magnitudo* seu *Longitudo* ut plurimum sexies plus minus superat longitudinem hominis cujus sunt. Dicit etiam PLAUTUS in Curcul. act. 2. scena 3. *Ita Cibi vacivitate venio laxis lactibus*, & PLINIUS putat tantummodo lactes in homine dici & ovibus intestina, in cæteris vero animalibus *ile* appellari intestina, Libr. XI. cap. 37. Quidam volunt *lactes* intestina tantum graciliora dici: quidam pro intestinis pinguibus sumunt, ut PERSIUS, *Emeris auriculas pulmone & lactibus unctis &c.* vocantur item intestina, ἐκκοίλια, ἔνδινα, χορδαὶ *Aureliano*, ἔνκατα, ab ἔντος intus. B. **De darmen.** G. Das Gedärm / das eingeweid. Gall. *Les Boyaux*, *les Entrailles*, *Intestins*. A. The entrailles, gutts. Rectum intestinum. B. **Den regten-darm / Endel-darm.** G. Der Affter oder Mast-darm / Arß-darm. Gall. *Droit intestin.* A. The strait, vel Arse-gut.

ENTERENCHYTA, est instrumentum, quo Clysteres immittuntur: vocatur & *Siphon*, & *Syringa*. B. **Clysteer-spuit / Syringe.** G. Eine röhre / sprütze / klistier peipe. Gall. *Siringues*. A. Clyster pipe.

ENTEROCELE, sive Hernia intestinalis, est intestinorum præsertim ilei, per processus peritonæi dilatatos, ad inguina vel scrotum prolapsus, ab ἔντερον intestinum, & κήλη tumor. B. **Gebroken / gescheurt / darm-breuk.** G. Ein bruch der gedärme / darm-bruch. Gall. *Hargne*, *Rompeure*, *Greveure*. A. A rupture when the bowells fall into the cods.

ENTEROEPIPLOCELE, est species herniæ, quando omentum & intestina simul in scrotum devolvuntur & prolabuntur, ex ἔντερον intestinum, ἐπίπλοιον omentum & κήλη tumor.

mor. B. **Uitval des nets en darmen.** G. Netz und darm-bruch. Gall. *Hernie de la coesse* vel *entrailles.* A. A rupture when the Omentum of the inteſtines fall together into the cods.

ENTEROMPHALOS, eſt *Hernia umbilicalis*, cum inteſtina ab umbilico protuberant, quod mulierculis gravidis non raro contingit, & poſt partum non raro remanet, ex ἔντερον inteſtinum, & ὀμφαλὸς umbilicus. Idem quod *Exomphalos.* B. **Navel-breuk.** G. Nabel-bruch. Gall. *Hernie de nombril.* A. A Navel rupture.

ENTRICHOMATA, dicuntur tarſi, ſive extremi palpebrarum ambitus, unde excreſcunt cilia.

ENTYPOSIS, eſt humeri acetabulum. Articulatio humeri item eſt cum brachio, diciturque ὠμογλήνη.

ENULA CAMPANA, vide *Helenium.*

ENYPNION, eſt inſomnium, ab ἐν in, & ὕπνος ſomnus. B. **Een droom.** G. Ein traum. Gall. *Songe.* A. A Dreame.

EPACME, idem quod *Anàbaſis*, ab ἐπακμάζω increſco.

EPACMASTICA, eſt febris continuo invaleſcens, ab ἐπακμάζω invaleſco.

EPAGOGIUM, eſt membri genitalis præputium, & ut *Gorræo* placet, malè affectum, quod nec reduci facile poteſt, ab ἐπάγω adduco. B. **De Voorhuid.** G. Die Vorhaut. Gall. *Prepuce.* A. The fore Skin.

EPANADIPLOSIS, ſeu REDUPLICATIO, vide *Anadiploſis.*

EPAPHAERESIS, eſt phlebotomia iterata, ab ἐπαφαιρέω demo.

EPAR, vide *Hepar.*

EPARMATA, ſunt glandularum parotidum pone aures tumores, ab ἐπαείρω attollo, eo quod aures, hoc vitio, eriguntur.

EPHEBÆUM, eſt locus ab Hypogaſtrio ad pudendum uſque. Dicitur *Sumen*, *Pecten*, *Pubes*, *Aqualiculus* &c. ex ἐπὶ ſupra, & ἥβη pubes.

EPHELCIS, eſt ſanguinolentum illud, quod in Hæmoptyſi expuitur. Item cruſta ulceribus ſuperinducta, ex ἐπὶ ſupra, & ἕλκος ulcus.

EPHELIS ſive LENTIGO, eſt macula roſcida, ab inſolatione ut plurimum excitata, vere & æſtate maximè increbeſcit, idque potiſſimum in iis qui cutim rariſſimam habent,

habent, verum circa hyemem rursus evanescit; figura est magnitudine morsus pulicaris: maculæ hæ non raro totam faciem defædant, ex ἐπὶ supra, & ἥλιος sol. B. Sproeten. G. Sommerflecken / Sonnenflecken. Gall. *Des Lentiles.* A. Freckles.

EPHEMERA sive DIARIA, est febris continua quæ ultra diem non extenditur, si diem excedat, *Synochus* simplex appellatur, ex ἐπὶ supra, & ἡμέρα dies. B. Een-daagse koorts. G. Das Eintägige Fieber. Gall. *Fievre journaliere, Fievre d'un jour, Fievre Ephemere.* A. A quotidian feaver.

EPHEMERUM, est planta, quæ sic appellatur, quod eodem, quo assumptum est, die interimat, vel quod quo die nascatur, eodem intereat, ex ἐπὶ in, sub, & ἡμέρα dies. Sed est & alterum *Ephemerum* non *lethale*, sic dictum, quod flos illius confestim marcescat, nec longius uno alterove die commoretur, vulgo *Lilium Convallium*, quod in opacis & lucis nascatur, appellatur.

EPHIALTES, idem quod *Incubus.*

EPHIDROSIS, est sudoris proventus, ab ἐπὶ supra, & ἱδρὼς sudor.

EPHIPPIUM, sive SELLA EQUINA seu TURCICA, est pars ossis sphenoidis, cui glandula pituitaria insidet, ex ἐπὶ supra, & ἵππος equus. B. Het zadelbeen. G. Das Sattel-bein. Gall. *Os de Selle.* A. A bone of the os sphe noidis like to a sadle.

EPIALA sive QUERCERA, est febris continua, in qua calor & frigus simul percipiuntur, ab ἤπιος mite, & ἀλιάζω caleo. B. Een heet-koude koorts.

EPIALTES, idem quod *Incubus.*

EPICARPIUM, est Medicamentum externum, emplastri vel cataplasmatis instar, quod pulsibus seu carpis manuum, febribus intermittentibus depellendis, applicatur, ex ἐπὶ super, & καρπὸς carpus. B. Pols-pleisters. G. Pulß-pflaster. Gall. *Epicarpies.* A. A wrist plaister.

EPICAUMA, est ulceratio crustosa oculorum nigredini obtingens, ex ἐπὶ supra, & καύω uro. Idem quod *Encauma.*

EPICERASTICA, sunt Medicamenta quæ humores acres obtundunt & temperant, ex ἐπὶ supra, & κεράννυμι tempero.

EPICHEIRESIS, idem quod *Encheiresis*, ab ἐγχειρέω manum adhibeo.

EPICOLICÆ REGIONES, sive LATERALES, LAURENTIUS LUMBARES, & BARTHOLINUS, ex *Aristotele*, Λαγόνες nominat, quasi diceres *Libidinis partes:* sed à *Glissonio Epicolica* dicitur ea pars, quæ coli intestini partibus incumbit: Unde denominationem accepit.

EPICOPHOSIS, idem quod *Copkosis.*

EPICRASIS, evacuatio quædam est per vices instituta, ab ἐπικεράννυμι attempero. B. **Bp Verposing.** A. A critical evacuation of bad humours.

EPICRISIS, est morbi dijudicatio, ab ἐπικρίνω judico.

EPICRUSIS, est levibus ferulis, partium mollium, percussio, Japonensibus familiaris, ab ἐπικρύω percutio.

EPICYEMA, est superfœtatio, sive super imprægnatio, quod rarissimè contingit, ab ἐπὶ super, & κύω gravida sum. B. **Een dubbelde verzwangeringe / overbevzugting.** G. Uber eine empfangene frucht. Gall. *Superfetation.* A. Idem.

EPIDEMIUS, est morbus communis, à causa communi invectus, & vario tempore nunc in una, nunc in pluribus regionibus multos simul invadens: ut pestes, febres malignæ &c. Causa est, quod aëris nitrum una cum aliis parparticulis ascitis, arsenici vel sublimati vim acquirat, ut in conficiendo sublimato conspicitur; particulæ enim ex quibus illud conficitur, si seorsim dentur, non adeo exitiales sunt, verum junctæ venenum lethiferum evadunt, ex ἐπὶ supra, & δῆμος populus. B. **Een Doorgaans in Zwang-gaande Ziekte.** G. Eine Seuche die gemeiniglich an einem Orth regieret. Gall. *Maladie Epidemique.* A. A Common disease.

EPIDERMIS, videatur *Cuticula*, ex ἐπὶ supra, & δέρμα cutis.

EPIDESIS, seu DELIGATIO, est ligamenti injectio, ad cruoris fluxum sistendum, ex ἐπὶ super, & δέω vincio.

EPIDESMUS, est fasciarum superligatio, ab ἐπὶ super, & δεσμόω subligo. B. **Bovenswagtel.** Gall. *Susbondage.*

EPIDIDYMIS, sive PARASTATA, Latinè *Supergeminalis*, est vas tortuosum & variis flexibus velut varicosum corpus, quod testium dorso affixum est, idemque constituens. Majori suo globo testi annectitur, constat ex uno vase seu ductu longitudinem quinque ulnarum facile ex-

excedens, minori capite seu globo vasi deferenti conjungitur, ex ἐπὶ supra, & ὄρχις resticulus. B. De opperhlootjes. G. Die oberste hödlein. Gall. *Epididymide.* A. Idem.

EPIGASTRIUM, est anterior pars infimi ventris, cujus pars superior *Hypochondrium*; Media *Regio Umbilicalis*; Inferior vero *Hypogastrium* vocatur, ex ἐπὶ super, & γαστὴρ venter. B. Middel boven-buik. G. Der mittel bauch. A. The upper part of the belly.

EPIGENNEMA, est id quod morbis, velut symptoma supervenit. Item, ordo partium in generatione, qui per successum fit, à γίνομαι fio, nascor.

EPIGINESIS, idem quod *Epiginnema.*

EPIGLOSSUM, est Laurus Alexandrina, sic dicitur quod supra ejus folium, aliud foliolum instar linguæ habeat, ex ἐπὶ supra, & γλῶσσα lingua.

EPIGLOTTIS, sive EPIGLOTTALIS, est quinta laryngis cartilago, glottidis sive rimulæ operimenttum. Vocatur item sublinguium. *Ibid.* χόνδρος *Poll* ex ἐπὶ supra, γλῶσσα lingua, & τίθημι pono. B. Strot-lap/ het tongsken. G. Das Athem zunglein/ Zäpfflein im hals. Gall. *Languette, Luette.* A. The epiglottis.

EPIGONATIS, est mola seu patella genu, ex ἐπὶ supra, γόνυ genu, & τίθημι pono.

EPILEPSIA, sive MORBUS CADUCUS, à casu *Comitialis* dictus, quia ægri derepente in terram prosternuntur: vel *Herculeus*, quia difficulter curationem admittit: Item *Lunaticus* sive Σεληνιακὸς, quod ad lunæ cursum paroxysmus eveniat. *Lues Sontica, Deifica, Morbus sacer &c.* appellatur. Estque interpolata totius corporis convulsio, omnes actiones totius corporis lædens. Adsunt subitus prolapsus, si æger steterit, Motus convulsivi totius ferè corporis, oculi circumvolvuntur, abolitio sensus & memoriæ, spuma circa os, effluxus seminis, stercoris, urinæ, respiratio frequens & inæqualis, sonitus incongruus: atque hæc phænomena nonnihil variant, juxta gradus: In universali omnia hæc ferè sunt, non item in mitiori, vel in Epilepsia puerorum, quæ in dentitione, febri &c. evenit. Est porro vaga, vel certis temporibus rediens, hæreditaria, vel contingens, recens, vel inveterata &c. ab ἐπιλαμβάνω invado, prehendo. B. De vallende ziekte/ Sint Jans euvel/ Maan-ziekte. G. Die Schwere noth/ fallende oder

böſe kranckheit / böß-wehe / fallendt fiechtag. Gall. *Epilepſie.* A. The falling ſickneſs.

EPILEPSIA INTESTINALIS, nihil aliud eſt, quam convulſio, quæ à rebus inteſtina irritantibus oritur, quod infantibus ſæpe evenit.

EPILEPSIA PUERORUM, vide in *Epilepſia.*

EPILEPTICA, ſunt Medicamenta adverſus epilepſiam.

EPILOGISMUS, eſt Medicorum ſuffragium, ab ἐπιλέγω dico poſt.

EPIMEDIUM, vindicta Romanis.

EPIMELIS, dicitur Meſpilus; ſic dicitur, quod juxta malos naſcatur, ex ἐπὶ ad, juxta, & μῆλον malus.

EPINYCTIDES, ſunt puſtulæ humorem emanantes, noctu præſertim ſævientes & cruciantes, ſublivido colore vel ſubnigro vel albo, ſi aperiantur ſanies effluit, cum inflammatione, ab ἐπὶ ſupra, νὺξ nox, & τίθημι pono. B. **Nagt-geſwellen.** G. Nacht-geſchwulſt / die nacht-blattern. Gall. *Enflures de nuict.* A. Night ſwellings.

EPI PAROXYSMUS, eſt, quando ægri plures febrium exacerbationes, quam ſolent, patiuntur, quod in febribus inordinatis contingit, ab ἐπιπαροξύνω iterum exacerbo.

EPIPHÆNOMENA, ſunt ſigna quæ morbis poſtea ſupervenium, ab ἐπιφαίνω inſuper appareo.

EPIPHORA, eſt impetus quidam, ut dicitur, humorum, ſive ſanguinis, ſive alterius humoris inflammatorius, in totum corpus vel in aliquam partem. Per impetum, intelligenda potius eſt humorum quædam ſubſiſtentia, in qua alii humores, ab arteriis affluentes, moranteſque, incaleſcunt & phlogoſin conſtituunt. Eſt & inflammatio propriè oculorum, & latè dicitur de totius corporis inflammatione, ab ἐπιφέρω infero. B. **Oog-ontſteking.** G. Entzundung der augen. Gall. *Catarre* vel *Inflammation des yeux.* A. An Inflammation of the eyes.

EPIPHYSIS ſeu APPENDIX, ADNASCENTIA, ADDITAMENTUM, eſt os oſſi adnatum, per contiguitatem ſimplicem & immediatam, quamvis non adeo plana ſuperficie, ſed nonnihil mutuo capitum ſinuumque ingreſſu inſtar ginglymi, licet abſque motu, ab ἐπιφύω accreſco. B. **Aanwaſſing.** G. Anwachſung. Gall. *Epiphyſe.* A. Idem.

EPIPLASMA, in genere idem quod *Cataplaſma* Sed in ſpe-

ſpecie dicitur de farina triticea in hydrelæo cocta & vulneribus impoſita.

EPIPLOCELE, eſt *Omenti Ramex* ſive *Hernia*, in qua Omentum in ſcrorum prolabitur, ex ἐπίπλοιον omentum, & κήλη tumor. B. **Navel-breuk.** G. Nabel-bruch. Gall. *Hernie de nombril.* A. A rupture when the oment um falls into the cods.

EPIPLOCOMISTÆ, ſunt homines obeſi & ventre tumidi, quibus eſt pingue, & magnæ molis omentum, idque in fœminis *Conceptioni* impedimentum quandoque fuiſſe, ſcriptorum monumenta teſtantur; idcirco & omenti geſtatores appellantur, ab ἐπίπλοον omentum, & κομίζω gero, fero. B. **Dikke buik.** G. Ein Dick bauch. Gall. *Ventru.* A. Fat or big-bellied.

EPIPLOMPHALUM, eſt Hernia umbilicalis, quando ab omento tumido & prolapſo nimis protuberat, ab ἐπίπλοον omentum, & ὀμφαλὸς umbilicus. B. **Navel-breuk.** G. Nabel-bruch. Gall. *Hernie de nombril.* A. The Navel rupture.

EPIPIPLOON, OMENTUM, ſeu RETICULUM, eſt operimentum inteſtinis ſuperſtratum, originem à ventriculi fundo, & Inteſtini coli dorſo ortum ducit, nempe à peritonæi duplicatura; figura eſt inſtar retis ſeu Aucupis marſupii, plurimis vaſis ſanguineis abundat; uſus eſt inteſtina & ventriculum, pinguedine ſua inſtar pulvinaris fovere, & pinguedinem recipere, ab ἐπιπλέω ſupernavigo. B. **Net.** G. Das Netz des Eingeweids / Darm-neßlein. Gall. *La Tave qui couvre les entrailles.* A. The Caule.

EPIPOROMA, callus dicitur vel tophus in articulis enatus, & induratus, ab ἐπιπωρόω induro.

EPISARCIDIUM, vel HYPOSARCIDIUM, idem quod *Anaſarca*, ex ἐπὶ inſuper, & σὰρξ caro.

EPISCHION, eſt os pubis, ſeu pecten. Os tranſverſum & latum in imo ventre quod pubi ſubjacet, & inteſtina munit, ex ἐπὶ ſuper & ἰσχίον os coxæ. B. **Schaam-been.** G. Das Schaam-bein. Gall. *l'Os de Honte.* A. The privie bonne.

EPISCOPALES VALVULÆ, à figura ſic dictæ, vocantur & *Mitrales & Sigmoides*, tales duæ in vena pulmonari reperiuntur, ne ſanguis è corde veniens refluat. B. **De Biſchops gelijkende miters klapvlieſen.** G. Die Mutzen gleiche häutlein im hertze. Gall. *Valvules mitrales.* A. The Mitral valves.

EPISEMASIA, est ipsa morborum invasio; sive illud tempus, quo morbus primo notatur, & propriè *Significatio* dicitur, ab ἐπισημαίω insuper significo.

EPISION, est pubis regio sive *Aqualiculus*.

EPISPHÆRIA, sunt gyri & anfractus, exteriori substantiæ cerebri insigniti, ut vasa sanguifera, per cerebri substantiam distributa, ex ἐπὶ supra, & σφαῖρα globus.

EPISPASTICA, idem quod *Attrahentia*, ab ἐπισπάω attraho.

EPISTOMIA, sunt extrema vasorum oscula, ex ἐπὶ ad, & στόμα os.

EPISTROPHEUS, est colli vertebra secunda, sic dicitur à vertendo: nam ex medio ejus corpore assurgit appendix instar dentis canini, circa quam caput cum prima vertebra vertitur. Olim prima eodem nomine veniebat, ab ἐπιστρέφω circumverto. B. **Den Draeyer.** G. Die andere gelencke des hâlses. Gall. *Entourneur.* A. The first joint or Vertebra of the Neck.

EPITHEMA, est Medicamentum externum liquidum, quod partibus corporis nobilioribus, præsertim cordi & hepati, linteo stupave exceptum admovetur, ab ἐπιτίθημι impono. B. **Een betting / stoving.** G. Ein warmes Tuch/ damit man einem gliedmas Wärme zufugt. Gall. *Fotation.* A. A kind of fomentation used chief ley to the more noble parts.

EPITHYMBRUM, & EPITHYMBRA, est muscí species Thymbræ adnascens, ex ἐπὶ ad, & θύμβρα Thymbra.

EPITHYMUM, est muscí species, Thymo adnascens, ex ἐπὶ ad, & θύμος Thymus.

EPOMIS, est superior humeri pars, quæ & *Acromium* nominatur, ex ἐπὶ supra, & ὦμος humerus.

EPOMPHALUM, est Emplastrum vel aliud quid, quod extuberantiis umbilici applicatur, ex ἐπὶ supra, & ὀμφαλὸς umbilicus. B. **Navel-pleister.** G. Nabel-pflaster. Gall. *Emplastre pour le nombril.* A. Navel plaister.

EPSEMA, est decoctio musti in defrutum, ab ἕψω coquo.

EPULIS, est in gingivis excrescentia, ad intimos molares contingens, ita ut oris apertio impediatur, ex ἐπὶ supra, & οὖλον gingiva. B. **vastert Tand-vlees.** G. Auswachs des Zahnfleisches. A. An excrescence of flesh in the gums.

Epu-

EPULOTICA, idem quod *Cicatrizantia*, ab ἐπουλόω cicatricem infero.

EQUISETUM, Gr. ἵππουρις, est Planta caudæ seu setæ equinæ æmula. B. Paarde-staart. G. Roß-schwantz / Pferd-schwantz / Schafftenhew. Gall. *Quene de Cheval*, *Quene Chat*. A. Horse taile.

ERANTHEMUM, seu Delphinium, camomilla: sic dicitur quod vere floreat, ἦρ enim est ver, & ἄνθος flos.

EREBINTHUS, est cicer: sic dicitur quod semina in vasculo, quasi flatu distento, bina ferat ad instar testiculorum (quod tamen non de omni, sed de quodam ciceris genere verum est) vel quod maximè venerem excitat. Vide quoque vocem *Orobus*.

ERGASTERIUM, furni pars.

ERICA, deducitur à verbo Græco ἐρείκω frango, confringo: an, quia frangat, abradatque, idque scopis ex Erica colligatis, inque fasciculum redactis? an ab ἔρημος desertum, quod in desertis & sterilibus locis proveniat? at corrupta vox à Myrica, quod eam aliquomodo referat? B. Heide. G. Heiden. Gall. *Bruxere*. A. Heath or Ling.

ERICERUM, Gr. Ἐρίκηρον, Collyrii species est, cujus aliquot differentias *Aëtius* enumerat. Denominationem à fructu ericis accepisse videtur.

ERIGERUM, seu SENECIO, sic dici volunt, quod vere tam citò ejus flores in lanuginem vertantur, atque senescat, seu quasi vernus senex, ab ἦρ Ver, & γέρων senex, unde & quoque *Senecio* dicitur. Vide *Senecio*.

ERINUS, est nomen variis plantis impositum; Latinis *Caprificum* sonat: sic vocantur quædam Campanulæ, Basilici, & Ezulæ species, an ab ἔρις, quod cum ex arbore velut contendendum sit & luctandum, ut maturet fructus suos.

ERIOPHORUS BULBUS, quasi diceres bulbus laniferus, idque propter lanuginem, quæ inter radicum laminas est, ex ἔριον lana, & φέρω fero.

ERODENTIA, sunt Medicamenta, quæ acutis suis particulis carnem erodunt.

EROSIO, idem qnod *Corrosio*.

ERPES, vide *Herpes*.

ERRHINUM, Barbaris *Nasale & Caputpurgium*, est Medicamentum, quod metæ forma naribus inditum, sine sternutatione, humores & præsertim viscidos evacuat. Estque liquidum, molle vel solidum. *Liquidum* fit vel ex succis

cis herbarum errhinarum, & cephalicarum, ope vini, aut alterius liquoris, extractis, quibus aliquando spiritus vini admiscetur, *Vel* ex decocto simplicium idoneorum, additis nonnunquam succis, melle, syrupo, imo & pulvere. *Molle* fit, ex pulvere, melle, oleo, vel succis excepto, & ad unguenti formam decocto. *Solidum*, *vel* forma pulveris datur, & hoc in sternutatoriis maximè locum habet, *vel* formâ turundæ & dicitur *Nasale*, paraturque ex pulveribus idoneis, mucilagine, cerâ, vel terebinthina exceptis, ab ἐν in, & ῥίς nasus. B. **Nies-water.** G. Eine Artzeney die das Niesen bringt. Gall. *Sternutatoire.* A. A Sternutatory.

Eruca, dici volunt, quod ob acrem saporem linguam erodat: hæc enim ubi degustaveris os & linguam satis acriter vellicat. Sed alii sic nominatam putant, quod urendi licentiam nanciscatur, quasi dicas *Uracam.* Nec desunt, qui cum illa edendo sit, *Esucam* primum, deinde facta *s* in *r* conversione, ut fit, *Erucam* postmodum dictam contendant. Græcis εὔζωμον, quoniam jura commendet, habeatque in eisdem peculiarem graitam, ex εὖ bene, & Σωμὸς jus, esculentum. B. **Raket.** G. Raucken / Raucken-kraut. Gall. *Roquette.* A. Rockett.

Eructatio, vide *Ructatio.*

Ervilia, & Ervum, est leguminis minoris species, dicitur ab *Eruendo*, capitur enim & manu vellitur. Hinc fortè nostris **Erten / Erwten & Erweten.**

Eryngium, & Eringium, est Cardui species: dicitur & *Iringus*, ab ἐρεύγειν, ab eructando putant, quod capræ, quæ morsu surculum Eryngii præciderint, vel deglutiverint, cunctum gregem pone sequentem, quasi stupore attonitum sistant, donec Eryngium ructu rejecerint, ast Eryngium non mandit capra. * Sed ἠρίγγιον vel ἠρύγγιον aliis dicitur, ab ἐράω amo, & ἴγκρος, nempe ex ἴν pro ἐν & κρὸς, quod suis capitibus aspectu sit amabile, gaudet enim plurimis capitibus, hinc *centumcapita* appellatur. Vel dicitur quod τῶ ἤρη sit ῥιγηλὸς, quod verno etiam tempore molestum sit suis spinis, quibus facile lædit. Vel quod radicem habeat longè lateque per agros serpentem rusticis admodum molestam. B. **Kruis-distel / Kruis-wortel / Endeloos.** G. Sichen-kraut / Manns-treu / Roden-distel / Brackend-distel. Gall. *Panicault.* A. Sea holly or eringo.

Erysimum, quod inter olera recensetur, nomen accepit ἀπὸ τοῦ ἐρεικεῖν, à multiplici foliorum sectione. Vel ἀπὸ

τοῦ

ἐρύειν, quod ob ſuam caliditatem maximâ trahendi vi præditum ſit, quod inter fruges refertur, nomen invenit ab adverſo, quaſi ἔρυπμον, quod minimè pretioſum & nobile eſt. Vocatur etiam *Irion* & *Rapiſtrum*. B. Edele Haliette. G. Wegſenfft/ Hederich. Gall. *Ravenon*. A. Hedge-muſtard.

ERYSIPELAS, Ignis ſancti Antonii, ignis ſacer *Columell.* ignis *Sammonico*, ἐρυσίπελας *Poll.* πῦρ ἄγιον *Hippocrati*. Eſt tumor præter ſanitatem in cute aut quacunque parte carnea vel membranoſa excitatus, rubicundus, latus, non altè aſcendens, nec pulſans, ſed cum dolore punctorio, ab humoribus ſubſiſtentibus & coagulatis productus. Aliquando elevatur in bullas, ac ſi cantharidum emplaſtris eſſent excitatæ, tuncque dicitur nobis de Belroos. In genere tamen dicitur de Roos/ St. Anthonis vuur/ ex ἐρυθρὸν rubrum, & πέλας propè, fermè, vel ab ἐρύω traho, & πέλας, ac ſi diceres *vicini traha*, aut *vicini rubra*, varias habet differentias, prout altius aſſurgit, vel depreſſius eſt, aut majori aut minori cum calore, ut Tumor *Eryſipelatodes*, *Phlegmonodes*, *Oedematodes*, *Scirrhodes* &c. G. Die Roſe/ daß Heylige feuer/ S. Antonius-feuer/ das Rothlauff/ die Brennende Raach/ die Roſeſſe. Gall. *Eryſipéle*, *le feu Saint Antoine*, *la Róſe*. Si occupaverit faciem, *Rouſeóle au viſagie* dicitur. A. St. Anthonies Fire.

ERYSIPELATODES, eſt tumor Eryſipelati ſimilis, ſive Eryſipelas ſpurium, ex ἐρυσίπελας inflammatio, & εἶδος forma. B. Roos-agtig.

ERYTHREMATA, ſunt rubores pulicares, in febribus peſtilentialibus frequentes, ab ἐρυθραίνω rubeſco. B. Vleckien als vlooye beten. G. Kleine Fleckeu.

ERYTHROIDES MEMBRANA, eſt poſt *Elythroidem* ſecunda, *rubea* dicta, teſtem involvens, externè adhæret vaginali tunicæ, internè vero albugineæ. *Rubea* dicitur à colore, nam ἐρυθρὸν eſt rubrum, & εἶδος forma. B. Het roode bal-vlies.

ESCHARA, Gr. ἐσχάρα, eſt cruſta ulceribus ſuperinducta, vel cauterio aut ruptorio excitata, ab ἔχω habeo, & ἔρα terra; quia ſe habet inſtar terræ damnatæ, vel ab ἐσχαρόω cruſtam induco. B. De Roſt. G. Grind/ Ruſe/ Raude. Gall. *Eſchare*, *Ecare*, *Crouſte d'ulcere*. A. An Eſcar.

ESCHAROTICA, idem quod *Cauſtica*, ab ἐσχαρόω cruſtam induco.

ESCULUS, est arbor glandifera, fortè sic dicta, quod ejus glandes comedantur. Vide *Æsculus*.

ESCURA, idem quod *Eschara*.

ESSENTIA, essentiæ vocabulum significat accuratè loquendo balsamicam rei partem à crassiori separatam, quare cum exactissima rei separatio beneficio extractionis peragatur, fit ut pars illa balsamica à crassiore corpore extracta essentia κατ' ἐξοχὴν dicatur, alias à modo fiendi extractum, nonnunquam attribuitur essentiæ vocabulum succis expressis ac spissatis. Verum præstaret hos proprio suo nomine, quo minus confusio oriatur, nominare. Sunt & qui elæosacchara essentias vocant, sed abusivè. B. **Wesentheit / het pit.** G. Daß wesen. Gall. *Essençe.* A. Essence.

ESSENTIA QUINTA, sive CLYSSUS, est Medicamentum, ex integris ejus particulis energeticis sive activis constans. B. **De vyf de wesentheit / de quinte essentie / het pit of kragtigste der Medicamenten** G. Die nesselsucht / quintessence. Gall. & A. Quint essence.

ESSERE, SORA & SARE, etiam nominant: sunt tubercula parva, ad rubrum vergentia, duriuscula, cum insigni pruritu subito universum corpus occupantia, non secus ac si ab apibus, vel vespis vel culicibus, homo demorsus, aut urticis percussus esset: Non ita tamen post longum tempus evanescunt, nulloque ichore vel alia humiditate affluente, cutis pristinam levitatem & colorem recuperat. Differt ab *Epinyctide*, quod in hoc affectu ichor manat, in Essere non item.

ESTHIOMENOS, est herpes exedens, causa est, quod papulæ cutis humorem quendam acrem in se contineant, qui ob perspirationem inhibitam corrumpitur, & acrimoniâ suâ non tantum cutim sed etiam subjectas partes corrodit, ab ἐσθίω comedo, & ἕρπω repo. B. **Haar-worm.** G. Ein Haar-wurm / Häupt grind. Gall. *Esthiomene.* A. An inflammation in the Shin, Sharp of bitting.

ESULA seu EZULA, est Tithymalli species, nomen diductum à πίτυος videtur; duabus enim syllabis sublatis, remanet ἴτυ, cujus diminutivum *Usula*, & vocali primâ mutatâ *Esula*.

ETHMOIDES, est os cribriforme supra nasum internum, foraminibus (pro vasorum transitu) plurimis pervium, ab ἠθμὸς cribrum, & εἶδος forma. B. **Het seef-been.** G. Das sieb gleiche bein. A. The bone like a sieve.

EVA-

EVACUATIO, Gr. Κένωσις, est vel arte vel per se. *Arte* si sanguis evacuetur, aut purgando, vomendo &c. vitiosi humores ex ventriculo & intestinis evacuentur. *Per se* ut in hæmorrhagia, menstruorum evacuatione mictione, fæcum alvinarum evacuatione &c. B. **Uitleging.** G. Außführung/ Das Entledigen. Gall. & A. Eva cuation.

EVAPORATIO, idem quod *Diaphoresis.* Item fit, quando succi, lixivia aliaque leni igne evaporando in spissiorem consistentiam rediguntur. B. **Uitwaseming/ Uitdamping.** G. Außdempffen. Gall. *Evaporation.* A. Evaporation.

EUCHROA, est color & nitor bonus, ab εὖ benè, & χρόα color.

EUCHYLOS, est qui succis bonis abundat. Ita alimenta, quæ bonum succum præbent, dicuntur, esse boni succi, ex εὖ bene, & χυλὸς succus. B. **Goed-sappig.** G. Voll mit gut safft. Gall. *De bon suc.* A. Good nourishment.

EUCHYMIA, est optima succorum temperies & constitutio, ab εὖ bene, & χυμὸς succus. B. **Een wel gesteltheit der Sappen.** G. Guter safft. Gall. *De bon suc.* A. Good nourishment.

EUCRASIA, est *Temperamentum bonum*, omni ætati, & sexui conveniens, Εὔκρατος bene temperatus, ab εὖ bene & κεράννυμι misceo. B. **Een goede getempertheit.** G. Gutt Temperament/ gesundtheit. Gall. *Un bon temperament.* A. A Good habit of body.

EUDIAPNUSTOS, qui benè perspirat & optimam habet *Diaphoresin*, ex εὖ bene, διὰ per, & πνέω spiro. B. **Die wel doorwasemt.** Illi semper sani sunt.

EUECTICA, idem quod Gymnastica, sive Medicinæ pars, qua bonus habitus acquiritur, ab εὖ bene, & ἕξις habitus.

EUELCES, Laborans ex ulceribus, curatu facillimis, ab εὖ bene, & ἕλκος ulcus. Cujus oppositum est *Dyselces.* Vide suo loco.

EUEXIA, est optima, & sana habitudo, ab εὖ bene, & ἕξις habitus. Cui opponitur *Cachexia*, malus habitus.

EUFORBIUM, idem quod *Euphorbium.*

EUFRASIA, idem quod *Euphragia.*

EUGEOS, est uterus, sic dicitur ob analogiam cum ter-

ra fertili: hoc nomine etiam *Hymen* appellatur, ab εὖ benè, & γαῖα seu γῆ terra.

EUODES, est odor excrementorum suavis, ab εὖ bene, & ὄζω olfacio. Cui opponitur *Dysades*, malè olens.

EUONYMOS, quasi boni nominis per Antiphrasin; unde quædam Exemplaria habent *Anonymos*, vide *Anonymus*, ex εὖ bene, & ὄνομα nomeu. B. **Papenhout.** G. Spindel-baum. Gall. *Fusin*, *Bonnet de Prestre.* A. Spindel tree, or Prickwood.

EUOSMA, idem quod *Euodes.*

EUPATORIUM, nomen volunt inveniſſe a Rege Eupatore, qui illam herbam primus invenit. Sed fortè ſic dicitur, quod Hepatis morbis medeatur, unde *Hepatorium* quoque appellatur, & tum derivatur ab εὖ bene & ἧπαρ Hepar. B. **Boelkens-kruid/ Koninginnen-kruid.** G. Waſſer-doſt / Kunigund-kraut / Hirtz-guntzel / Alb-kraut / Hirtzen-klee / ondermennig. Gall. *Aigremoine*, *Eupatorie.* A. Eupatory, or Agrimony.

EUPATHIA, ſeu EUPHORIA, eſt affectio, quæ facile fertur, ex εὖ bene, & πάθος affectus, cui opponitur *Dyſpathia*, vide ſuo loco.

EUPEPSIA, cui opponitur *Dyſpepſia.* Eſt coctio ventriculi facilis, unde alimenta dicuntur *Eupepta*, quæ facile in ventriculo diſſolvuntur, ex εὖ bene, & πέσσω coquo. B. **Een goede kokting.** G. Gute verdawung. Gall. *Un bone coction.* A. A good digeſtion.

EUPHORBIUM, eſt gummi concretum acerrimum, ex ſauciata herba ejuſdem nominis extractum. Naſcitur in modum ac ſi ſingula folia repræſentarent aculeatos cucumeres; totum enim folium ſpinis albis obſitum eſt ita ut manibus prehendi abſque læſura non poſſit: Plantam hanc hic Amſtelodami viventem vidi. Gummi igitur ex inciſis foliis emanans ſole induratur, illud debet eſſe purum, aliquando & ſpinas aliaſque feſtucas admixtas habet, flaveſcit aliquomodo, aliquando albeſcit. Admodum & naribus & linguæ acre eſt, & vehementer alvum ducit. Venit ex Lybia, Mauritania, Peru &c. nomen adinvenit primum Juba Lybiæ Rex in monte Atlante ultra Herculis columnas, appellavitque *Euphorbium* Medici ſui nomine, & Fratris Muſæ, à quo divus Auguſtus fuit conſervatus. Facile quoque nomen diduci poſſet ab εὐφορέω, modo facile

ferri

ferri tolerariqne poſſet, eſt enim vehemens Cathartícum.

EUPHORIA, idem quod *Eupathia*, ab εὐφορέω facile tolero. B. **Een makkelyk verdzag.**

EUPHRAGIA, EUPHRASIA, vel EUFRASIA, ſic ejus nomen à Græcæ linguæ imperitis Pharmacopolis depravatum eſt, cum olim εὐφροσύνη dicta ſit, quod nimirum oculos, quorum caliginem diſcutit, delectet, ex εὖ bene, & εὐφρὼν lætus. Hinc quoque *Ophthalmica* vocatur. B. **Oogen-trooſt/ klaar-oog.** G. Augen-troſt. Gall. *Euphraſe*. A. Eyebright.

EUPHROSYNE, idem quod *Euphragia*.

EUPNOEA, eſt reſpiratio probe conſtituta ſive reſpirandi facilitas, ab εὖ bene, & πνέω ſpiro. B. **Een makkelyk ademing.** G. Leichte athem. Gall. *Reſpiration facile*. A. An Eaſy breathing.

EUPORIA, eſt Medicamentorum præparandi facilitas, vel eorum operationis promptitudo, ex εὖ bene & πορεύω gradior. B. **Daardige Medicyne.** G. Bewährte artzney. Gall. *Une Medicine eprouvée*.

EURHYTHMUS, eſt pulſus in homine ſano, Rhythmum ſeu ordinem benè ſervans, ex εὖ benè & ῥυθμὸς modulus. B. **Ordentelyke pols.** G. Ordentlicher puls-ſchlag. Gall. *Le Puls ordinate*. A. An Orderly Pulſe.

EUSARCOS, Gr. εὔσαρκος, bene carnoſus, ſeu toroſus, ſive quadratus, ab εὖ bene, & σὰρξ caro. B. **Wel in 't vleeſ.** G. Voll mit fleiſch. Gall. *Bien Charnu*. A. Fleshy.

EUSEMIA, eſt bonorum ſignorum præſentia, ab εὖ bene, & σῆμα ſignum. B. **Een goed teiken.** G. Ein Gut zeichen. Gall. *Un bon Signe*. A. A good ſign.

EUSITIA, eſt bonus appetitus, ab εὖ bene, & σιτέω alo, nutrio, paſco, ſagino. B. **Goeden appetyt.** G. Gut Appetit. Gall. *Bon appetit*. A. A Good appetite.

EUSPLANCHNOS, eſt is qui optima & robuſta habet viſcera, ab εὖ bene, & σπλάγχνον viſcus. B. **Die goede-ingewanden heeft.**

EUSTOMACHUS, eſt bene conſtitutus ſtomachus: item cibus ſtomacho conveniens, ab εὖ bene, & στόμαχος ſiniſtrum ventriculi orificium. Quod & pro toto ventriculo ſæpe ſumitur. B. **Een goede maag.** G. Ein Guter magen. Gall. *Un bone Eſtomac*. A. A good ſtomack.

EUTHANASIA, eſt facilis & levis ſine convulſionibus dolo-

dolorificis mors, ex εὖ bene, & θάνατος mors. B. **Een gemakkelyke dood.**

EUTHYPOROS, est rectus incessus, ab εὐθὺς rectus, & πορεύω incedo.

EUTHROPHIA, est recta corporis nutritio, ab εὖ bene, & τροφὴ alimentum.

EUTOCOS, seu FÆCUNDA, quæ benè gerit, & facile parturit, ab εὖ bene, & τόκος fœtus, à τίκτω pario.

EUTONOS, qui firmus est, & debitum membrorum tenorem habet, ab εὖ bene, & τόνος tensio, à τείνω tendo.

EUTROPHIA, est optima nutritio, ab εὖ bene, & τρέφω nutrio. B. **Een goede voeding.** G. Das Gedeyen/ Zunehmen. Gall. *Une bonne nutrition.* A. A good nourishment.

EXACERBATIO, idem quod *Paroxysmus.*

EXÆRESIS, est extractio rerum è corpore nostro, quæ ei nocebant, ab ἐξ ex & αἴρω, traho, damno. B. **Uithaling.** G. Außziehung. Gall. & A. *Extraction.*

EXAGIUM, est Veterum pondus scrupulos quatuor pendens.

EXALTATIO, Gr. Μετεωρισμὸς seu SUBLIMATIO, est operatio, qua res affectionibus mutata, ad altiorem substantiæ & virtutis dignitatem perducitur; vel est subtilisatio, res sensim dissolvendo, in puriorem & majorem virtutis suæ gradum transponens, & fit circulatione, ablutione, vel fermentatione. B. **Opheffing/ verhooging.** G. Erhöhung/ verbesserung. Gall. & A. *Exaltation.*

EXAMBLOSIS, idem quod *Abortus.* Gr. Ἐξάμβλωσις & Ἐξάμβλωμα, ab ἐξ ex & ἄμβλωσις Abortus.

EXANASTOMOSIS, est osculorum, sive extremitatum vasorum apertio, ab ἐξ ex, & ἀναστομόω aperio, relaxo. B. **Opening der monden der vaten.**

EXANTHEMA, est EFFLORESCENTIA, seu EFFLORATIO quædam super cutem apparens instar earum, quæ etiam in totius corporis cute apparent, à *Sennerto* dupliciter describitur; unum est quod colorem cutis saltem mutat, ut fit in febribus petechialibus, morbillis, maculis scorbuticis, hepaticis, lentigine &c. alterum in quo tubercula quædam in cute erumpunt quæ papillarum nomine venire solent, ut variolæ, papulæ, pustulæ &c. ab ἐξανθέω effloresco. B. **Uitbottende blaskie/ Puiste.** G. Blätern/ Bocken. Gall. *Exanthema, Efflorescence.* A. A pheale or pash.

EXAR-

EXARTHREMA, idem quod *Luxatio*, ab ἐξαρθρέω, ex artubus sum dimotus. B. Ontlid. G. Verrenckung. Gall. & Angl. *Luxation.*

EXARTICULATIO, Idem quod *Luxatio.*

EXCATHISMA seu SEMICUPIUM, est balneum ex aqua calida.

EXCIDENTIA, sive ECPTOSIS, Idem quod *Luxatio.*

EXCEPTIO, est incorporatio aut permixtio pulverum siccorum cum humiditate quapiam; hoc pacto *Electuaria* conficiuntur, cum melle aut syrupo pulveres & pulpæ excipiuntur: & pulveres pilularum cum syrupo, melle, vino, aut succo.

EXCIPULUM CHYMICUM, vide *Receptaculum Chymicum.*

EXCISIO, sive ECCOPE, idem quod *Extirpatio.*

EXCIPULUM, idem quod *Recipiens.*

EXCORIATIO, idem quod *Darsis.*

EXCORTICATIO, est corticis exterioris denudatio, quod usitatum est circa radices, fructus, semina &c. B. Een ontbasting. G. Abschelung der rinde. Gall. *l'Ecorcement.* A. A peling away of the bark.

EXCREMENTUM, Gr. Διαχώρημα, Περίττωμα, notat omne quicquid ab alimentis post coctionem separatum, è corpore est secernendum, ut saliva, sputum, mucus, lac, bilis, sudor, aurium sordes, alvi & vesicæ excrementa &c. B. Uitdrygzels/ Drek. G. Unflat/ Koth. Gall. *Excrement, l'Ordure du corps.* A. The Offall, the refuse of any thing or excrements.

EXCRESCENTIA, idem quod *Hypersarcosis.*

EXCRETIO, Gr. Διαχώρησις, est actio excernendi. Vide *Excrementum.*

EXELCISMUS, est ossium à superficie in profunditatem deductio, ab ἐξέλκω extraho. B. Indrukkinge des beens. G. Einfallen der beinen. Gall. *Impression de l'os.*

EXERCITATIO, est motus corporis humani vehemens & voluntarius, cum anhelitu alterato, vel sanitatis tuendæ, vel habitus boni comparandæ gratiâ factus. Gr. Ἄσκησις, Ἄσκημα, Γυμνάσιον. B. Oefening. G. Ubung. Gall. *Exercitation, Exercice.* A. Exercise.

EXERCITIUM, est motus, quo corpus sanitatis gratiâ exer-

exercetur & movetur, eſtque *triplex*. 1. Quod tantum ab aliis fit, ut in equitatione, navigatione, & curru. 2. Partim ab aliis & ſemetipſis, ut in gladiatoribus & luxatoribus. 3. A ſemetipſis tantum, ut in ambulatione & pila, omnium optimè quod fit pila parva, vulgo **palletten**. *Exercitium* ſeu finis illius iterum triplex eſt; vel ad calorem, vel ad ſudorem, vel ad anhelitum, & hoc ſufficit. B. **Een oefening**. G. Ein übung. Gall. *Exercice*. A. Exerciſe.

EXHALATIO. Gr. Ἀναθυμίασις. Idem quod *Evaporatio*.

EXINANITIO. Gr. Κένωσις. Idem quod *Evacuatio*.

EXISCIOS, eſt, quando os femoris luxatum eſt. Unde & illi, quibus nates rotundæ exſtant & coxa eminet, dicuntur Ἐξίσχιοι, ab ἐξ ex, & ἴσχιον coxa. B. **Manck/heupontwrigting**. G. Verrenckung der hüfft. Gall. *Luxation de la hancke*. A. A Luxation of the thigh bone.

EXOMPHALOS, eſt umbilici protuberantia, infantibus frequens, ab ἐξ ex, & ὀμφαλὸς umbilicus. B. **Uitbulting des Navels**. G. Das herauß wachſen des Nabels. Gall. *Protuberance de nombril*. A. Protuberance of the Navel.

EXOPHTHALMIA, eſt oculi extra ordinarium ſitum protuberantia, ab ἐκ ex, & ὀφθαλμὸς oculus. B. **Een uitpuilinge der Oogen**. G. Das herauß wachſen der augen. Gall. *Protuberance des yeux*. A. A Protuberance of the eyes.

EXOSTOSIS, eſt oſſium extuberantia & excreſcentia, ſeu oſſium tubera, & eminentiæ inordinatæ à Lue venerea aut alias, ab ἐξ ex, & ὀστέον os. B. **Uitwaſſing des beens/been-knobbels**. G. Uberbein/ außwaſchen der beinen. Gall. *Extuberance de l'Os*. A. A Extuberance of the bones.

EXPLORATORIUM, idem quod *Specillum*.

EXPLOSIO, eſt actio ſpirituum, qua nervi deſubito contrahuntur: Cauſa eſt quando ſpiritibus animalibus particulæ heterogeneæ accreſcunt, vel in confuſionem aguntur. Item, operatio quædam Chymica, qua res accenſæ ſubito inflammantur, ut fit, ſi cum nitro accendatur Antimonii pulvis. B. **Ontploffing**. G. Das rauſchen/Getöſs. Gall. & A. *Exploſion*.

EXPRESSIO ab EXPRIMERE, eſt, quando amygdala, aliave ſemina pinguia poſt debitam contuſionem, aut decocta, aut herbæ tuſæ ob olea aut ſuccum prælo exprimuntur.

EXPULSIO, idem quod *Expultrix vis*.

EXPULTRIX VIS, sive facultas, Antiquis dicebatur illa actio seu facultas, quâ excrementa excernebantur, sed non necesse est ad cæcas vires confugere, cum scimus ea omnia à spiritibus animalibus fieri, motu scilicet peristaltico.

EXSOLUTIO, idem quod *Eclysis*.

EXSPIRATIO, seu ECPNEUMATOSIS, est thoracis alterna contractio, qua aër per asperam arteriam, una cum vaporibus fuligineis ejicitur: causa videtur consistere non in thoracis contractione, sed in relaxatione tunicæ faucium & asperæ arteriæ, qua etiam os & nares investiuntur, ejus enim motu sublato tollitur motus abdominis & thoracis. B. **Uitademing.** G. Die Auſsblaſung. Gall. *Expiration.* A. Exspiration.

EXSTASIS, est judicii & imaginationis depravatio, maniacis & melancholicis familiaris, ab ἐξ ex, & ἵστημι statuo.

EXSUCCATIO, idem quod *Ecchymoma.*

EXSUDATIO, idem quod *Ephidrosis.*

EXSUFFLATIO, idem quod *Ecphysesis.*

EXTA, Gr. Σπλάγχνα, idem quod *Viscera.*

EXTASIS, idem quod *Exstasis.*

EXTENSIO, idem quod *Anatasis.*

EXTENUATIO, est totius corporis macritudo. Gr. Λεπτυσμὸς, & Λεπτώσις. B. **Vermagering.** G. Magerheit/ Oder mager werden. Gall. *Maigretè*, *Maigreur.* A. Leanesse.

EXTERGENTIA, idem quod *Abstergentia.*

EXTINCTIO, dicitur de lapidibus, v. g. Crystallis, silicibus &c. toties candefactis totiesque aquâ extinctis, usque dum evaserint friabiles: ac interdum metalla ignita liquore aliquo extinguuntur, ut hic earum vitium participet. Ferrum aquâ, Aurumve vino extinctum, cujusmodi extinctiones crebrò in usum Medicum adhibentur. *Extinguere* etiam est, quando argentum vivum terebinthina, aliove liquido ita involvitur, ut ne micula ejus amplius conspici possit. B. **Uitblutſung.** G. Auſslescḥung. Gall. *Eteignement.* A. Quenching.

EXTIRPATIO, est partis propter sphacelum, cancrum &c. abscissio. Præstat, duorum, trium, pluriumve digitorum spatio ab articulo, excisionem fieri, nisi mortificatio se extenderit ad brachii aut femoris superiora, hic enim ar-

ticulum ipsum eligere cogimur. Certior est ablatio in parte sana, majori licet cum dolore. Gr. Ἀποκοπὴ, & Ἐκτομὴ. B. **Exstirpatie / affettinge.** G. Abschneidung. Gall. *Extirpation.* A. An Extirpation.

EXTRACTIO, ab EXTRAHERE, est resolutio, qua corporis mixti partes subtiliores à crassioribus segregantur: Ex. gr. quando mediante spiritu vini vires ex quocunque Medicamento extrahuntur, tunc illud, quod post menstrui evaporationem relinquitur, vocatur *Extractum.* B. **Een uitreckinge.** G. Auß-ziehung. Gall. *Extraction.* A. An Extract. Gr. Ἐκχύλωσις, Ἐκχύλωμα. Chirurgicè quoque sumitur pro extractione rei è corpore humana, e. g. dentis, calculi, polypi, globuli plumbei &c.

EXTRACTUM, Gr. Ὄπις, unde *Opium* & Ἐκχύλωμα, est purum, sincerum & efficax illud, quod à partibus minus efficacioribus, mediante liquore, segregatum & ad justam consistentiam inspissatum est. B. **Een uitreckzel.** G. Daß außgezogen ist. Gall. *Extract.* A. An Extract.

EXTUBERATIO, idem quod *Apophysis.*

EXULCERATIO, Gr. Ἕλκωμα, Ἕλκωσις, est solutio continui, à materia erodente originem trahens, in mollibus corporis partibus, cum imminuta magnitudine. Differt ab abscessu, quod abscessus producitur per se. Exulceratio item est magna, parva, lata, brevis, angusta, recta, transversa, sinuosa, æqualis, inæqualis, profunda &c. B. **Een verzweringe.** G. Verwundung / verkehrung der haut. Gall. *Exulceration, Blessure, Etameure de la peau.* A. An Exulceration.

EXUMBILICATIO, est *Hernia Umbilicalis*, seu Umbilici procidentia. Idem quod *Exomphalos.*

EXUSTIO, est, quando quis ab igne læsus fuerit. Estque triplex; *prima* lædit cuticulam, & cum vesiculis aquosis elevatur; *Secunda* ipsam quoque cutim; *tertia* partes etiam cuti subjectas. Gr. Ἔγκαυσις. Illa *Exustio* sæpe studio & arte Chirurgica fit, ope cauteriorum candentium. B. **Brandinge.** G. Brand / brunst / Verbrennen. Gall. *Brustement, Brusture.* A. A Burning.

EZULA, vide *Esula.*

F.

F. Significat in fine formularum *Fiat*, E. gr.

℞. Sp. ſal. armon.
Tinct. aromat. ãã Drachmam unam.
F. hoc eſt *Fiat*, mixtum.

F. L. A. Eſt Fiat Lege Artis.

F. S. A. Eſt Fiat ſecundum Artem.

FABA, Gr. Κύαμος, & Φάσηλος, à Faliſcis hoc vocabulum Latinis una immutata litera, dicebant enim *Habam*, quam Latini *Fabam*, propter literarum cognominationem *F.* & *H.*

FABARIA, ſic appellatur Telephii quædam ſpecies, idque à foliorum figura & craſſitie à faba. Vide *Telephium.*

FACIES, VULTUS, Gr. Πρόσωπον. Anterior capitis pars non capillata, continens oculos, naſum, os, labia, mentum, genas, frontem &c. B. Het aangeſigt. G. Daß Angeſicht / Antlitz. Gall. *La Face*, *La Viſagie*. A. The Face, The Viſage.

FACIES HIPPOCRATICA, dicitur, quando nares acutæ ſunt, oculi concavi, tempora collapſa auriculæ, frigidæ & contractæ, auriumque lobi inverſi, quin cutis, circa frontem dura, tum circumtenta & arida, color totius faciei pallidus, lividus, plumbeus aut niger. B. Een Hippocraats weſen. G. Bleiche farbe / übel außſehen. Gall. *Le Face*, vel *la viſagie d'Hippocrate*. A. The Face, or Viſag of Hippocrates.

FACULTAS, ſive Δύναμις, aut *Vis*, eſt actio quæ ab homine, vel ſolo corpore, vel corpore & mente, peragitur. Facultates dicuntur vel *Naturales*, quæ à cerebello dependent: vel *Animales* quæ à cerebro ipſo. A Veteribus triplex conſtituitur facultas, *Naturalis*, *Vitalis*, *Animalis*. Vitalis enim pertinet ad naturalem. Sed quia natura non datur, etiam ei nulla attribuetur facultas. B. Magt / kragt. G. Macht / vermögen. Gall. *Faculté*, *Pouvoir*, *Puiſſance*. A. Faculty, power.

FÆCES, ſunt impuritates graves & rudes liquorum, quæ ſubſidendo ſeſe à tenui liquore ſeparant. Vide *Excrementa.*

FÆCULA, vide *Fecula.*

FÆX, vel FÆCES, sunt reliquiæ, quæ post fermentationem deponuntur. Subsidentia item est liquorum, spissitudinem habentium, ex quorum specie habentur fæculæ. B. **Gist / evel / dzoesem / grond-sop / onsuiverheid.** G. Trusen / hesen. Gall. *Lie Fondrille.* The Dreggs, lees or groundes.

FAGITRITICUM, & FAGOTRITICUM, idem quod *Fagopyrum.*

FAGOPYRUM, est frumenti species, sic dicta à seminis figurâ, quod Faginam glandem, figura triquetra, & colore sordido, quodammodo refert, licet quantitate multo minus: est enim vox ex Latino nomine Fagus, & Gr. πυρὸς Triticum, Frumentum, composita: hinc loco πυρὸς dicitur *Fagotriticum*, vel appellatur *Fegopyrum*, φηγὸς enim arbor glandifera est. B. **Boeks-weit.** G. Heyden-korn. Gall. *Bled saracin*, *Dragee aux Pourceaux.* A. Buck-wheat.

FAGUS, est arbor glandifera. Gr. φηγὸς, ita dicta ἀπὸ τῦ φάγειν, à comedendo, quod ante inventas fruges (ut fabulantur Poëtæ) homines ejus arboris glandibus solebant victitare. B. **Beuken-boom.** G. Buch-baum / Buche. Gall. *Feine*, *Fan*, *Fouteau*, A. Beech.

FALX, est duræ meningis duplicatio, falcem referens, inferius sinui tertio annexam, qua cerebrum in dextrum & sinistrum hemisphærium dividitur. B. **De Sikkel.** G. Ein Sichel. Gall. *Faux*, *Faucille.* A. a Sickle.

FAMES, dicitur *Ordinaria* sive *Sana*, quæ est alimentorum appetitus, quo animal à vellicatione nervi paris vagi, & intercostalis in ventriculo, ab humore acido, per arterias cœliacas vel tunicam glanduloſam delato, excitatum, cibum sibi ut ejus remedium appetit, vel est præter ordinem vel præter sanitatem, quæ est depravata, ut *Pica*, *Malacia*, *Canina*, *Bovina*, *Abolita* &c. Gr. Λιμὸς, Πεῖνη. B. **Honger.** G. Hunger. Gall. *Faim*, *Famine.* A. a Famine, Hunger.

FAMES CANINA, vide *Cynodes Orexis.*

FARCIMINALIS TUNICA, idem quod *Allantoides.*

FARFARA, est Tussilago seu Ungula caballina, dicta Gr. Βήχιον, sic appellatur, quod ejus folia Populi albæ, seu Farfari foliis similia sint: hinc etiam *Populago* vocatur. Vide *Tussilago.*

FAR-

FARFARUS, eſt Populus alba, an à farre, farinæ ſpecies? an à Sabinorum flumine *Farfarus* dictus?

FARINA, eſt pulvis molendo contritus, uti Farina lini, althææ, iridis, orobi, hordei &c. quæ uſum in Medicina habet. Gr. Ἄλφιτον, Ἄλευρον. G. Mehl. Gall. *Farine*. A. Meal.

FASCIA, *Faſciculа* Ciceroni, *Anadeſmos* apud *Herotianum*, Τελαμὼν, Παραιρήματα *Thucydidi*, Λαμπάδιον *Suidæ*, Ἀνάδεσμος, Ἐπίδεσμον, Σπεῖρα, Ὄφιον, Τελαμὼν, Σινδονίτης *Polluci*. Eſt vinculum longum, & mediocriter latum, ad uſus Chirurgicos idoneum: Faſciæ ſunt glomeratæ, longæ & æqualiter latæ, in orbem convolutæ: aliæ ſciſſæ, quæ uno quidem conſtant linteo, ſed eo vel extremis vel mediis partibus ſciſſo: aliæ aſſutæ, quæ ex faſciis & habenis in varia capita deſinentibus, & varias faſcias referentibus, conſtant. Longitudine etiam differunt, quod aliæ ſint longiores, aliæ breviores; ita & de latitudine ſe res habet. B. **Een wintzel**. Ligatura ſi fuerit octodecim capitum, dicitur **de boerwijſe Ligatuur**. G. Eine binden/ windel. Gall. *Bande*, *Doloire*, *le Mouſſe*, *le Renverſe*, *le Rampant*, *Bandetête*. A. a Swadling-band.

FASCIA LATA & FASCIALIS MUSCULUS, vide *Membranoſus Muſculus*.

FASCIA LATA, eſt lumbricus inteſtinalis, ulnarum trium aut quatuor longitudine, teres & albicans. B. **Windel-wozm/ Swagtel-wozm**. G. Ein Bindel-wurm.

FASCIATIO, eſt quædam faſciarum, circa membrum curandum, circumductio & convolutio. B. **Een windinge**. G. Das wickelen/ winden. Gall. *Bandage*, *Bandement*. A. a Winding or binding-up.

FASCICULUS, vide *Manipulus*.

FASELUS, vide *Phaſeolus*.

FASTIDIUM CIBI, idem quod *Anorexia*.

FAUCUS & FRUMEN, idem quod *Pharynx*. B. **De Gacchen/ Houwen**. G. Speiß röhre.

FAVUS, vide in *Achor*, Gr. Κηρία.

FEBRIFUGUM, Gr. Ἀντιπυρετικὸν, Remedium adverſus febris inſultus. B. **Middelen tegens de Koorts**. G. Artzney gegen das Fieber. Gall. *Remède contre la Fievre*. A. a Remedy againſt a Feaver.

FEBRIS, Gr. Πυρετὸς, eſt motus cordis, arteriarum & venarum convulſivus, cum aliarum partium variis ſympto-

matibus; esse convulsionem, docent omnia symptomata, ut rigor, horror, quibus accedunt frigus, vomitus, cordis tremor &c. plerumque cum frigore incipit, & remittentibus omnibus in calorem, & sæpe sudorem desinit. Variæ licet dentur febrium species, ut Diaria, Intermittentes Quotidianæ, Tertianæ, Quartanæ, & ejusdem sortis Remittentes, Erraticæ, Continuæ symptomaticæ, &c. Unica tamen est febris, cujus species prætensæ gradibus ut magis, & minus ab invicem tantum differunt. B. De Koorts. G. Das Kalte/ der Frörer. Gall. *La Fiévre*. A. An Ague, a Feaver. G. Febrem Erraticam vocant Unbeständige Fieber. Febris intermittens. B. Gaande en komende Koorts. G. Kalte-wehe / Fieber das da ablässet und eine Zeitlang innehält. Gall. *Fiévre intermittente*. A. Intermittent Feaver. Febris continua. B. Een gedurige Koorts. G. Ein stät unauffhörendes Fieber. Gall. *Fiévre continuë*, *Continuelle*. A. Continual Feaver. Febris quotidiana. B. Dageliksche Koorts. G. Das tägliche Fieber. Gall. *Fiévre quotidiene*. Tertiana Febris. B. d'Anderendaagse Koorts. G. Dreytägliche Fieber. Gall. *Fiévre tierce*. Febris Quartana. B. Derdendaagse Koorts. G. Viertägliche Fieber. Gall. *Fiévre quarte*. A. a Tertian Feaver, or quartan ague. Ephemera. B. Eendaagse Koorts. G. Das tägliche Fieber. Gall. *Ephemere*, *Fiévre Journaliere*. A. The Ephemere Feaver.

Febris Ungarica Theriodes, seu Lues Pannoniæ, vulgo *Cerebri vermis*. Iste morbus à *Schenkio* descriptus. Erat morbus castrensis, circa tertiam vel quartam à meridie horam invadebat, ejusque ἐπίτασις cum levi rigore, qui frigus potius vel superficiarium horrorem, quam rigorem præ se ferret, observabatur. Post horulæ dodrantem æstus illum excepit, qui noctes & dies sequentes adsiduè excruciatos detinuit. Conquerebantur de capitis dolore, imo & molestia erat circa entiformem cartilaginem & durities, & si summis digitis illum locum attigisset, præ dolore ejulabant. Ab initio sitis adeo intensa, ut vel urnis non esset extinguibilis. Postridie vel ad summum tertio die deliria ingruebant, ita tamen, quod inter delirandum, dum sibimet non constarent, Sermones tamen incompositos quisque de sua arte, quæstu, aut genere vitæ plerunque haberet. Exacerbationes circa vesperum: per noctem recrudescebat morbus; lingua torrida, labia fissa, quibusdam sputum sanguinis. Nonnulli diarrhæa laborabant,

bant, alii ſanguinem coagulatum, alii loturæ carnis inſtar dejiciebant; quidam colici erant, vel lateralis dolor eos vexabat. Plurimis ſurditates oboriebantur, parotides frequentes. Erant qui paralyſin paſſi, tuberculum, ſed peſſimum, in pedis dorſo accipiebant, adeo ut nonnullis crure tenus pedes ſint amputati. Vini potatores interiere. Papulæ ſive punctiuræ pulicum morſulis ſimiles omnibus æquidem fuerunt, latiores aliis, minores aliis, univerſum corpus quibuſdam, majore tamen ex parte regionem thoracis & dorſum circa ſpinalem medullam occupantes, quamvis frequentes juxta ſcapulas & in brachiis apparerent, coloris ſaturi plerumque, niſi in morituris quibuſdam in lividum & atrum tendebant. B. **Ungerſe Peſt.** G. Ungerſche ſichte. Gall. *Peſtilence de Hongerie.* A. Peſtilence of Hungary.

FECULA & FÆCULA, Gr. Τρύξ, Fæcis ſpecies eſt; ſed Feculæ dicuntur eſſe pulveres in certis vegetabilium expreſſionibus, ſubſidentes, ut Fecula Bryoniæ, Aronis &c. Species eſt amyli. B. **Neerſaltſel.** G. Truſen/ das dicke und trube auff den grund. Gall. *Les Lies.* A. The Lees.

FEGOPYRUM, idem quod *Fagopyrum.*

FEL, idem quod *Bilis.*

FEMEN, vide *Femur.*

FEMUR, FEMEN, Gr. Μηρὸς, eſt ſuperior pars pedis à natibus uſque ad genu, à ferendo dicitur, eo quod animal ferat & ſuſtineat, unico oſſe, ſed maximo conſtat & longiſſimo totius corporis, cujus pars antica & externa magis gibba, interna & poſtica magis ſima. *Femen* volunt Grammatici interiorem, carnoſioremque pulpam eſſe; *Femur* vero anteriorem & adverſo homini propiorem. B. **Het dye-been.** G. Der ſchenckel. Gall. *Le Femur, La Cuiſſe.* A. The Tingh. *Femen.* B. **Het inwerſche deel der dye.** G. Das inwendig am obern Schenckel. Gall. *Le dedans de la Cuiſſe.* A. The inner part of the thigh.

FENESTRA, Gr. Θυρὶς, in concha auris duo habentur Foramina, ſtatim poſt tympanum occurrentia, unum dicitur *Ovale*, alterum vero *Rotundum.* B. **Een Venſter.** G. Ein Fenſter. Gall. *Feneſtre.* A. A Window.

FERMENTATIO, definitur, quod ſit inteſtinus particularum, ſeu principiorum cujuſvis corporis, cum tendentia ad perfectionem vel ad mutationem in aliud, motus. Et ea fit vel *per ſe*, quæ ſua ſponte concitatur, ut in actionibus ſpontaneis; vel *arte*, quando rebus fermentandis aliquid additur,

ditur, ut in pane, aliisque videre est. *Fermentatio* non fit subito uti in effervescentiis, sed lentè, quia acidum & alcali ab aliis oleosis particulis detinetur, ideoque lentè peragitur. B. **Gestinge / Rijsinge**, G. Das Säwern / brausen / Vergöhren, Gall. *Fermentation*. A. A fermentation.

FERRUM EQUINUM, est Leguminis minoris species, sic dicta, quod creditur, si equi eam calcent, ungulas ferreas decidere: sed hoc, experientiâ teste, verum non est, sed alii dictum volunt, quod ejus semen soleam equi ferream referat. B. **Paards-yser**.

FERULA, dici volunt à Promethei furto: quem Poëtæ fingunt, Minervæ auxilio fretum, ascendisse cœlum, ibique Ferula ad currum solis admota, ignem rursus in terras detulisse; vel quod ignem Jovi furto abstulerit. Potius *Ferula* à ferendo commodius dici potest, quod scapi illius pedamenta fruticibus & senibus baculi ac scipiones essent; vel à feriendo, quia ejus ope puerorum in scholis manus feriuntur. Herba est ex quo *Sagapenum* colligitur. Sed Ferulæ ad artem quoque chirurgicam pertinent, suntque assulæ leves, quæ ad locorum ingenium materiam nactæ fuerunt diversam, ex arborum nimirum corticibus, vel cortice herbæ Ferulæ, unde nomen acceperunt; conficiuntur item ex ligno abietino, capsulis, papyro conglutinata vel corio, quæ ossibus solutis & luxatis, postquam restituta fuerunt, adaptari solent. Gr. Νάρθηξ. B. **Spallien**. G. Die Bien schienen. Gall. *Carton, Atelle, Tablète du bois legere*. A. Tablet of light wood.

FERULAGO, idem quod *Ferula*.

FESTUCA, Gr. Αἰγίλωψ, frumenti species, an quia festinanter proveniat?

FIBRA AURIS, idem quod *Lobus auris*.

FIBRÆ, id est Filamenta sive Villi. 1. Sunt veluti stamina rebus nonnullis intertexta, v. g. arboribus, foliis &c. 2. Sunt capillamenta extrinsecus adnascentia, ex. gr. radicibus &c. B. **Veselen / Haartjes / Draadjes**. G. Härlein / Fäsemlen, Gall. *Filets, Cheveux*. A. Small sproutslike hairs vel.

FIBRÆ, sunt vascula teretia & tenuia: suntque musculosæ vel nervosæ; fibræ *Nervosæ* sunt, quæ nullis valvulis donantur, per quas ex nervis ad partes commodè spiritus fluunt; *Musculosæ* vero fibræ sanguinem ab arteriis recipiunt,

piunt, seseque in venas exonerant, & valvulas plurimas habent, à situ dicuntur longæ, rotundæ, vel obliquæ: stamina nonnulla arboribus foliisque intertexta fibrarum etiam nomine veniunt; sic etiam filamenta radicibus adhærentia dicuntur. Gr. Ἴν Gen. ἰνὸς, Λοβὸς. B. **Veselen.** G. Fäselein. Gall. *Filaments.* A. Sprouts, filets.

FIBRILLÆ; sunt minutissima stamina ex quibus Fibræ constant, & si tamen non videantur esse vascula, revera sunt, si microscopio bene intuearis. B. **Veseltjes.** G. Zäserlein / die fäselein. Gall. *Filaments.* A. Sprouts, filets.

FIBULA, Gr. Ἀγκτὴρ. Fit & fibularum apud Antiquos mentio. Si enim in carne, ut *Celsus* scribit, vulnus est, hiatque, neque in unum facile oræ attrahuntur, sutura quidem aliena est, imponendæ vero fibulæ sunt, Ἀγκτῆρας Græci nominant, quæ oras paulum tantum contrahant, quo minus lata postea cicatrix fit. Et cum notissimus fuerit modus uniendi vulneris oras per fibulas, factum, ut fibularum nec materia nec forma satis ab Antiquis descripta sit. *Guido* factas fuisse fibulas scribit è ferreis quasi circulis aut semicirculis ab utraque parte recurvis, quorum hami labris vulneris utrinque infixi sibi ad amussim respondebant, verum cum hoc modo infigere & infixos tenere ejusmodi hamos in carne sentiente & cute nihil aliud fuisset, quam tot aculeos pungentes cum intolerabili dolore ibi servare, non est credibile Antiquos per fibulas tale instrumentum ferreum cuti infixum summos dolores excitans intelligere. Probabilior est *G. Fallopii* opinio, quæ docet esse suturam actualem cum acu, quæ hodie est frequentissima, qua ambo labia vulneris acu filum duplicatum trahente trajiciuntur, & super vulnus tribus involutionibus ambo fili capita colliguntur, & in nodum nectuntur. Sequentia scribit *Sanctorius:* de fibulis non est quod multa dicamus, cum earum usus fermè extinctus sit, & licet hæ ab Antiquis non describantur, non ob id tamen quomodo his uti possimus, tradere non desistunt, ut falso *Argenterius* arbitratur. Erat enim nota non tantum apud Medicos earum forma, sed & apud quosdam Veteres, quandoquidem in vulneribus fibulæ ex acia molli non nimis torta, ut & suturæ conficiebantur, ut *Corn. Celsus* conscripsit. Siquidem Chirurgi illi ab uno latere vulneris semicirculum quendam ex *acia*, quem vulgo *Asola*, hi vero fibulam nuncupabant; deinde utrum-

que acia alligabant, tum ut labia illa attracta ob vulneris latitudinem magnitudinemque fortius alligarentur, tum ut sanies liberius percolari posset. Quibusdam *Acia*, *Vinculum*, *Ligatura*, *Colligatio*, *Obligatio*, *Ligamentum*, Δεσμὸς &c. vocatur, qui plura desiderat, adeat incomparabilem virum *J. Rhodium*, de Acia dissertantem. B. **Gespe.** G. Eine spange/ hafft/ häfftlein. Gall. *Coucle*, *Agraffe*. A. A Buckle vel Clasp vel Clasp.

FIBULA, sive os tibiæ minus, *Celso Sura*: *Hippocratis & Galeni* temporibus usque ad *J. Pollucis* ætatem Πῆχυν nominabatur, à similitudine ferramentorum, quibus trabes in ædificiis combinantur; etiam *Hippocrati* aliquoties brachii radius. Fibula in modum tibiæ musculos conjungere videtur; est os posterius inter femur & tarsum, tibia tenuius, eique extrinsecus attensum, ut radius cubito. Parte superiore caput ejus rotundum genu non attingit, sed infra subsistit: At parte inferiore, infra tibiam pergit, ideoque æquè longum os est atque tibia: in medio ab invicem dehiscunt tibia & fibula, ob musculos pedis ibi locatos, quo intervallo ligamentum tenue & latum, secundum longitudinem hæc ossa jungit. Committitur etiam tibiæ ligamento communi superius & inferius. Inferius caput in acutum tendens, appendicem habet, quæ crassescens, gignit processum, dictum *Malleolum externum*, protuberantem illum locum externum, excarnem ad pedem, interno humiliorem. B. **Het kuit-been.** G. Waden-bein / die Röhre im untern schenckel. Gall. *l'Os de le gras de la jambe*. A. The lesser and outer bone of the leg.

FICUS, Gr. Σῦκον & Σῦκη, hinc mutato οῦ in Fi, facile Ficus resultare videtur, fructus est satis notus; verum à similitudine dicuntur quoque excrescentiæ circa anum aliasque partes, similitudinem ficuum habentes. Si thymi multum excrescant, ficus seu sycoses appellantur. Nominantur & *Mariscæ*, *Sycosis* & *Sycoma*. B. **Vyg-werten.** G. Feigen Wartz. Gall. *Figue*. A. A Fig.

FIGENTIA, sunt, quæ volatilia domant, & acida concentrant. Vide *Fixatio*. B. **Vastmakende dingen.**

FILAGO, est Gnaphalii species, sic dicta fortè, quod ejus folia filis lanuginosis sint obducta. B. **Hoer-kruid.** G. Rhur-kraut. A. Cotton-weede.

FILICULA, est Trichomanes, dim. à *Filix*. Vide quoque *Polypodium*.

FILI-

FILIPENDULA, dicitur à numerosis & rotundis in radice glandibus, quæ velut ex filo quodam pendere videntur. Gr. *Oenanthe*. B. Hoode steen-breke / wilde gerwe. G. Rother stein-brech / Wilde garbe. Gall. *Filipendule*. A. Drop-wort.

FILIUS ANTE PATREM, dicitur de specie quadam Lysimachii, cujus vaginulæ seminales ante flores conspiciuntur, item de Colchico, Croco, Pulsatilla, cæterisque plantis, cujus flores ante folia prodeunt.

FILIX, est herba aliformis, creditur nomen ex Græco derivari, quando πτὶς mutatur in Pilix, et sic in Filix, sed alii à πτεὶς ala conantur originem demonstrare. B. Varen. G. Fahren kraut. Gall. *Fougere*, *Foubiere*. A. Ferne.

FILTRATIO, Chymica vox est, & species dicitur *Destillationis per descensum*, quia guttæ cadendo decidunt. Modus quo filtratio fit, est triplex. *Primus* est per pannum expansum, ut fit in syrupis clarificandis. *Alter* per *Manicam Hippocratis*, hoc est per saccum, superius latum, sed in coni punctum inferius terminans, pro vinis aromaticis colandis, ut in festis nuptialibus, & variis Medicationibus pro delicatulis usui venit. *Tertius*, & Chymicis magis familiaris, est colatio per chartam emporeticam, hoc est, si papyrus fuerit quadratæ figuræ, duplicatur, & illa Duplicatura reduplicatur, ad angulos rectos, hoc est tota papyrus sive charta quadruplicatur, post hæc iterum explicatur, instar cuculli Monachorum vel infundibuli & imponitur infundibulo, seu tritorio, deinde liquor clarificandus infunditur, & clarus guttatim decidit, relictis in filtro fæcibus. B. Filtreringe. G. Filterierung. Gall. & A. *Filtration*.

FILTRUM, est pannus laneus vel charta bibula per quam liquores percolantur ad clarificandum, ut fit per *manicam Hippocratis*. B. Filtreer-tuig / doorspgtuig / leltuig. G. Ein Filtz. Gall. *Tamis*. A. A Strainer.

FIMBRIÆ, sunt vestium extremitates, à quibus & fimbriata folia dicuntur, quæ in ambitu in quasdam fimbrias exeunt.

FIFSURA, Gr. Ῥαγὶς, est ossis quædam solutio continui, præsertitim secundum longitudinem; quamvis & mollibus partibus quoque attribuitur, ut in fissuris labiorum, digitorum, manuum &c. B. Een spleet. G. Ein spalt. Gall. *Fente*. A. A Cleft.

FISTACIUM, idem quod *Piſtacium.*

FISTULA, Gr. Σύριγξ, ſumitur pro Canna oblonga & cavata, ideoque haberi poteſt pro ſiphunculo, quo liquor aliquis inteſtinis, auri, utero, vulneri &c. immittitur. Sic *Urethra*, fiſtula urinaria eſt. *Trachea*, fiſtula reſpiratoria, item ſinus eſt anguſtus & longus, ſeu ulcus ſinuoſum, anguſtum, calloſum & curatu difficillimum, quod plerumque ex abſceſſu ortum habet. Fiſtulæ à ſinuoſo ulcere, in eo differunt, quod fiſtulæ calloſæ & duræ ſint, non item ulcus. Aliquando *Fiſtula* pro *Fontanella* ſumitur, de qua ſuo loco. B. **Een pijp / ſpeut / fiſtel / etterhol.** G. Fiſteln / Röhrwunden / fluß-loch / Röhr- oder hohl geſchwäre. Gall. *Un fiſtule.* A. A pipſe.

FISTULA LACHRYMALIS, fit, cum ex ulcere carunculæ, oculi punctum lachrymale occalluerit, unde continuus lachrymarum effluxus. B. **Traan-fiſtel / oog-fiſtel.** G. Fiſtel der Aug-winckel / augen fiſtel. Gall. *Fiſtule de yeux*, *Fiſtule Lacrymale.* A. Fiſtula of the eye.

FISTULA PULMONIS, idem quod *Aſpera Arteria.*

FISTULA SACRA, eſt ſpinæ pars forata, quam Gr. ἱερὸν σύριγξα vocant.

FISTULA URINARIA, idem quod *Urethra.*

FISTULARIA, eſt Criſtæ galli ſpecies, ſic dicta, non quod fiſtulas, ſeu ulcera ſinuoſa ſanet, ſed quia ejus caules cavi ſint, & ſucceſſu temporis in fiſtulas ſeu calamos mutantur. Vide *Pedicularis.* Gr. Ἀλεκτοροφόλαφος. B. **Hatelen / Hanekammekens.** G. Rodel / Lauß kraut. Gall. *Crête d'un coq.* A. Pipe Weed, the cock comb.

FIXA, ſunt, quæ vel magna ignis tortura non exaltantur, vel elevantur, ut *Salia Fixa.* B. **Vaſte Dingen.**

FIXATIO, eſt materiæ fugacis quædam, ne avolet, retinentia. Gr. πῆξις, & πηξίωσις. B. **Vaſtmakinge.** G. Fiegierung. Gall. & A. *Fixation.*

FLAGELLÆ, dicuntur cymæ arborum & ipſarum ſummæ partes quæ ad cujuſcunque venti flatum moventur: unde etiam nomen traxerunt ab eo quod flatibus petantur. *Flagella* etiam ſunt vitium rami oblongiores & productiores, aliis tamen minores, ab ipſis brachiis ſurſum aſcendentes: dicta flabella prius, à venti flatu ſcilicet.

FLAMMA & FLAMMULA, fictitium quid eſt; putaverunt quidam cordi ineſſe flammam quandam, ſed illud

eſſe

esse falsum, inspiciant qui corda perscrutantur, ad me quod attinet, nec in hominibus, nec in brutis vivis unquam vidi vel minimam scintillæ flammam, Gr. Βιολύχνιον dicitur, ac si esset vitæ lampas. Sed si bene velimus Philosophari, in eo vita consistit, ut circulatio sanguinis celerrimè circumvehatur. B. Een vlam. G. Ein Flamm. Gall. *Flamme.* A. Flame.

FLAMMULA, est Clematis species, dicta ob flammeum & igneum saporem, & vim erodendi cutim. Item *Ranunculus* est. Vide *Batrachium.*

FLATUS, sunt qui in corporibus pituitosis ab alimentis vel medicamentis calorem efficientibus, pituitam exagitant, unde non tantum flatus, sed & *Bombi* & *Borborygmi.* B. Winden. G. Wind im leib/ Blehungen. Gall. *Souffle-ment.* A. A blowing wind.

FLORES CHYMICI, subtiliores corporis partes sunt per sublimationem à partibus crassioribus sub formâ siccâ separatæ. B. Bloem. G. Blumen. Gall. *Fleurs.* A. Chymick Flowers.

FLOS FEBRUARII, est *Leucoion Album*, sive Hexaphyllon album bulbosum. Sic vocatur, quod Februarii mense, & die Divo Valentino sacro, ubi cœlum clementius fuerit, apparet. In Aprili, ubi appropinquare cœperit Majus, evanescit.

FLOS FRUMENTORUM, vide *Cyanus.*

FLUOR ALBUS, sive FLUOR UTERINUS, est humorum corruptorum ex utero vel lacunis, copiosa & continua evacuatio. B. Witte Bloemen/ Witte vloed. Gr. ῥοὴ γυναικεία. G. Weisse fluß. Gall. *Fleurs blanche.* A. The white flixe.

FLUOR MULIEBRIS, vide *Fluor Albus.*

FLUOR UTERINUS, vide *Fluor albus.*

FLUXIO, Idem quod *Catharrus.*

FLUXUS ALVINUS, Idem quod *Diarrhœa.*

FLUXUS CHYLOSUS, idem quod *Cœliaca passio.*

FLUXUS HEPATICUS, est Dysenteriæ species, cum excreta sint instar loturæ carnium, copiosus plerumque est & nocturnus, sed absque dolore, valde tamen vires demoliens, sæpe post Dysenteriam contingit: Sic vocatur quia interdum sanguis coagulatus, splendens & niger, ac si essent hepatis frusta, adest. B. Lever-vloed / Levers doos-loop. G. Leber flieſſung. Gall. *Fluxion de le foye.* A. The fluxe of the liver.

Fo-

FOCILE MAJUS, eſt ulna cubiti vel tibia pedis. *Focile minus*, eſt cubiti radius vel pedis fibula. B. Gzoote en kleine elle pijp.

FOCUS, Gr. Ἑστία, dicitur eſſe locus in meſenterio, unde & febrium originem olim deducebant. B. Een Neſt. G. Eine Fewerſtett/ der herd. Gall. *Le Fouyer*. A. An Hearth.

FODINA, eſt quidem *Fovea* ſeu *Cuniculus*, ſed & mina quædam hujus vel hujus mineræ. Item minor labyrinthus in aurium oſſe.

FOEMINA, Modiolus eſt, vide *Modiolus*.

FOENICULUM, Gr. Μάραθρον, ſic appellari putant, quod quaſi fœnum in hyemes arefactum ac marcidum reponatur. Alii tamen dictum putant, quod ſatum magno cum fœnore ſemen reddat. Marathron à marceſcendo, quod ad condienda plurima, cum inaruerit commendatiſſimum ſit, a μαίρω ſplendeo, quia oculorum ſplendorem & claritatem conſervat, aut à μαραίνω, marcere, quia facile marcet. B. Denkel. G. Fenckell. Gall. *Fenoil*. A. Fennel.

FOENUM, eſt gramen arefactum, ſic dictum, à fœnonore, cum ſine cura fœnus præbeat, in pabulum reſectum. Vel à fœtu, quod herbæ eædem manentes, quotannis novas pariant. Gr. χόρτος. B. Hooy. G. Hew / Heu. Gall. *Foin*. A. Haye, Hay.

FOENUM GRÆCUM, & FOENIGRÆCUM, eſt Trifolii inter & leguminis minoris ſpecies. Unde ita appellatur invenire nequeo: fortè quod in Græcia inter fœnum plurimum reperiatur. Gr. Τῆλις, Κεραΐνης, Αἰγόκερος, Βύκερος: atque hic dicitur à cornuum figurâ ſiliquarum, vocatur *Ægoceros* à caprini cornu ſimilitudine, quemadmodum à Bubuli *Buceros*. Nonnullis *Siliqua*; aliis *Silicia*; quibuſdam *Silicula* appellatur. B. Gziex hoop. G. Bocks-horn. Gall. *Senegre*, *Fenugre*. A. Fene-Greek.

FOETOR ORIS, eſt putredo circa dentes & gingivas: aliquando oritur ex pulmonibus & ſanguine phthiſico vel ſcorbutico. B. Stinkende adem. G. Stinckendt athem. Gall. *Halaine puante*. A. A ſtinking breath.

FOETUS, Gr. Κύημα, eſt conceptus, quando fœmina concepit, ab initio dicitur *Embryon*, poſtea cum formam adeptus fuerit, propriè fœtus dici poteſt. B. De vrugt. G. Die Frucht. Gall. *Le Fruit de Ventre*. A. The young.

FOLIACEUM ORNAMENTUM, eſt fimbria in extremitate tubæ Fallopianæ, qua ovum ex ovario muliebri, quaſi tot digitis excipitur, & per tubam in uterum defertur. B. Het loof-werk. G. Blat Zierd. Gall. *Ornement de Feuille.* A. Garnishing of the leafs.

FOLIUM INDICUM, idem quod *Malabatrum.*

FOLLICULUS, eſt theca rei cujuslibet tenuis, quæ granum vel ſemen continet involutum, ſic membranoſa cutis, *Acini Folliculus* dicitur.

FOLLICULUS FELLIS, eſt veſicula, quæ hepatis concavo annectitur, in qua bilis colligitur, quæ ſuo tempore per ductum choledochum, in inteſtinum duodenum exantlatur. Gr. Κύστις χοληδόχος. B. De Gal-blaas. G. Die Gall-blaſe. Gall. *Veſie de fiel.* A. The gall bladder.

FOMENTUM CELSO, Fomentatio *Ulp.* Fotus *Plin.* quod corpori admotum ipſum fovet & calefacit. Θέρμασμα, eſtque duplex, & aridum & humidum: illud Πυρία, Πυρίασις *Dioſc.* & Πυρίαμα: hoc Καπίλημα *Dioſc.* & Καπίλησις dicitur, quod effuſo humore adhibetur: Eſtque vapor, liquor aut decoctum variis partibus, beneficio lintei, filtri, ſpongiæ, vel veſicæ, fovendi cauſa applicandum. B. Stovinge / Verwarminge. G. Erwärmung / ein Warmes Tuch damit man dem Leibe Wärme zufugt. Gall. *Fomentation, Eſtuvement.* A. A Cherishing or keeping warme.

FONTANELLA, ſeu FONTICULUS, dicitur in fœtubus & recens natis, intra frontis os & duo ſincipitis, apertura. B. De Fontenel des Hoofds. G. Flnßloch des haupſz. Gall. *Fontanelle.* Item ulcuſculum arte Chirurgica, in ſanis corporis partibus excitatum, ut per id humores ſuperflui & corrupti evacuentur, morbi curentur, vel etiam anticipentur: Fontanellæ excitantur cauterio actuali vel potentiali, lanceola & forcipe: in Fonticulis excitandis notandum eſt, ſemper locum inter duos muſculos eligendum eſſe. B. Fontanellen / Etterdzagten. G. Fontanelle / Etterhohl. Gall. *Un Fiſtule.* A. an Iſſue.

FONTALIS, idem quod *Potamogeiton.*

FONTICULI, idem quod *Fontanellæ.*

FORCEPS, eſt inſtrumentum, quo partes demortuæ & corruptæ, item res quæ corpori ineſſe non debebant, apprehen-

henduntur, abscinduntur, vel evelluntur. Forcipes sunt, figura varia, ut longæ, curvæ, dentatæ, rostratæ, similunares, speculum oris, matricis &c. quæ pro diversa figura diversum usum obtinent. Varia nomina Belgica sortiuntur, ut **Trekkangen / Pellicanen / Kranebekken / Korentangen / Ravensbekken / Papegaysbekken / Mond en Moeders spiegels / &c.** G. Eine Zange. Gall. *Pincette.* A. A Pair of Nippers.

FORCEPS DECEPTORIA, est instrumentum incisorium, quo ægroti, qui incisionem non admittunt, chirurgica manu decipiuntur. B. **Bedrieg-tang.**

FORFEX, est instrumentum evellendis dentibus aptum, vocatur item *Odontagra*, sive *Dentagra*. Ὀδοντάγρη Erasist. *Dentiducum*, *Dentarpaga* Varroni. B. **Een Tandtrekker.** G. Ein Zahn brecher Zange / Pelican. Gall. *Forces* vel *Ciseaux.* A. Sheares.

FORMICA, non tantum insectum est, sed & verrucæ species, Gr. Μυρμηκία, id est *verruca formicaria*, tumens & callosa, colore nigricans, basi latâ & cute sessili, in excisione dolores adferens, morsiunculis formicæ simillimos, unde & ei nomen. *Wierus* testatur esse morbum ab Hispanis nobis communicatum, venenatum, malignum ac contumacem serpiginem; sumit initium à verendis, progrediturque ab iis per universum corpus cum doloribus & intolerabili pruritu, Teutonicè Das Zitter mahl / Flechten. B. **Kruipende Mier.** G. Ein Omeiß. Gall. *Fourmi.* A. An ant, emmete, pismire.

FORMICANS PULSUS, est pulsus inæqualis, motui formicarum similis, vel potius vermiculans imminutus. B. **Een mier gelijkt pols.** G. Ein schwacher Puls.

FORMICATIO, vide in *Formica.*

FORMIX, idem quod *Esthiomenos Herpes*, vel *Noli me tangere* aut *Lupus.*

FORMULA, Gr. Γραμμαλεῖον, est præscriptum medicum quod à Medicis præscribitur, & à Pharmacopæis in ægrorum emolumentum præparatur. Vulg. *Receptum.* B. **Een recept / Doctors Ordinantie.** G. Ein recept. Gall. *Formule.* A. A form or receipt.

FORNAX, Gr. Καμίνος, dicitur & *Furnus.* Vide *Furnus.*

FORNIX, est substantia cerebri callosa, nomen sortita, quod ædificia testudinis instar, ita & sinus ventriculorum,

ac

ac molem deorsum inclinantis cerebri sustinere videtur. Subnixa est cruribus tribus, quorum duo posterius, versus cerebri basin deorsum porriguntur, & spinalis medullæ radicem, juxta latera complexa, singulari subjecta prominentia, recurvoque velut vallo, sinum inferiorem ventriculorum anteriorum utrinque designant. Gr. Καμάρειον, Ψαλιδοειδὲς *Galeno*. B. **Het Welfsel.** G. Ein Gewelb. Gall. *Voute.* A. The Vault of the Brain.

FOSSA MAGNA, est pudendi muliebris interior cavitas, sive *Rima magna*, quæ & ob figuram *Navicularis* dici potest. B. **d'Opening der Vrouwelykheid.**

FOTUS, idem quod *Fomentum.*

FOVEA, idem quod *Fossa magna.*

FOVEA CORDIS, idem quod *Anticardium.*

FRACTURA OSSIS, est continui in duris corporis partibus solutio, quæ ab externo, & duro instrumento, vi partem frangens, efficitur, cujus differentiæ à forma, parte, & accidentibus desumuntur. Gr. Κλάσις, Κλάσμα, Κάταγμα. B. **Een Been-breuk.** G. Ein Bein-bruch. Gall. *Rupture d'os.* A. A Breaking or rupture of a bone.

FRÆNULUM, est ligamentum membranaceum sub lingua: hoc in recens natis quandoque totam linguam inferius occupat, ut divelli obstetricis ungue (quod tamen non admittendum) aut chirurgi scalpello soleat. B. **De Spaenader / Tong-riem.** G. Die Zung-riem. Gall. *Le Filet, Nérf sous la langue.* A. A the bridle of the tongue.

FRÆNULUM, seu FRÆNUM PENIS, est membrana, qua præputium glandi alligatur, Gr. Κυνοδέσμιον. Alii *Canem* vocant. B. **De band.** G. Die riem. Gall. *Le filet, le Nérf.* A. The ligament, vel bridle of the fore skin.

FRAGARIA, à fragando, seu odorem gratum emittendo, quem fraga emittunt, Gr. Κόμαρον sive fragariæ fructus. B. **Aerdbezien-kruid.** G. Erdbeer-kraut. Gall. *Fraisiex.* A. Straw-berry bush.

FRANGULA, seu Alnus nigra, sic appellatur, quod ejus ramuli facile frangantur.

FRAXINELLA, dicitur à similitudine foliorum, quam cum fraxino arbore habent; ideoque diminutivum à fraxino esto. B. **Esschen-kruid.** G. Weiser diptam / Eschenwurtz. Gall. *Dictam blank.* A. White dittany.

FRAXINUS ARBOR, an à fragore siliquarum, quem, ventis

ventis agitatæ edant? B. **Esschen-boom.** G. Esschenbaum. Gall. *Frêne.* A. The Ash-tree.

FRICATIO, seu FRICTIO, Gr. Τρῖψις, & Ἀνάτριψις, *ficca* est vel *humida. Sicca* est, quando corpus vel membrum solis manibus aut linteis siccis fricatur, quæ & chirothecis peragi aliquando solebat. *Humida* fiebat vel aqua vel oleo, vel ambobus simul admixtis. Varia habentur genera, ut *Mollis*, *Dura*, *Intermedia*, *Multa*, *Pauca*, &c. B. **Wryvinge.** G. Das reiben/ kratzen. Gall. *Frottement*, *Friction.* A. A rubbing.

FRITILLARIA, dicitur, quod ejus flores maculis pingantur in modum fritilli. Vocatur & *Meleagris.* B. **Kíbits-eyeren.** G. Brettspiel-blum. Gall. *Le Meleagris.* A. Fritillari.

FRONS, Gr. Μέτωπον, est superior faciei pars, quibusdam à ferendo dicitur, quia præ se fert animæ signa. B. **Het voorhooft / de stirn.** G. Die stirn. Gall. *Le front.* A. The fore head, front.

FRONS, inter vegetabilia interdum pro ramo ponitur. Propriè tamen dicitur id quod ipse ramus circumquaque producit, multa interdum folia habens, & nonnihil corticis, ac veluti cauliculi.

FRONTALE, est medicamentum externum, quod frequenter, ad capitis dolorem & fervorem, fronti applicatur. Constat ut plurimum ex herbis, floribus, seminibus, farinis, & aceto rosaceo madefactis. Gr. Προμετωπίδιον. B. **Voorhooft-middel.** G. Stirn artzney. Gall. *Fronteau*, *Frontal.* A. A frontlet.

FRUCTUS, sunt grandiores illi ac succulenti plantarum fœtus, & seminum receptacula, ut poma, pyra, pruna &c. vel, quod carne & semine compactum est. Frequenter tamen pro eo, quod involucro perinde quasi carne, & semine coactum est, accipi solet. B. **Vruchten.** G. Fruchten. Gall. *Fruicts.* A. Fruit.

FRUMENTUM, dicitur à fruendo, quod maximo cum fructu ejus usus est. Estque quod geniculato culmo, & arundinaceis constat foliis, semenque panificio & pultibus aptum, in spicis aut jubis producit.

FRUTEX, est planta inter herbas & arbores media; ad ligneam tamen indolem proximè accedens, vel quod à radice caudice multiplici, ramosumque sese attollit, ut rubus. B. **Heester.** G. Eine Staude/ Gesträuch. Gall. *Arbrisseau.* A. Shrub. Vide *Thamnos.*

Fu-

FUCUS, Gr. φύκος, est herba marina, an à φύω cresco ut quidam volunt? est quædam species in Candiæ maritimis locis, quibus lintea, lana &c. purpureo colore sufficiuntur; atque eo etiam fœminæ sibi fucum seu cosmeticum parant. Vide in *Aga* Hofmanni.

FULIGO, idem quod *Aporrhœa*.

FULMINATIO, idem quod *Detonatio*.

FUMARIA, sive FUMUS TERRÆ, Gr. Καπνὸς & Καπνός, sic dicta, quod ejus succus oculis inditus, veluti fumus lachrymas moveat, oculosque mordicet. B. **Duivebe-kervel / Aard-rook.** G. Dauben-kropff / Dauben-körbel / Erd-rauch. Gall. *Fume terre*, *Pied de geline*. A. Fumitory.

FUMIGATIO CHYMICA, est corrosio metalli, per fumum vel vaporem. B. **Hoolinge.** G. Räucherung. Gall. & A. *Fumigation*.

FUMUS TERRÆ, idem quod *Fumaria*.

FUNCTIO, idem quod *Actio*.

FUNDA GALENI, est fascia, in quatuor partes divisa, in affectionibus maxillæ inferioris utilis, vel alibi fissis. B. **Slinger-band / een vierhoofdige Windel / Slinger-zwagtel.** G. Eine vierhauptige Windel. Gall. *Fronde*, *Bandelète avec quatre têtes*. A. A Swathe consisting of four parts.

FUNGUS, dici volunt à funere, quod suo veneno vescentes ad funus ducat, excrescentia quædam est, arboribus, fruticibusve quibusdam adnascens, vel immediate è terra prodiens, sub varia forma & figura, de quo consulendi Botanici. B. **Paddestoelen / Duivels-brood / Kamper-noeljen / Padde-brood.** G. Ein Schwamm / Schwemme & Pfifferling. Gall. *Champignon*. A. Toad-stoolo, or Mushro.

FUNGUS, est caro mollis & spongiosa, quæ vulneribus superincrescit. B. **Vastert vleis.** G. Schwamm-gewächs / Glied-schwamm. Gall. *Excrescence spongieuse*. A. A Spungy Tumour.

FUNICULUS UMBILICALIS, sive INTESTINULUM, LAQUEUS, seu ductus umbilicalis, est canalis, seu ductus membranaceus in fœtibus ab umbilico in placentam uterinam usque porrectus; continet arterias duas, venam unam, & urachum. B. **De Navel-streng.** G. Der schnur von der Nabel / Nabel-riem. Gall. *Le Cordon d'Ombilic*, vel *Nombril*. A. The Navel string.

FUNIS ARBORUM, est Smilax levis, quia sese circum arbores volvat.

FURCALE OS, idem quod *Furcula*.

FURCULA SUPERIOR, dicitur os sterni superius, alii etiam jugulum vocant; ita etiam claviculæ os appellatur.

FURCELLA, idem quod *Furcula*.

FURFURATIO, Gr. πίτυριασις, Latinis etiam *Porrigo*; affectus est, cum scalpentibus furfuribus similia ex capitis cute decidunt, & quidem plerumque cute ea, quæ sub capillis est, item etiam è barba & superciliis. B. **Semelagtigheid.** G. Der Häuptgrind/ die Schwinden. Gall. *Teinge*. A. Scurf or daridraff.

FURNUS, est locus in quo ignis ad materiam Chymicè tractandam, dextrè & convenienter accommodatur: estque apertus vel tectus, rotundus, quadratus &c. De furnis consule authores. B. **Een Oven.** G. Ein Offen/ Brenn-ofen. Gall. *Fourneau*. A. A Furnace.

FUROR, idem quod *Mania*.

FUROR UTERINUS, est in fœminis, imo & in virginibus Salacitas & Satyriasis quædam, sed cum delirio, ita ut non modo Venerem & Viros appetant, sed prostituunt sese primum sermone obscæno, eoque delectantur, deinde ipsæ eum instituunt, tum absque pudore se denudant, & sine discrimine etiam obvios quosque invadunt, & sollicitant. Cum primum hic morbus incipit, fœminæ tristiores sunt & taciturnæ, oculos jactant lascivos, rubet, modo pallet facies præcipuè narratione rerum obscænarum, rubor elucet cum pulsu & respiratione mutatis, adhæc vix pedibus consistunt tripudio deditæ. Inconstanter plerumque amant hunc vel illum, quo conspecto, aut de quo cogitantes ilico perturbantur. Deinceps rixantur, mærent, rident, garriunt, cantant, dubia loquuntur, demum delirant, & pudorem decoquunt, ita ut nonnunquam in lecto nudæ decumbant, ut per plateas vagabundæ quærant, quibuscum sese commisceant, quos non bene excipere solent. Ab hoc morbo hodie immune non est fermè sequioris sexus genus, maximè autem meretrices. *Causa* videtur consistere in succo seminali, qui ad summum maturitatis gradum evectus, virgines in furorem agit; exemplum illud in brutis animalibus quotannis occurrit, ut in felibus, tauris, damis & cervis. Est quidem & alius affectus huic cognatus, quem *Uteri* vel

ri vel *Matricis Fervorem* Antiqui appellarunt, quando nimirum universa uteri substantia, & totum ejus corpus incalescit, cum dolore & lumborum gravitate, *horripilatione*, fastidio, & urinæ ac excrementorum alvi suppressione; & fœmina coitum vehementer appetit, sed ob dolorem venere uti pertimescit. Gr. Ὑστερομανία. B. **Nasende moer / Nitsigheid.** G. Wütende geilheit / wutende mutter krancheit. Gall. *Fureur de la Matrice.* A. Fury of the Womb, or Womb fury.

FURUNCULUS, sive DOTHIEN, est tuberculum acutum ovi columbini magnitudine cum inflammatione, & dolore; maximeque ubi jam in pus vergit. Qui ubi apertus est, & exiit pus, subter apparet pars carnis in pus versa, corrupta, subalbida, subrubra, quem ventriculum quidam furunculi nominant. In eo nullum periculum est, etiamsi nulla curatio adhibeatur: maturescit enim per se, atque erumpit. Sed dolor efficit, ut potior Medicina fiat, quæ maturius liberet. B. **Bloed-zweer / bloed-vin / fijk / herte buile.** G. Blut geschwer. Gall. *Froncle*, *Fronele*, *Furuncle.* A. A Boil.

FUSIO, est liquatio per calorem ignis sæpe vehementissimi, ut fit in liquandis metallis & mineralibus; huic operi non raro follis adhibetur. B. **Smeltinge.** G. Ein Guß / Schmeltzung. Gall. *Fusion*, *Liquation.* A. A Melting,

FUSTERNA, est superior pars Abietis, dicitur, quia nodosi solent esse fustes & baculi crebris nodis ut plurimum asperi, inferior pars vocatur è contra *Sapinea.*

G.

G Græcum Γ Medicis Uncia est.

GALA, idem quod *Lac.*

GALACTOPHORI DUCTUS, propriè sunt *Vasa Lactea*, sive quæ chylum versus cor ex intestinis per mesenterium & ductum thoracicum ducunt. Item dicuntur Ductus lactiferi, chylum (ut quidam Neotericorum finxerunt) ab intestinis recta via ad glandulas mammarias ducentes: Rectius tamen hoc nomen arteriis imponitur, ex

eo quod una cum cruore chylum mammis advehunt, in quibus lac, ad fœtus usum sequestratur. Sic quoque vocantur tubuli ex glandulis mammaris lac in papillas ducentes, ex γαλὰ lac, & φέρω porto, duco. B. Melk-buisen. G. Milch-gefäße. Gall. *Vaisseaux Lactiferes* A. The Milk-vessels.

GALACTOPOJETICE FACULTAS, Gr. Δύναμις γαλακτοποιητικὴ, nihil aliud est quam aptitudo ad sequestrandum lac: de lactis sequestratione vide in *Lac.*

GALANGA, radix est aromatica, colore saturo rubra, duplex est *Major & Minor*, sed minor majori melior est. Majoris radix crassior, minoris vero tenuior, nodosa, intus & extra rubescens, sapore acris instar piperis, odore suavis. Ex India & China nobis adferuntur. B. Galiga. G. Galgant. Gall. *Souchet.* A. Galangal.

GALBANETUM, est compositio Galbanum recipiens.

GALBANUM, est gummi, succus, aut lachryma Ferulæ Syriacæ, quam *Metopium* vocant (quo nomine aliis gummi idem venit) intense flavum vel albidum, inflammabile; odore gravi Opopanacem referens, colore Tacamahacam. Optimum censetur cartilaginosum (alii granulatum volunt, sed rariſſime ob mollitiem in granis invenitur) flavum, sincerum, pingue, non lignosum, quod in se retineat nonnihil ex suis seminibus, & ipsis ferulæ sarmentis, gravis & ingrati odoris, nec minus humidum, nec minus aridum, cum accenditur flammam nutriens. Dicitur & *Chalbanum.*

GALEA, est dolor capitis, sic à loci similitudine dictus, quod totum caput in modum Galeæ comprehendat.

GALEA, pertinet quoque ad vasa Chymica, est enim vas cui retorta imponitur, ex terra aut alia materia confectum, ne retorta, nisi mediatè, ab igne tangatur. B. Een kassamuts. G. Cappeln/ ein Helm. Gall. *Calote.* A. Cap.

GALEA, CAPITELLUM seu ALEMBICUM, significat. Vide suo loco.

GALEA, etiam dicitur, quando caput fœtus in lucem prodeuntis cum parte membranæ Amnèos circumvestitur, eum Galea vulgo, een helm/ dicitur prodiisse. Sed si infans ex sexu fœminino fuerit, *Vitta* dicitur, de quibus obstetrices plurimas fabulas nugantur.

GALEGA, dicunt esse vocem corruptam à Polygala, à

Fra-

Fracastorio vocatur herba Gallica, an inde nomen habeat? lectoribus judicandum relinquo. B. **Geiten kruid.** G. Gänsz kraut / Geiß kraut. A. Goates rue.

GALENICA MEDICINA, est quæ nititur fundamentis *Galeni* ideoque *Galenici* sunt qui artis suæ fundamenta è *Galeno*, & Philosophis petita, ratione probata, & experientia confirmata amplectuntur, & hoc duplici κριτηρίω verum à falso distinguunt. Nituntur præcipuè quatuor elementis peripateticis, hinc illorum temperamenta, humores &c. B. **Galenische Medicine.** G. Galenische Artzeney. Gall. *Medicine Galenique.* A. The Physick of Galen.

GALIANCONES, sunt, qui ob capitis humeri in alam prolapsum brachium justo brevius & gracilius habent, partes vero circa cubitum tumentiores, mustelæque cubito præditi sunt, ideoque *Mustelanei* vocantur, à γαλέη mustela, & ἄγκων cubitus. B. **Kortarmig.** G. Krumbein / Kurtz von armen. Gall. *Brievete de bras.* A. Shortness of the Arm.

GALIOPSIS, vel GALLOPSIS, est species Urticæ mortuæ, à γαλέας ὄψις, figura mustelæ, vel est nomen ex Græco & Latino compositum, quod ejus flores prorsus Galeæ aspectum referant. Hujus sunt variæ species. B. **Doove netelen.** G. Todt-nessel / Taub-nessel. Gall. *Ortie morte.* A. Dead nettle.

GALLA, est tuberculum quoddam rotundum, foliis quercinis accrescens instar spurii fructus. Muscarum quædam species est, quæ ova sua intra folia recondunt, & una cum folio crescunt: ex ovis deinde fiunt vermiculi, qui interiorem folii partem rodunt, & inde nascitur quasi folii scirrhus, qui intumescens *Gallam* repræsentat. Si latè sumatur, tubercula quoque denotarent quæ in foliis Salicis, Cynosbati, Hederæ terrestris, viticis &c. conspiciuntur, quæ & eodem modo producuntur, Gr. Κηκὶς dicta, fortè à κῆκα, id est, fuligine, quod Gallarum, pannis nigro colore tingendis, magnus usus sit. B. **Galnoten.** G. Eychapfsel / galiffapel. Gall. *Nois de Galle.* Gall. A. A or oak-apple.

GALLICUS MORBUS, vide *Lues venere.*

GALLINAGINIS CAPUT, vide *Caput Gallinaginis.*

GALLIUM, seu GALIUM, est Molluginis species, dicitur ἀπὸ γάλα πηγνύειν ἀντὶ πιτύας αὐτὸ, quod coaguli vice lac coagulet, ac cogat. B. **Wal-stroo.** G. Weger-kraut / Wald-stroh / Unser-frauwen Bett-stroh / Weg-stroh / Leb-

kraut. Gall. *Petit Muguet* vel *Muquet*. A. Ladies Bedstrow.

GALREDA, seu GELATINA, succus est inspissatus, viscosus, lucidus, fitque plerumque ex coctis partibus animalium cartilaginosis, v.g. ex pedibus vituli. B. **Gelei / Lym / Lil.** G. Galrey. Gall. *Gelée*. A. Jelly.

GANGLION, est tumor in partibus tendinosis & nervosis, à casu, ictu, vel alias excitatus, renitens, in latera pressus non divertitur, nec in orbem circumagitur. B. **Een zenuw-knoop / pees-knoop.** G. Ein Uberbein / sehne-knopff. Gall. *Neud de Nerf*. A. A Tendinous knot, or tumor.

GANGRÆNA, dicitur & *Ignis Persicus*, est cadaverosa alicujus partis corruptela, cum fœtoris, nigredinis & morficationis initio, conjuncta, à γράω comedo. B. **Heet vuur.** G. Kalte brand / Faul Fleisch / das wilde Fleisch. Gall. & A. The *Gangrene*.

GARGARION, vide *Cion*, à γαργαρίζω os colluo.

GARGARISMA, est Medicamentum liquidum, fauces & adjacentes partes, gargarizando, sine deglutitione colluens. Estque *vel* decoctum in quo syrupi convenientes solvuntur; *vel* aquæ destillatæ, quibus syrupi admixti, quandoque & spiritus minerales adduntur. Sed recentiores Medici, omnes syrupos imo & acidos spiritus ex Medicina exturbant. Dicitur & *Gargarismus*, *Collutio oris*, Διάκλυσμα, à γαργαρίζω os colluo. B. **Een Gorgel-dranck / Gorgel-water / keel-spoeling.** G. Gurgel-wasser. Gall. *Gargarisme*. A. A Gargarism.

GARGARISMUS, Idem quod *Gargarisma*.

GARYOPHYLLATA, est herba, cujus radices Caryophyllon Indicum quodammodo sapiunt. B. **Nagel-kruid.** G. Benedict-wurtz / Benedict-kraut. Gall. *Herbe Benoiste*, *Baliot*, *Reste*. A. Avens.

GARYOPHYLLI, Idem quod *Caryophylli*.

GAS, *Helmontii* loquendi terminus est, & denotat spiritum non coagulabilem: vel spiritus est vitæ nostræ, Lumen & Balsamus præservans à corruptione. *Gas pingue sulphureum*, quod enecat homines, præsertim in cryptis subterraneis: *Gas Silvestre*; *Gas Ventosum*, quod aër. *Gas Siccum*, est sublimatum: *Gas* cerevisiæ, est exhalans spiritus è doliis vel lacubus, quando fermentatur. *Gas Salium* est aqua, item uvæ. Derivatur fortè à Belgico idiomate **Gist** / vel **Gest** / aut **Geest**.

GA-

GASTER, Gr. Γαστὴρ, *Venter*. Interdum totum abdomen denotat; non raro pro ventriculo tantum sumitur. Nonnunquam etiam pro utero habetur.

GASTRICUS SUCCUS, est is, qui continuo ex acinis ventriculi glandulosis in ejus cavitatem, pro cibo fermentando & diluendo, stillat. B. **Maag-Sap / Maag-geſt.** G. Mage-safft. Gall. *Suc de le Stomac.* A. the Juyce of the stomach.

GASTROCNEMIUM, est sura, sive pars tibiæ posterior, unde ejus musculi à tumore ventricoso, *Gastrocnemii* dicti sunt. Sic tibia dicitur *Anticnemium*, à γαστὴρ venter, & κνήμη tibia. B. **De Kuit.** G. Die Waden. Gall. *Le Gras* A. The Calf.

GASTROCNEMII MUSCULI, vide *Gastrocnemium.* B. **Kuitſpieren.** G. Der Waden mauſs. Gall. *Muscles de le gras.* The muscles of the Calf.

GASTROEPIPLOICA, est vena & arteria, quæ ad ventriculum & omentum porriguntur, ex γαστὴρ venter, & ἐπίπλοον omentum. B. **Net en Maag-vaten.** G. Die Netz und Magen-gefäße. Gall. *Vaisseaux de la Taye & de l'Estomac.* A. The vessels of the caulland ventricle.

GASTRORHAPHIA, est connexio sive sutura in vulneribus abdominis, ex γαστὴρ venter, & ῥαφὴ sutura. B. **Buik hegting.** G. Der bauch naht. Gall. *Conture de ventre* A. Suture of te belly.

GASTROTOMIA, est sectio abdominis & uteri, uti in cæsarea sectione, ex γαστὴρ venter, & τέμνω seco. B. **Buikſnyding.** G. Bauchschneidung. Gall. *Section de ventre.* A. Cutting of the belly.

GATTARIA, idem quod *Cattaria.*

GAUDIUM, est lætitia ex judicio boni acquisiti, vel acquirendi. Gr. Χαρὰ, Εὐθυμία, Εὐφροσύνη. B. **Blyd-ſchap.** G. Frewde. Gall. & A. *Jove.*

GELATINA, à GELARE, ferè idem est cum *Galreda*, nisi quod generalius usurpetur, & pro quocunque succo pellucido, lento, glutinosoque sumatur, qui tamen inprimis fieri consuevit ex succis fructuum e. g. pomorum &c. ut gelatina Cydoniorem. C. C. Arab *Rob*, *Robub.* B. **Geleï / Liſ.** G. Galrey. Gall. *Gelée.* A. Jelly.

GEMMÆ, dicuntur lapides pretiosi.

GEMMÆ SAL, salis communis species est, & in fodinis lapidum frangitur, specieque Crystallorum splendens eruitur, unde Gemmeum, à gemmis ob colorem nuncupa-

tur, dicitur alias *Sal Fossile*. In variis Germaniæ locis reperitur. B. **Steen-sout.** G. Stein-saltz. Gall. *Sal Gem*, A. Sal Gem.

GEMMA, in vite idem est quod *oculus*, quia veluti ocellus quidam conspicuus, aut Gemma quædam excellens conspici possit, cum primum è vite prodit, aut sarmento. Hæc ineunte vere sese ostendit, & ab ea primum flos, deinde fructus prodit tam in ipsis vitibus, quam arboribus. B. **Een Botte / een Gewas.** G. Ein Räbaus / Beer-kopff. Gall. *Le Bourgeon* vel *Bouton*. A. a Young Budde.

GEMURSA, est morbi species inter pedis digitos, quæ ita olim Antiquis dicebatur.

GENA, MALA, Gr. Μῆλον, Φαρίδα, Κύκλοι Hippocrati: est faciei pars à naso ad aures. Item, mentum & maxilla, quæ est vel superior vel inferior. B. **Wange / hoon / appel van de wange.** G. Die wangen. Gall. *Le haut de la Jouë*. A. The cheeke.

GENERATIO, est actio, qua ex semine conveniente, animal sibi simile, secundum speciem, procreat. In generatione primum conspicimus punctum sanguineum, quod vesicula circumvestitur, deinde corculum, à quo venæ & arteriæ emittuntur, ad cujus extrema, viscera conspiciuntur, postea totus formatur fœtus & membranis circumtenditur, non quod partes accrescant, sed quod pedetentim conspiciantur. Ante generationem semen masculinum in uterum immissum, eos poros subit & præparat, postea substantiam mucilaginosam exudat, albumini similem, quæ ovum ex testibus & tubis comprehendit; ex aura enim seminali ova muliebria fœcundantur, à testibus emittuntur & à tubis Fallopianis recipiuntur, B. **Voort-teling.** G. Zeugen / gebären. Gall. *Generation*. A. Ingendring, generation.

GENICULATA, est planta amæni aspectus; sic dicta ob plurimos nodos, quasi genua.

GENICULI, sive GENICULA, sunt nodi, qui, in herbis, aut leguminibus, aut etiam suffruticibus apparent. Sic Geniculatæ radices nominantur, quæ nodis quibusdam interstinctæ protuberant, rotundæ & leviter capitulatæ. Gr. Γόνυ. B. **Knoop.** G. Ein knötigen / kraut stengel. Gall. *Genouillet*. A. The Knot.

GENIOGLOSSUM, sive MESOGLOSSUM, est par musculorum interius à mento sub geniohyoide pari proveniens, quod in basin ossis hyoidis defigitur, à γένυς mentum,

&

& γλῶσσα lingua. B. Des Kins Tong-spieren. G. Der Kinnen Zungmauß. Gall. & A. *Genioplosse.*

GENIOHYOIDES, sunt musculi à menti interna & humiliore sede, ad basin ossis hyoidis extensi, ex γένυς mentum, ὑοειδὲς os hyoides, & εἶδος forma. B. Des Kins Tongbeens spieren. G. Der Kinnen Zungbeins mauß. Gall. & A. *Geniohyoide.*

GENISTA, GENESTA, vel GENESTRA, dici putant quod genu modo flexilis ad nexus sit: vel ut aliis placet, quia genubus medeatur dolentibus. B. Bzem. G. Genst/ Genster/ Pfrimmen-kraut. Gall. *Genêt*, *Genestre*, *Genetiere.* A. Broom.

GENISTELLA, est quasi minor Genistra, ideoque ejus diminutivum.

GENTIANA, primum inventa videtur à Gentio Illyriorum seu Slavoniæ Rege, à quo etiam cognomentum habuit. B. Maldergeer. G. Entzian/ kreutz-wurtz/ Bitter-wurtz. Gall. *Gentiane.* A. Gentian, Fell-worte.

GENTIANELLA, est minor quasi Gentiana, ideoque ejus diminutivum.

GENU, est articulatio femoris cum osse tibiæ & suræ, superius tegitur osse *Patellâ* vel *Molâ* aut *Rotulâ* dicto. Gr. γόνυ. B. De knye. G. Das Knie. Gall. *Genueil.* A. The Knee.

GERANIUM, Latinis Rostrum Gruinum, à similitudine seminis rostriformis. Γέρανος enim grus est; in ejus quippe vertice fastigia consurgunt instantia, capitulis gruum cum rostellis similia, in quibus semen concluditur. B. Ouevaars bek/ Robbregts-kruid. G. Gicht-kraut/ Gottes Gnad/ Rhoth-lauffs-kraut. Gall. *Bec de Grue*, *Bec de Cycogne.* A. Cransbill, Herb Robert.

GEROCOMIA, est pars Hygieinæ, ad senum vivendi rationem pertinens, ex γέρων senex, & κομέω curam gero.

GERSA, ferè idem ac Fæcula; denotat alicujus radicis, ut Serpentariæ, Ari &c. pollen.

GESTATIO, dicitur illud tempus quo fœtus in utero materno moratur. B. De Dzagt. G. Das Tragen/ Tragt. Gall. *Gestation*, *Grosse.* A. Bearing.

GIBBUS, est is, cui eminet dorsum. B. Gebogchelt. G. Ein hocker/ Buckel. Gall. *Un bosse en quelque partie du corps.* A. A bunch on the back.

GILLA & GRILLUS, est sal vitrioli emeticum. Quidam

dam sumunt pro vitriolo spontè sua in liquorem soluto, alii pro sale armoniaco liquato. *Gilla* est vox Arabica significans *Sal.*

GINGIBRACHIUM, est scorbutus, non tantum gingivas invadens, sed & brachia, comp. ex gingiva & brachium.

GINGIDIUM, est herba quædam Syriaca quæ quoque alibi succrescit: cujus Etymologia adhuc me latet.

GINGIPEDIUM, est scorbuti symptoma gingivas non tantum depascens, verum & ipsos pedes. Derivatur à gingiva & pes.

GINGIVA, Gr. Οὖλον, & Ἔνουλον, est caro dura & spuria, dentes instar valli cingens, & in edentulis nonnihil etiam ad ciborum contritionem faciens; quâ vel exesâ, relaxatâ vel nimis exiccatâ, dentes vacillant vel excidunt. B. Het Tant-vleesch. G. Das Zahn-fleisch. Gall. *Gencive.* A. The gum vel jaw wherei in the teeth ace set. In edentulis, uti infantibus & senibus, dicuntur. B. Gagels & Kevels.

GINGLYMUS, seu CARDINOFORMIS, est conjunctio ossium, qua unius ossis caput, in sinum alterius recondatur, vicissimque hujus caput in illius cavitatem excipiatur, à γιγλυμὸς per ginglymum jungo. B. 't Samen invoeging. G. Zusammen fügung. Gall. *Conjunction.* A. A Joyning together.

GLACIALIS HUMOR, vide *Humor Oculi.*

GLADIOLUS, Gr. ξίφιον à ξίφος gladius: est planta, cujus folia gladium minorem referunt. B. Swaardenkruid. G. Schwertel. Gall. *Glais, Glayeul.* A. Sword-grass.

GLANDULA. est substantia sui generis carnosa, alba seu grisea & friabilis. Constans maximè ex arteriolis variè invicem contortis, quarum tubuli hunc vel illum humorem ex sanguine accipiunt, cujus diversitas solummodo pendet à tubulorum majori vel minori angustia. Sic glandulæ salivales salivam recipiunt, aliæ succum cerebralem, aliæ iterum urinam, bilem &c. dividuntur in *Conglobatas*, quæ ex unico quasi globo constant, quæ humorem sequestratum in venas ablegant, ut glandula pituitaria, pinealis, mesenterii, inguinalis &c. & *Conglomeratas*, quæ ex variis glandulis conglomerantur & suum succum per proprios ductus in cavitates notabiles deponunt, ut pancreas, glandulæ mammariæ, salivales &c. Est etiam morbi species, quæ glandula

dula dicitur, ut sunt strumæ, scrophulæ, Bronchocele &c. Gr. Ἀδήν. B. Klier. G. Schlier / Truse / druſen. Gall. *Glandule*. A. Idem.

GLANDULA GUIDONIS, est tumor glandi similis, mollis, solus, mobilis, sine radicibus, & à circumjectis partibus, separatus: maximè in emunctoriis & junctu ris proveniens. *Avicennæ* glandula videtur esse *Ganglion*.

GLANDULA PINEALIS, vide *Conarium*.

GLANDULA PITUITARIA, est corpusculum in sella equina consitum, in pleriſque brutis, non item in homine, reti mirabili investitum; superius ab infundibulo & fortè ex reti mirabili humorem seroſum susscipit, quem in venas jugulares vel vasa lymphatica amandat. B. Slym-klier. G. Schleim druſen. Gall. *Glandule Pituitaire*. A. The ſnivel glandule.

GLANDULOSUM CORPUS, idem quod *Proſtata*.

GLANS, Idem quod *Balanus & Suppoſitorium*.

GLASTEA Bilis, vide *Bilis*.

GLASTUM, Gr. Ἴσατις, est nomen incertæ originis, quamvis nonnulli à gelu deducere conantur: quia fortè exinde vitrum fit, quod ignis ope in glaciem quasi congelascit: fortè à noſtro idiomate *Glas*, vel Anglorum *Glaſſe* denominari videtur. *Glaſtum* in veteri Gallorum linguâ olim dicebatur, nunc *Guadum*. Hujus maximus proventus habetur in Umbria circa Noceram, ubi oppidum est Guadum ita appellatum. B. Weede / Wouw. G. Weyde / Paſtel. Gall. *Paſtel*. A.

GLAUCEDO, Idem quod *Glaucoma*.

GLAUCIUM, derivant à γλαυκὸς, cæsius, sed quare me latet; illud nomen variis imponitur plantis.

GLAUCOMA, est oculi vitium, sive transmutatio cryſtallini humoris in glaucum, à γλαυκὸς cæsius. B. Grauwoogig. G. Grawblaw. Gall. *Verd*. A. Gray of Colour.

GLAUCOSIS, Idem quod *Glaucoma*.

GLAUX, est herba lactifera, derivari videtur à γάλα lac: hinc & γλαὺξ & γάλαξ, & contrahendo γλαῦξ.

GLENE, Idem quod *Pupilla*. Item cavitas ossis, quæ aliud os in sinum suum recipit.

GLENOIDES, sunt duæ cavitates, in inferiore parte vertebræ primæ colli, ex γλήνη pupilla, & εἶδος forma.

GLOBULUS NASI, est nasi inferior pars cartilaginea & mobilis. B. 't Spits der Neus. G. Das runde ſpitz-

lein

lein an der Naſe. Gall. *Le bout du Nez.*

GLOBULUS, ſeu NODUS, etiam ſignificat tumorem rotundum & mobilem, & parum dolentem in labiorum parte glandulosa. B. **Een Steen-knoop.**

GLOSSOCOMIUM, eſt inſtrumentum Chirurgicum, fractis membris accommodatum, à figura arculæ mercatorum dictum, quod olim à tergo gerebatur, ex γλῶσσα vinculi genus, & κομίζω curam gero, porto. B. **Buſ / Ierſchzoef / bank van Hippocrates.** G. **Ein Gloſſocom / Schemel von Hippocrates.** Gall. *Gloſſocome.* A. Gloſſocone.

GLOTTIS, eſt Laryngis rimula, quæ ab Epiglottide tegitur, à γλῶσσα lingua.

GLUMA, eſt folliculus grani, quod in ſpica continetur, vel grani theca.

GLYCYPICRUM, eſt DULCAAMARA, ex γλυκὺ dulce & πικρὸν amarum.

GLYCYRHIZA, eſt dulcis radix, ex γλυκὺ dulce & ῥίζα radix. Nomen tum apud Græcos tum etiam Latinos à dulcedine, qua radix ejus prædita eſt, invenisſe notius eſt, quam dici debeat. *Scythica* etiam nominatur *radix*, quod in Scythia circa Mæotim paludem plurimum proveniat. Sunt etiam qui ἄδιψον vocitent, quod ſitim retenta in ore arceat. Officinis *Liquirita* dicitur, fortè quia ſalivam liquidam ſervat. **Soet-hout / haliſſi-hout /** quia Caleto huc adfertur. G. Suß-holtz Süß-Wurtzel. Gall. *Regliſſe.* A. Liquoriſh.

GLUTEN, Gr. Κόλλα, eſt humor *Avicennæ* ſecundarius dictus; & dicitur, cum roridus ille humor partibus unitur & agglutinatur. Erant quatuor, *Humor innominatus*, *Ros*, *Gluten*, & *Cambium*, verum illa nomina nunc temporis evanuerunt. Liquor glutinoſus reperitur inter junctures, qui & *Synovia* dicitur. B. **Lym-ſap.** G. Leim / Kleiſter / pappen. Gall. *Colle*, *Glu.* A. Glue, Paſte, Lime.

GLUTÆI, ſunt muſculi ſex quibus nates moventur; in utroque latere tres, à γλουτὸς nates. B. **De Aars-ſpieren.** G. Der Arſchmauß. Gall. *Muſcle de la Feſſes.* A. The Buttock Muſcles.

GLUTIA, ſunt prominentiæ duæ cerebri, nates dictæ, à γλουτὸς nates.

GLUTOS, eſt natis, clunis. Item Trochanter ſive rotator oſſis femoris major, fortè quia natium muſculi ei in-

inſeruntur. B. De Bil. G. Der Arſch. Gall. *Feſſes.* A. Buttock.

GNAPHALIUM, eſt herba tomentoſa & tactui mollis, cujus folia alba pro tomento uſurpari ſolent. Dicitur & Γναφάλιον, à γνάπτω, ſeu γνάπτω carmino. Vocatur etiam *Centunculus*, quod centonibus cum tomento maxima ſit cognatio: hinc *Centuncularis Herba.*

GOMPHIASIS, vel potius *Agomphiaſis*, eſt morbus dentium, præſertim molarium, quando nempe vacillant: Gomphoſi enim loculis oſſium utriuſque maxillæ inſeruntur, à γομφόω clavum impingo. B. Loſſigheid der tanden. G. Das Wackeln der Zähnen. Gall. *Relachement de dents.* A. Wagging of the teeths.

GOMPHOMA, idem quod *Gomphoſis.*

GOMPHOS, eſt, quando oculi pupilla, pelliculas uveæ excedens clavum refert. Item oſſium conjunctio clavorum inſtar, à γομφόω clavum impingo.

GOMPHOSIS, ſive conclavatio eſt, quando os oſſi infigitur inſtar clavi, ut in dentibus videre licet, à γομφόω clavum impingo. B. Inboeging / inſchieting. G. Zuſammenfügung. Gall. *Injonction.* A. A Joyning one into another.

GONAGRA, eſt arthritis genua occupans, ex γόνυ genu & ἀγρέυω venor. B. Knye-cubel. G. Knie-übel / Knie-zipperlein. Gall. *Goute de genou l.* A. The goute in the knee.

GONGRONA, Gr. γογγρώνη, eſt omnis tumor nervoſis partibus adveniens, cum duritie & rotunditate. Sic & in ſpecie *Bronchocele* nominatur.

GONGYLE ſeu STRONGYLE, dicitur rapæ radix, ob formam rotundam. Ἐ πιγογγύλος enim, ſeu γογγύλος eſt rotundus.

GONORRHOEA, eſt nimia ſeminis profuſio: eſtque ſimplex in qua ſemen crudum, tenue, nec album emittitur, idque potius ex proſtatis quam veſiculis ſeminariis: vel *Virulenta*, een Druipert noſtratibus, in qua virus quoddam liquidum album, vel flaveſcens excernitur, ex γόνη genitura, & ῥέω fluo. B. Zaad-loop / een druipert. G. Samenfluß / das flieſſen des ſamens. Gall. *Chaudepiſſe, Gonorrhée, flux de Semence, les Poulain.* A. Effuſion of ſeed, Luſitan Scantamento.

GONORRHÆA CHORDATA, eſt, quando una cum gonorrhœa urethra arcus inſtar tenditur, & ad inferiora cum

dolore

dolore flectitur. B. **Spanning in de schagt.** G. Spannung des schwantz. Gall. *Cordée.* A. Extendiug of the yard.

GOSSIPIUM, seu GOSSYPIUM, Gr. Χύλον. Ægyptii vocant *Gotne Msegiar*, an ab Ægypto *Gotne*, *Gottipium* & deinde Gossipium dicta hæc planta sit? B. **Boomwol/ Kattoen.** G. Baumwollen/ Bomesin. Gall. *Cotton.* A. Cotton-tree.

GRACILIS MUSCULUS, est Tibiæ musculus, oritur ex commissura ossis pubis, & in tibiam inseritur. B. **De smalle scheen-spier.** G. Der dunne scheinbeins mauß. Gal. *Muscle mince de la Jambe.* A. The small Muscle of the shin.

GRADUS, olim dicebatur de calore, frigore, siccitate & humiditate & humiditate Medicamentorum; constituebant enim quatuor gradus, pro numero Elementorum Peripateticorum; illi gradus adhuc sua extrema habebant, ut in initio, vel fine tertii aut quarti gradus. Chymici alios constituunt gradus, nempe circa calorem & regimen ignis, inter destillandum, digerendum &c. Sunt & qui alios tradiderunt, sed nugamenta sunt. Gr. Τάξις. B. **Een Graad.** G. Ein Grad. Gall. & A. *Degrée.*

GRAMEN, dicitur à gradiendo, quod geniculatis internodiis mirificè serpat, vel à gignendi fœcunditate, quod crebro ab iis novas spargat radices. Gr. Πόα & Ἄγρωστις, quia in ἀγρῷ nascitur. B. **Gras.** G. Graß. Gall. *Herbe*, *Herbage.* A. Grass.

GRAMMA, idem quod *Scrupulus.*

GRANA PARADISI, vide *Cardamomum.*

GRANATUM, dicitur fortè ab Hispaniæ regione Granata, quod in ea copiosè proveniat, vel ex eo, quia plurima intus grana contineat, ergo à Granis ei nomen impositum. B. **Granaat-appel.** G. Granat-apffel. Gall. *Pome de Granade.* A. Pomè Granate.

GRANATUS, est gemma pellucida, ex flavedine rubens, ignis instar, miniique nativi vel factitii colorem ferè referens. Sunt diversa genera gemmarum quo colorem ignis æmulantur, adeoque sub carbunculis (quæ nomine à carbonibus sumpto gemmas illas in genere vocant) comprehenduntur, uti *Granatus*, *Hiacynthus*, *Rubinus* &c. hinc sunt qui Granatum faciunt Rubinum obscuriore colore, expositus enim luci aut soli, carbonis imaginem ostendit dilucidius, quam ipsemet Rubinus. Sunt Granati alii (vel aliæ) orientales, alii occidentales. Orientales, nt meliores

res ita & pretiosiores, proinde provinciam officinalem solis Occidentalibus linquunt. Hi sunt tunc Hispanici, tum Bohemici, tum Silesiaci, è quibus Bohemici reliquos antecellunt. B. Granaat. G. Granat. Gall. *Grenat.* A. Granate.

GRANDINOSUM OS, idem quod *Cuboides.*

GRANDO, vide *Chalasia.*

GRANULATIO, est Metallum ad ignem fusum, seu liquatum, in frigidam per scopas, vel aliud vas perforatum, pedetentim effundere, in qua tunc fit, granorum ad instar, videlicet eum ad finem, ut ad solvendum sit aptius, estque nihil aliud, quam metalli alicujus fusi in grana reductio.

GRANUM, Gr. Σπέρμα, minimum pondus est quo utimur. Ejus loco sumuntur aliquando grana piperis albi, viginti scrupulum constituunt. In nativis semina sonat minutiora, sive rotunda ea sint, sive alius alicujus figuræ, uti hordei, tritici, piperis &c. B. Een Graen. G. Ein Korn/ ein Gran. Gall. *Un grain.* A. A graine.

GRAPHOIDES, est processus styliformis, circa cranii basin ad posteriora vergens, ex γραφὶς stylus, & εἶδος forma. *Graphoides* etiam dicitur ille musculus *Digastricus* dictus: Vide suo loco.

GRATIA DEI, Emplastri quædam species est, ex cerâ, resina, sevo, terebinthinâ, mastiche, olibano, & aliquando ærugine. Sic fortè nominatur ob præstantissimas vires. B. Gods gunste/ groenwasch. G. Grün wachs. Gall. *Cire verde.* A. An emplaister so called.

GRATIOLA, & GRATIA DEI, fortè sic vocatur, quod qui ejus succum sumunt, (vomitum enim concitat) sese quasi morti exponant. B. Gods-genade. G. Wild Aurin. Gall. *Gratiole.* A. Hedge Hyssop.

GRAVEDO, idem quod *Coryza.*

GRILLUS, vide *Gilla.*

GROSSI, appellantur fici, quæ non matureſcunt, privatim tamen in bifera fico eas intelliguut, quæ per messes maturantur. Hos grossulos Græci vocant ὀλύνθους.

GROSSULARIA, est *Uva Crispa*, & videtur diminutivum à grossus, ficus immatura, quia inter sese similitudinem quandam habent. B. Stekelbesien/ kruisdoorns/ kroes-besien. G. Kreuß-beer/ Johannis-beer. Gall. *Groisselles.* A. Goos-berrie.

GROSSUS, ficus immatura, Gr. ὄλυνθος, putant derivari à voce craſſus: mutatâ enim priori ſyllabâ, mutatur in *Groſſus*.

GRUS, inſtrumentum Chirurgicum eſt, ſive forceps, à figura roſtri gruis ſic dicta. B. Een Krane-bek. G. Ein Kranichs-ſchnabel. Gall. *Bec de grue.* A. A Cranes bill.

GRYPHUS, ſpecies eſt forcipis apud Chirurgos. B. Een Gieren bek. G. Ein greiffen-ſchnabel. Gall. *Bec de griffon.* The gryppel bill.

GUAJACUM, ſive *Lignum Sanctum*, arbor eſt exotica, in America creſcens, procera, quæ ex India occidentali ad nos tranſportatur. Sunt & variæ ſpecies. Lignum eſt ponderoſum citrini coloris, venis nigris & reſinoſis variegatum, acris ſaporis. Lignum, cortex & reſina in uſu ſunt, præſertim in lue venerea: Sudorem enim prolicit. B. Pokhout. G. Frantzoſen-holtz / heilig holtz. Gall. *Gujac*, *Bois ſaint.* A. Hoy wood.

GULA, idem quod *Pharynx.*

GUMMA GALLICUM, eſt oſſis quædam exeſio ſeu eroſio, in lue venerea aliisque morbis.

GUMMI, liquor eſt concretus, ex arboribus aut herbis deſtillans. B. Gom. G. Gummi. Gall. *Gomme.* A. Gum.

GURGULIO, idem quod *Cion.*

GUSTUS, eſt ſenſus, quo ex motu nervi guſtatorii linguæ & palato inſerti, anima ſapores percipit. B. De ſmaak. G. Der ſchmack. Gall. *Le gouſt.* A. The ſenſe of Taſting.

GUTTA GAMANDRA, idem quod *Gutta Gamba.*

GUTTA GAMBA, gummi eſt, quod ante annos quinquaginta primum cœpit ex China adferri, ſed etiam ex Siamo venit. Eſt ſuccus concretus ſive gummi (ut mihi retulerunt) alicujus arboris excelſæ, ſed cujus propriè tamen ſit ignoramus: Adfertur nobis ex India orientali: Purgat ἄνω καὶ κάτω. Græcis & Arabibus incognitum fuit. Color eſt inſtar mali ferè auriaci, ex rubro flaveſcens, ſed ſi lingua madida contrectetur, flaveſcit. Sæpe in cannis ad nos vehitur. Sapor ferè inſipidus, qui poſtea acrimoniam relinquit. Vocatur & *Gutta Gamandra*, *Gummi Gotta*, *Gutta Gemau*, *Catta gauma*, vel *Gemu Gummi Peruvianum* ſive *de Peru*, *de Jemu*, *de Gamandra*; aliis *Succus Cambici* vel *Cambrici.*

GUT-

GUTTALIS CARTILAGO, idem quod *Arytænoides*.

GUTTA ROSACEA, est rubedo maculosa, seu potius rubor cum tuberculis, quibus malæ, nasus & facies defædatur, ac si guttis roseis conspersa esset: sumunt ista tubercula interdum incrementum, unde facies inæqualis & horrida evadit, & nasus valde augetur. B. **Hooſe-drup / wijn-puiſten.** G. Wein-blattern / Roth-tropf / ein roth-fumicht und kupfferig angeſicht / voller rothen bocken. Gall. *Puſtule de Vin*. A. A redneſſ of the face with pimples.

GUTTA SERENA, idem quod *Amauroſis*.

GUTTUR, idem quod *Larynx*.

GUTTURIS OS, idem quod *Hyoidis Os*.

GUTTURNIIFORMIS CARTILAGO, idem quod *Arytænoides*.

GYMNASTICA seu EUECTICA MEDICINA, est pars Medicinæ, quæ tractat de conservanda sanitate, sive ὑγιεινῆς, ubi agitur de exercitiis modicis, à γυμνάζω exerceo.

GYNÆCIA, Gr. Γυναικεῖα, in genere affectus mulierum denotat, sed strictius apud Hippocratem sumitur pro mulierum menstruis; Item pro lochiis habentur puerperii tempore. Dicuntur & Ἐμμηνία & Καταμήνια, sive *Menstrua*, à γυναικίζω fœminam ago. Vide *Menstrua*.

GYNÆCOMASTUM, est mammarum nimium incrementum, ex γύνη mulier, & μαστὸς mamma, à μασσειν quæro, quia infantes lactis gratiâ mammas quærunt.

GYNÆCOMYSTAX, est Barbula pilosa in superiore pudendi muliebris parte; ex hac quidam de temperamento uteri & testiculorum judicium ferunt, ex γύναιξ fœmina, & μύσταξ barba.

H.

HABENA, Gr. Τελαμὼν, est vinculi Chirurgici species, quo vulnerum labia contrahuntur & suturæ vices sustinet. B. **Een bind-tuig / tuigel-tuig.** G. Zaum-zeug. Gall. *Bride*. A. A Bridle.

HABITUS, idem quod *Hexis*.

HÆMALOPS, oculus est cruentus, ex casu aut alias excitatus, ex αἷμα sanguis, & ὤψ oculus. B. **Een bloedig oog.** G. Ein Blutig aug. Gall. *l'Oeil Sanguinolent.* A. Bloudy eye.

HÆMATITES, est lapidis quædam species obscurè rubescens. Fractus, instar ligni petrefacti fibras oblongas habet, & in modum acuum acutas. Reperitur nonnunquam inter ferri fodinas, rubricamque æmulatur, ex Bohemia prope Uratislaviam adfertur; aliquando ex ostracite nascitur, uti propè Ascalingium, sive Hildesium contingit, ad ferri indolem accedit; durus est & æqualis, absque sordibus, aut venis intermediis, habetque cinnabari similem colorem, sed saturatiorem, si optimus fuerit; Loci natalis ratione, Hispanicus præstat. Pro sanguine sistendo, intus assumptus, Medicis in usu est. B. **Bloedsteen.** G. Der Blutstein. Gall. *Hematite.* A. Blood-stone. Arab. Scedenigi.

HÆMATODES, est Geranii species, cujus radices rubicundi sunt coloris, ex αἷμα sanguis & εἶδος forma. B. **Bloed-woztel/ berg-opevaar/ bloed-kruid.** G. Blutwurtz.

HÆMATOSIS, sive SANGUIFICATIO, quæ maximè à dissolutione & unione particularum sc. spirituum, sulphuris, & salis dependet; præsertim ab inspiratione salis aërei, à quo in pulmonibus cruor sulphureus quasi effervescit & accenditur. Sanguificatio fit in omnibus partibus corporis, non in peculiari parte, ut corde, hepate vel liene, ab αἱματόω sanguifico. B. **Bloed-making.** G. Das Blutmachen. Gall. *Sanguification.* A. Bloud-making, Sanguification.

HÆMODERUM, est Genista tinctoria, à cute nempe tanquam cruore infecta, ex αἷμα sanguis, & δέρμα pellis.

HÆMODIA, vulgo dentium dolorificus torpor seu stupor, ea est in dentibus aut potius membranis, dentes investientibus, imo multis modis in cavernulis dentium interius inter se implexis seu nervorum per substantiam dentium dispersorum ramulis, qui vellicantur, corrugantur & dolore afficiuntur. Stupor iste sæpe evenit post acida ingesta aut vomitu ejecta, ab αἱμωδιάω obstupesco, ex αἷμα sanguis & ὀδὼς dens. Antiqui fortè sanguinem esse in causa affirmarunt. Quidam per *Hæmodiam* omnem dentium dolorem intelligunt. B. **Boomigheid** vel **eggerigheid der tanden.**

den. G. Herbe / oder unempfindlichkeit der zähnen. Gall. *Hemodie*, *Agaçement de dents*. A. Edgeneſſe of the teeth.

HÆMOPHOBUS, eſt, qui ſanguinis miſſionem timet, ex αἷμα ſanguis, & φοβέω timeo.

HÆMOPTOICA, ſunt quæ ſanguinis ſpuitioni medentur, ab αἷμα ſanguis, & πτύω ſpuo.

HÆMOPTYSIS, eſt ſanguinis per ſputa è pulmonibus rejectio, quæ fit exudatione ex laryngis glandulis, quibus tunica intus veſtitur: cum nempe arteriarum oſcula relaxata fuerint: vel ex ruptis magnis vaſis in ipſis pulmonibus, vel ex ipſis veſiculis pulmonariis, ex αἷμα ſanguis, & πτύω ſpuo. B. **Bloed-ſpuwen.** G. Das Blut-ſpeyen. Gall. *Crachement de ſang*. A. Spitting of blood.

HÆMORHAGIA, in genere ſignificat omnem ſanguinis effluxum, uti ex pudendo muliebri, dentibus, vulneribus, oculis &c. verum in ſpecie de narium ſtillicidio ſanguineo dicitur, ex αἷμα ſanguis, & ῥήγνυμι rumpo. B. **Bloeding / Neusbloeding.** G. Naß-blut / Blut-fluß. Gall. *Hemorrhagie*, *Perte de ſang*, *Flux de ſang*. A. A Flixe of bloud.

HÆMORRHOIS, dicitur ſanguinis profluvium ex venis quæ ſunt in ano; ſed non raro denotantur hoc vocabulo *Hæmorrhoides Cæcæ*, ſive tumores aut varices in ano abſque ſanguinis effluxu; nam ſi effundatur, *Hæmorrhoides Apertæ* dicuntur. *Internæ*, ſi in ano lateant, appellantur, & *Externæ* ſi exterius conſpiciantur, ſæpe non ſanguinem, ſed & pus effundunt, ex αἷμα ſanguis, ῥέω fluo, & εἶδος forma. Illud malum B. vocatur **Speenen / Ambeyen / Daamen.** G. Feigwartzen. Gall. *Hemorrhoides*. A. Piles or Hemorrhoides in the Foundament. Item *Hæmorrhoidis Vena*, eſt ramus venæ portæ à trunco venæ portæ ad inteſtinum rectum & anum porrectus, vehens ſanguinem in hepatis portam. B. **Speen-ader / gulde-ader** / quia Veteres putavere ejus apertionem eſſe ſalutarem, & ex liene ejici. G. Die Goldader / maſt körner / Ruck-ader / die ſpän / der blutfluß unter ſich. Gall. *Les Emroides*. A. Hemorrhoides vel Piles.

HAGIOSPERMUM, dicitur ſemen ſantonici, idque ob vires eximias. Ex ἅγιος ſanctum & σπέρμα ſemen.

HÆMOSTATICUM, eſt illud quod ſanguinem ſiſtit, ex αἷμα ſanguis, & ἵστημι ſiſto. B. **Bloedſtemptſel.** G.

Blutſtillende mittel. Gall. *Remede qu'etanche le Sang.* A. A bloud ſtopping, remedy.

HALICACABUM, ſunt fructus alkekengi.

HALIMUS, idem quod *Halymus.*

HALO, eſt area rubra utrique papillæ in mammis circumfuſa. *Halos* quoque dicitur. Gr. Ἅλως. B. **Kring om de tepel.**

HALYPHÆOS, eſt arbor glandifera, ſic ob corticem craſſum vocatur, ex ἄλης vel ἀλὴς craſſus, denſus, & φλοιὸς cortex. Alii arborem illam quaſi ſalſicorticem vocarunt, ſumendo pro ἀλὴς illud ἅλς mare, ſal, ſed minus rectè.

HALYMUS, potius ſcribendum *Halimus*, eſt Portulaca marina, ſic dicta, quod in æſtuariis juxta maritima loca creſcat; ideoque etiam ſalſi eſt ſaporis, & nomen ſortitur ab ἅλς ſal. Eſt & alia ejuſdem nominis planta ſitim & famem extinguens, & tunc derivatur ab α priv & λιμὸς fames.

HALMYCIS, eſt Braſſicæ marinæ ſylveſtris ſpecies; ſic à ſalſo ſapore vocatur, derivatur ab ἅλς ſal, mare, unde ἁλμυρὸς ſalſus.

ὍAMA, cum Medicamenti doſis unica vice propinatur.

HAMMA, idem quod *Amma.*

HAMUS & HAMULUS, Gr. Ἄγκιστρον, eſt Inſtrumentum Chirurgicum pro fœtu demortuo aut mola extrahenda accommodatum. Interdum & faſciæ nomen eſt. B. **Een Haak.** G. Ein Angel/ Haken. Gall. *Crochet, ou Haim, Hameſſon, Croc.* A. An Hooke, a crooke, a caltrope.

HAMUS, B. **Angel-band**/ vide *Cuſpis.*

HARMALA, eſt nomen veniens ab arabica voce *Harmel:* ſed vulgo appellatur Ruta ſylveſtris.

HARUNDO, idem quod *Arundo.*

HARMONIA, eſt in genere convenientia ſive membrorum ſive qualitatum, ſive alicujus medicaminis mixturæ; ſed in ſpecie eſt oſſium per ſimplicem lineam conjunctio, ut in oſſibus naſi, & palati conſpici licet, ab ἁρμὸω congruo, adapto. B. **Overeenkomſt.** G. Zuſammen ſtimmung. Gall. *Harmonie.* A. Harmonie.

HAUSTUS, ſive POTIO, eſt liquida medicamenti interni forma, in unicam doſin, ex variis ingredientibus cum ido-

idoneo liquore, decoctione, infusione, aut dissolutione, ad purgandum, alterandum, vel sudandum &c. composita. B. Een Dranksjen. G. Ein Trunck / Träncklein. Gall. *Breuvasie*, *Potion*. A. Potion.

HEBENUM, idem quod *Ebenum*.

HEBISCUS, idem quod *Hibiscus*.

HECATONTAPHYLLUM, sic vocatur Rosa foliis pleniſſima, quasi diceres *Centumfolia*; ex ἑκατὸν centum, & φύλλον folium.

HECTICA, est febris continua, ex ipso corporis, ut dicitur, habitu orta, & longo tempore introducta, quæ adeo radices egit, ut vel ægerrimè expelli possit, cui plerumque adest ulcus pulmonum, macies & tussis, ab ἕξις habitus, quia in habitu corporis adeo fixa est, ut omnes partes tententur & emacientur. B. **Uitterende en uitdrooginde Koorts.** G. Die schwindsucht. Gall. *Fiévre ectique*. A. An hectick or pining, Consumption.

HEDERA, Gr. Κισσὸς & Ἕλιξ, sic dicta quod vetustis parietibus adhæreat, vel potius quia edita petat, & alte divagetur: vel quia id, cui adhæserit, edat atque corrumpat. Athenienses Bacchum appellarunt *Citton*, quo nomine rigens hedera, quæ sine adminiculo stat, sola omnium generum ob id vocata est *Cissos*: è diverso nunquam nisi repens humi Chamæcissus. Sic *Dionysia*, hoc est, *Bacchica*, nominata est à Baccho, qui primus ex Indis in Græciam Hederam asportavit: vel quod in tutela ejus fuerit: nam ut ille juvenis semper, ita hæc viret. Nec secus omnia, sicut ille mentes hominum, alligat Κισσὸς, fortè à κίω scindo, quia alias arbores *scindit* & perdit. B. **Ulim / Veil.** G. Ephew / Epptch. Gall. *Liere*. A. Ivy, Ivie.

HEDERA TERRESTRIS, & CORONA TERRÆ, Gr. *Chamæcissus* & γῆς στέφανος. Sic dicta quod nunquam non repat humi, foliis Hederæ similibus. *Coronæ terræ*, quod ramulos suos per terram spargens, folioso veluti serto eandem coronare videatur. B. **Onderhave / Aardveil / Honds-draf.** G. Gunder-mann / Erdephew / Erden-krentzlein / Gundel-reben. Gall. *Liere terrestre*, *Liere Trainout*. A. Ground Ivy.

HEDRA, vide *Eccope*.

HEDYCHROUM, est Medicamentum jucundi coloris, ab ἡδὺ jucundum & χρόα color.

HEDYOSMOS, vide *Mentha*, ex ἡδὺ suave & ὀσμὴ odor.

HEDYPNOIS, vocatur Cichorei ſpecies: vel quod in cibo ſumptum ſuaviorem & jucundiorem faciat animam, id eſt, ſuavem anhelitum præſtet; vel, ut alii malunt, quod jucundum conciliet ſomnum, ex ἡδὺς ſuavis, & πνέω ſpiro, unde πνοὴ ſpiritus.

HEDYSARUM, eſt Securidæ ſpecies, ſic ob ſuaveolentiam dicta, odorem enim emittit fœnugræco, Lupino ac Meliloto non diſſimilem, ex ἡδὺ ſuave, & αἴρω haurio: ſed alii ab Aron diducunt. A. Honey-ſuc. les.

HEDYSMA, eſt illud, quod ſuavem gratumque Medicamentis odorem conciliat, ab ἡδὺς ſuavis, jucundus. B. Een lieffelijke reuk. G. Ein lieblich geruch. Gall *Odeur agreable*. A. Pleaſing ſent

HEGEMONICÆ, ſunt actiones principales in corpore humano, ut ſunt actiones animales & vitales, ab ἡγέομαι imperium habeo.

HELCOMA, idem quod *Exulceratio*, dicitur & *Helcyſma* & *Helcoſis*.

HELCOS, idem quod *Ulcus*.

HELCYDRIA, ſunt ulcuſcula quædam parva, denſa & rubra in capitis cute apparentia papillis mammillarum ſimilia, à quibus ichor defluit, ab ἑλκόω ulcero.

HELCTICA, ab ἕλκω traho, vide *Attrahentia*.

HELEAGNUS, putatur eſſe Myrtus Brabantica, *Gagel* dicta, an ab ἕλος palus, & ἁγνὸς caſtus? naſcitur enim in locis paludoſis.

HELENIUM, vulgo *Elenium*, *Enula Campana* & *Inula*, ex lachrymis Helenæ natum ſcribunt, hinc quæ in Rhodo naſcitur ab Helena nomen hoc ſumpſit; nam ad eandem naſcitur quercum, ex quâ ſe Helena ſtrangulavit. Illa planta in inſulâ Helenâ maximè laudatur. Alii derivant ἀπὸ τὸ πολλοὺς ἑλεῖν τῷ κάλλει, quod multos alliciat pulchritudine ſuâ, vel quod formæ faveat, mulierumque cutim in facie incorruptam nutriat, quo fit ut pulchriores videantur & adamentur, alioſque in ſui amorem alliciant. Malunt alii *Helenium* vocari, quod ab *Helenâ* adverſus Serpentum ictus inventum ſit. Alii ab *Helenâ inſulâ*, ubi longè optimum luxuriat. Hinc quoque deſcendit nomen *Enula*, & *Inula*, additur vulgo *Campana*, an ex Campania huc allata ſit, credendum fortè. Alant-wortel / Galant-wortel. G. Alant-wurtz. Gall. *Aulne*. A. Elecampane.

HELIANTHE, & HELIANTHEMUM, vel HE-

LIAN-

LIANTHON, HELIANTHOS: illud nomen imponitur diverſis floribus ſolis curſum aſpicientibus, ex ἥλιος ſol, & ἄνθος flos.

HELICE, eſt Salicis ſpecies, ab urbe Ἑλίκη nomen fortè habuit.

HELEOCHRYSUM, eſt nomen, quo varii flores lutei vocantur, ex ἥλιος ſol, & χρυσὸς aurum, quia flores non tantum aurei, ſed & ſplendentes eſſe debent.

HELIOSCOPIOS TITHYMALLUS, eſt Tithymallus ſolſequius, ſic dictus, quod ejus corona ſemper ſolem aſpiciat, ex ἥλιος ſol, & σκέπτομαι aſpicio. B. **Sonnewende / Kroontjes-kruid / Sonne-volgende Wolfsmelk.** G. Sonnenwendel-wolffs-milch.

HELIOSIS, eſt inſolatio ſive apricatio, ab ἥλιος ſol.

HELIOTROPIUM, hoc nomine appellantur omnes plantæ ſeſe ſoli obvertentes, ab ἥλιος ſol, & τρέπω verto.

HELIX, eſt Hedera vel Convolvulus, ſic dicitur, quia arboribus &c. circumvolvitur, ab ἑλίσσω circumvolvo.

HELIX, ſeu CAPREOLUS, eſt exterior auris crepido, ſic ob tortuoſum flexum nuncupata, interior *Scapha* dicitur Ἕλιξ *Ruſo*, Κοχλία *Poll.* at *Scapha* ſeu Ἀντέλιξ *Ruſo*, Σκάφος *Polluci*, ab ἑλίσσω involvo. B. **De oor-rand.** G. Der Ohr-rand. Gall. *Le bord de l'Oreille.* A. The ring, or brim of the ear.

HELLEBORINE, vide *Elleborine.*

HELLEBORUS, vide *Elleborus.*

HELLECEBRA, vide *Illecebra.*

HELMINTHAGOGA, ſunt Medicamenta vermes expellentia, ab ἕλμινθις vermis, & ἄγω duco. Idem quod *Helmintica.* B. **Wormmiddelen.** G. Würm tötende-mittlen. Gall. *Mort aux Vers.* A. Worm-ſeed.

HELMINTHES, vide *Elminthes.*

HELMINTHICA, ſunt Medicamenta vermes necantia, vide *Lumbrici.* B. **Wormmiddelen.** G. Würm treibende-mittlen. Gall. *Mort aux vers.* A. A vermifuge.

HELODES, vide *Elodes.*

HELOS, ſive CLAVUS, pedis eſt tuberculum rotundum, album, calloſum, clavorum caput referens, & pedis cuti prædurę radicibus infixum, ab ἥλος clavum figo. Gr. Ἧλος *Lat.* Clavus. B. **Lijk-dooren / exteroogen.** G. Eyerſtenaug / älſteraug / ein hüner auge / liddorn. Gall. *Un cer ou cal au pied.* A. A Corn.

HELOSIS, est inversio palpebræ reflexa, & in utroque oculi musculo convulsio, ab εἰλύω volvo, verto. B. **Omkrulling des oog-scheels.** G. Das Umbkehren der augliderеn. Gall. *Renversement de les Paupieres.* A. Turning contrary wise of the Eylids.

HELXINE, est herba sic dicta, quod prætereuntium vestes attrahat; sic dicitur *Parietaria*, à semine aspero, ab ἕλκω traho. Vocatur quoque *Urceolus*, *Muralium* & *Muralis*, quia muris & parietibus accrescit. *Perdicium* vero, quod eâ perdices præcipuè vescantur. Vide *Parietaria.*

HELXINE CISAMPELOS, sive CONVOLVULUS, VOLUBILIS, & VITEALIS, dicitur *Cisampelos*, quod in vineis potissimum nascatur & folio Hederaceo. *Convolvulus* vero, quod crebra revolutione vicinos frutices & herbas implicet, ex κισσὸς hedera, & ἄμπελος vitis. B. **Swarte Winde.** G. Schwartz-winde. Gall. *Hierre noir.*

HEMERALOPS & HEMERALOPIA, sive ACIES NOCTURNA, est vitium visus eorum qui noctu melius quam interdiu vident, ex ἡμέρα dies, & ὤψ oculus. B. **Katte-oogen/dag-blint.** G. Tag-blind/ Katz-augen. Gall. *Yeux de Chat*, *Aveugle de Jour.* A. Cat-eyed, day-blind.

HEMEROCALLIS, est Lilii species, sic dicta, quod die sereno bonum aspectum præbeat; noctu vero in sese quasi collabitur contrahiturque, ex ἡμέρα dies, & καλὴ pulchra, vel κάλλος pulchritudo.

HEMICERAUNIUS, Gr. ἡμικεραύνιος, fasciæ nomen olim fuit, dorsi & pectoris deligationi inserviens, ex ἡμὶ semi, & κεραυνὸς fulmen, forte quia fascia fuit scissa, uti & fulmen se scindit.

HEMICRANIA, est capitis dolor, alterutram cerebri partem obsidens, ex ἡμὶ semis, & κρανίον calvaria. B. **Scheel hooft-zweer.** G. Hauptwehe an einer seiten des Haupts. Gall. *Migraine*, *Hemicrane.* A. The halfe head-ache, or Megrim.

HEMIDRACHMON, sive SEMIDRACHMA, est pondus dimidiæ drachmæ. B. **Een half vierendeel-loots.** G. Een half quintlein. Gall. *Demi drachme.* A. Halfe a dram.

HEMIECTON, quasi semisextam mensuram significat dimidiati sextarii quatuor Chænices capientem, estque pars duodecima Medimni Attici. Videtur quoque sellam significare pro suffitu immittendo mulieri. Imo & ollam significare

ficare potest., quatuor Chænices capientem, cui velut sellæ insidere debet mulier ad capiendum suffitum diductis cruribus.

HEMINA, Romana vox est, ex Græco quidem ἥμιον, quod dimidia sextarii pars sit, derivata, Gr. Κοτύλη nominatur: capit uncias decem mensurales.

HEMIOBOLION, est duodecima pars drachmæ; drachma enim continet sex obolos.

HEMIOLIUM, seu *Sesquiuncia*, *Sescuncia*, Drachmarum duodecim pondus est.

HEMIONIUM, nomen huic non impositum à figura, nec à potestate similive affectu, quam cum Hemiotide habet, sed cum exhibitum cum muli liene, ungula ac pelle steriles reddat mulieres, uti sunt muli, mulæque: vel nomen illud accepit, quod muli hac herba delectentur, ex ἡμὶ semis, & ὄνος asinus, quia semi asini fiunt.

HEMIONITIS, est Asplenii species, dicta videtur, non quod hanc muli vorant, nec quod steriles reddat comedentes, sed quod ipsa sterilis instar muli sit, ex ἡμὶ semi, & ὄνος asinus.

HEMIPAGIA, ex ἡμὶ semi & πάγος concretus, fixus, quia dolor est fixus, idem quod *Hemicrania*.

HEMIPLEGIA, est paralysis unius lateris infra caput, proveniens ab obstructione in alterutra medullæ spinalis parte, vel à plaga exterius immissa; unde nullus spirituum animalium fluxioni aditus patescit, ex ἡμὶ semi, & πλήσσω percutio. B. **Lammigheid aan eene zyde.** G. Der halbe schlag auff einer seiten. G. *Paralisie d'un Costé.* A. A Palsy of one side.

HEMIPLEXIA, ex ἡμὶ semi, & πλήσσω percutio, idem quod *Hemiplegia*.

HEMITRITÆUS, sive FEBRIS SEMITERTIANA, an detur, litigant authores, & si detur, credo esse febrem erraticam, ex ἡμὶ semi, & τρίτος tertius. B. **Halve anderendaagse koorts.**

HEMIUNCION, denotat dimidiam unciæ partem.

HEMYXESTON, idem quod *Hemina*.

HENOPHYLLUM, est unifolium, ex ἕν unum & φύλλον folium. B. **Een-blad.** G. Ein-blat. A. One blade. Gr. Μονόφυλλον.

HEPAR, JECUR, Ἧπαρ *Nicand.* est organum sive viscus in imo ventre, sub diaphragmatis latere dextro situm,

tum, ejus crassities & magnitudo in homine insignis est; membrana cingitur tenui, à peritonæo orta; connectitur per tria ligamenta valida 1. Abdomini per venam umbilicalem. 2. Superius diaphragmati, per ligamentum latum membranosum & tenue, à parte dextra. 3. Superius etiam diaphragmati à sinistra per ligamentum teres & validissimum; dividitur in partem simam, cui vesicula fellis, & ductus hepaticus adhærescit. Color ejus rubicundus est. Hepatis substantia ex plurimis membranis & acinis sive glandulis constat. Quod ex frequentibus lotionibus compertum habeo. In eo sanguis lienaris per venam portæ vectus cum arterioso per arteriam cœliacam suppeditatus, aliquo modo effervescit, (cum nempe nutritione peracta in venas regeritur) & sanguinis compagem dissolvit, unde ejus particulæ salinæ & sulphureæ quæ bilem constituunt, ab acinis glandulosis segregantur, & per ductum hepaticum & vesiculam felleam ad intestinum duodenum amandantur. In homine lobi nulli; ast in brutis plures in partes dividitur, quos lobos, pinnas, Jecinoris fibras & ἔρικες vocant, ab ἐπέω operor: credebant enim Antiqui in eo sanguinem elaborari & confici, cum tamen sanguinis recrementa biliosa ibi separantur; unde ἔα sanguis, aut ver, quia viscus temperatum est, quidam ab ἠπανία inopia, alii ab ἤπιον benigne, mite. B. Lever. G. Die Leber. Gall *Le Foye*. A. The liver.

HEPAR UTERINUM, idem quod *Placenta Uteri*.

HEPATICA, medicamenta sunt, quæ olim specificè contra hepatis morbos applicabantur. Sed quia specifica talia non dantur, illa vox apud veriores Medicos planè evanuit. B. Middelen tegens de Lever-siekten. G. Mittlen gegen die Leber-sucht. Gall. *Remede Hepatique*. A. Remedie agaist the disease of the liver.

HEPATICA, eo nomine & insigniuntur variæ plantæ, quibus Hepatis malis medentur. B. Lever-kruid. G. Leber-kraut. Gall. *Hepatique*. A. Liver-wort.

HEPATICA VENA, idem quod *Basilica*.

HEPATICUS FLUXUS, malè ita nominatus, quia Hepar non est in causa, sed vasa ad intestina excurrentia, aperta, & sanguinem fundentia. Vide *Fluxus Hepaticus*. B. Lever-vloed. G. Leberfluß. Gall. *Flux de sang*, *Flux Hepatique*. A. The flixe of the liver.

HEPATORIUM, idem quod *Eupatorium*.

HEPIALA, idem quod *Epiala*.

HE-

HEPTARYLLUM, seu septifolium, estque *Tormentilla*, sic vocatur, quod ferè semper septem folia ubique caulem ambiunt, ab ἑπτὰ septem, & φύλλον folium. B. Seven-blad. G. Birck-wurtz. Gall. *Tormentille*. A. Tormentil.

HEPTAPSEURON, est Plantago major, septenis costis gaudens, ex ἑπτὰ septem, & πλευρὸν costa. Vide *Plantago*.

HERALEA, illud nomen diversis inditur herbis; ab Hercule procul dubio accepit, sed qua de causa nescio.

HERACLEOTICUM, nempe *Origanum*, dictum ab Heraclea Ponti.

HERACLEUS MORBUS, idem quod *Epilepsia*.

HERBA, est planta frutice minor, seu id quod à radice foliatum, sine caudice provenit, sæpiusque semen in caule fert. In praxi tamen, pro foliis solis ut plurimum usurpatur. Gr. Βοτάνη, & πόα. B. Kruid. G. Ein Kraut. Gall. *Herbe*. A. Herbe.

HERBA BENEDICTA, vide *Caryophyllata*.

HERBA SACRA, vide *Peristeron*.

HERBA STELLÆ, vide *Coronopus*.

HERCULEUS MORBUS, idem quod *Epilepsia*.

HEREDITARII MORBI, dicuntur quos & parentes habuerunt, & jam filios invaserunt, ut sunt *Podagra*, *Phthisis*, *Nephritis*, &c. B. Erf-siekten. G. Erbkranckheit/ angeborne gebrechlichkeit. Gall. *Maladie Hereditaire*. A. An Hereditarie Sickneſſe.

HERMAPHRODITUS, est homo utriusque sexus, id est, vir & fœmina simul. Verum muliebribus instrumentis duntaxat utuntur, rarissimè viri sunt; conformatio istæc & abusus inde contingit, quod plus justo clitoris propendeat, ex Ἑρμῆς *Mercurius*, sic dictus ab interpretando, & Ἀφροδίτη *Venus*. B. Een Man-Vrouw. G. Mann und weib zugleich. Gall. & A. *Hermaphrodite*.

HERMETICA MEDICINA, quam *Ægyptii* falsò à *Mercurio* deducunt. Hæc morborum causas ad sal, Sulphur & Mercurium refert, & generosissima remedia, non modo ex vegetabilibus & animalibus, verum etiam è mineralibus præparat. B. Hermetische Medicine. G. Hermetische artzney. Gall. *Medicine Hermetique*. A. Medicine of Hermes.

HERMETICE SIGILLARE, scribitur sæpe duabus lite-

literis H. & S. est quando vitra ita ferruminantur, ut ne gry quidem possit exhalare, & fit sive vitri colliquatione, sive alterius indolis luto.

HERMODACTYLUS, est radix bulbosa, sed cujus sit plantæ, non audeo dicere, dicunt esse colchici speciem, quod vix credibile est, cum omnes ejusmodi bulbi ad interius usque corculum tunicas habent, quæ in Hermodactylis non reperiuntur: solidiorem esse radicem crediderim, uti est aristolochia rotunda, quæ etiam tota in farinam facile tunditur, uti & Hermodactyli, figuram repræsentat corculi, intus alba est, adfertur ad nos ex Syria: saporem habet insipidum, & leniter purgat, unde nomen habeat nescio, nisi ab ἑρμῆς *Mercurius*, & δάκτυλος *Dactylus*, palmæ fructus.

HERNIA, RAMEX, Gr. Κήλη, propriè est intestinorum, omenti &c. in inguina, per processus peritonæi dilatatos, prolapsus; item quando umbilicus protuberat. Impropriè dicitur uteri prolapsus; *Bronchocele*; *Varices vasorum spermaticorum*, item distensiones à flatibus, humoribus aquosis, vel tumoribus &c. B. **Een bzeuk / geschеurthtid.** G. Ein Bruch / Zerreissung. Gall. *Hernie*, *Rupture*, *Hargne*, *Rompeure*, *Greveure*. A. A Chaf, a cleft, a bursting.

HERNIA GUTTALIS, idem quod *Bronchocele*.

HERNIA SCROTALIS, est, quando testiculi à venere nimium excrevere. Vocatur & *Hernia veneris*. B. **Venus-kloot / Sand-kloot.** G. Hoden-bruch. Gall. *Hernie Veneriene*. A. A bursting of the stones.

HERNIA VENERIS, idem quod *Hernia Scrotalis*.

HERNIA UTERI, raro est, & maxima ex parte tunicæ internæ vaginæ relaxatio & prolapsus. Vide in *Procidentia Uteri*. B. **Lysmoeders bzeuk.** G. Mutter-bruch. Gall. *Hernie de la matrice*. A. A Falling of the womb.

HERNIARIA, HERBA TURCA & POLYGONUM MINUS, sic appellatur, quod dicitur herniis ea mederi. B. **Duisent kooyn / Duisent-gzein.** G. Harn-kraut / Bruch-kraut / Tausend-körner. Gall. *Boutonet*, *Renovée*, *Cornigiole* A. Rupture wort, Burst-wort, knotgrass.

HERPES, sive inflammatio serpiginosa, *Zona* Scribonio, *Serpens* Lucretio, Ἕρπης Dioscoridi, Ἑρπηδὼν Nicandro, ζωστὴρ Plinio, Ἑρπυστὴρ ἕλκος Polluci: quæ duplex est, *Miliaris* seu *Pustularis*. Gr. Κυγχρὸς. Celso *Ignis Sacer*, Avicennæ *Formica Corrosiva*. B. **Haer-wozm.** Quæ cum pru-

prurigine, cutim ſolùmmodo occupat. G. Zittermahl/ die böſe ſpitzige räude/ haarwurm. Gall. *Galle*, *Gratelle*, *ſeu volage*, *les dartres*. A. A Ring worm, A Hair-worm. Altera, *Exedens*, ſive Ἔρπης ἐσθιόμενος, quæ non tantum cutim, ſed & muſculos ſubjectos obſidet. Cauſa eſt, quando glandulæ cutaneæ nimis ubertim particulis ſalſis ſuffunduntur, quæ ab aliis viſcidis continentur ne effluant, pruritum & ulcuſcula miliaria excitant, quæ aliquando, ſi materia peccans abundaverit, cruſtam excitant & ſubjectas partes exedunt, ab ἕρπω ſerpo, quia continuo ſerpit. B. Dauwoꝛm/ de Wolf. G. Der freſſende Wurm. Gall. *Gratelles Rongeante*. A. Dewe-worm.

HESPERIS, eſt Leucoii ſpecies. Sic dicitur quod veſpertino tempore & noctu melius oleat quam interdiu, ab ἑσπέρα veſper.

HETEROCRANIA, ſive HEMICRANTA, eſt dolor alterutram capitis partem obſidens, ab ἕτερον alterum, & κρανίον calva. B. Hooft-pijn / die een van beide zyde des hoofts beſet. G. Hauptwehe an einer ſeiten des Haupts. Gall. *Hemicrane*. A. The halfe head-ache.

HETEROGENEUM, ſeu ANOMEOMERES, eſt quando improportionatum quid ſanguini & ſpiritibus, ut in febribus, vertigine, motibus convulſivis, & apoplexia, accreſcit, ex ἕτερον alterum, & γένος ſexus, genus. B. Meerdaantig/ veeldaantig. G. Ungleich/ Manchfaltig. Gall. *Hétérogene*. A. Idem.

HETERORHYTHMUS, eſt ætas alia, quam anni ferunt: Ex. Gr. ſi juvenis ſenilem, & ſenex juvenilem ætatem degunt: Illa differentia etiam de pulſibus dicitur, cum in morbis diverſus modulus pulſandi tenetur, ab ἕτερος alter, & ῥυθμὸς modulus.

HEXAGIUM, pendet quatuor ſcrupulos, Latinis *Sextula* eſt, alii drachmam unam cum dimidia eſſe dicunt.

HEXIS, eſt habitus ſeu habitudo corporis, ab ἔχω habeo. B. Geſteltheit des Lighaams. G. Die Geſtalt des Leibes. Gall. *Diſpoſition du Corps*. A. An Habitaude of body.

HIBISCUS, vide *Ibiſcus*.

HIDROA, SUDAMINA, PAPULÆ SUDORALES & SUDOSÆ, ſunt quædam tubercula lata & humida, pruriginoſa granis milii ſimilia, interdum ſine pruritu, quæ cutim ἑλκώδως exaſperant, fiunt hæc, quando ſudor ob cutis

tis densitatem erumpere impeditur, adeo ut materia ibi retenta, & tenuiori pueris per vasa lymphica revecta vel evaporata, cutis in tumorem elevetur. Affectus hic familiaris est pueris & juvenibus, præsertim temperamento calidioribus, qui æstatis tempore nimis moventur & exercentur, in collo, scapulis, pectore, brachiis & femoribus, frequentius tamen circa pudenda & anum accidens. Arab. *Asef & Alhasef.* Lat. *Sudamina.* Gr. Ἐκξέματα, ab ὑδὼρ aqua, vel ἱδρόω sudo. B. **Sweet-puisjes.** G. Schweiß-blätter/hitz Blätterlein. Gall. *Vessie de sueur.* A. Sweating pushe.

HIDROCRITICA, sunt judicia, quæ à sudore desumuntur, ab ἱδρὼς sudor, & κρίνω judico. B. **Oordeel uit sweeten.** G. Urtheilen auß das schwitzen. Gall. *Jugemen selon la suëur.* A. A jugd ment taken from sweating.

HIDRONOSUS, est febris, in qua plurimus sudor prodit, quæ ab *Anglis Sudor Anglicus* nominatur, ex ἱδρὼς sudor, & νόσος morbus. Idem quod *Hydropyrotos* vel *Sudor Anglicus.* B. **Sweet-koors.** G. Schweiß-fieber. Gall. *Fievre suante, la suëur Epidimiale.* A. The Sweating Feaver.

HIDROPYRETOS, idem quod *Sudor Anglicus*, ex ἱδρὼς sudor, & πυρετὸς febris.

HIDROS, idem quod *Sudor*, ab ἱδρόω sudo.

HIDROTICA seu SUDORIFERA, sunt, quæ fermentando & attenuando penitiores sanguinis poros penetrant, incidunt, attenuant, rarefaciunt, & vasa comprimendo, partim in sudorem erumpunt & partim in halitum convertunt, & quæcumque obvia sunt secum deferunt, & in summa corporis propellunt ubi illa in sensibilem sudoris liquorem condensata erumpunt, ab ἱδρὼς sudor. B. **Sweet-middelen.** G. Schwitz treibende mittlen. Gall. *Remede Sudorifique, diaphoretique, Suante.* A. A Remedie producing sweat.

HIERABOTANE, vide *Peristeron.*

HIERACIUM, nomen accepit ab accipitre. Gr. ἱέραξι quia creditur illam hujus succo oculos restituere, scalpendo enim illud, succoque oculos tingendo, obscuritatem cum sensere, discutiunt, Sonchites etiam appellatur, quod soncho non admodum dissimilis sit, maximè quod ad ejus circumferentiam & extremam partem, in qua caules & flores sunt, attinet. Propter lacteum succum, *Lactuca sylvatica* vocatur, appellatur etiam *Accipitrina.* B. **Havik-kruid.** G.

Ha-

Habich-kraut. Gall. *Cichoree Jaulne.* A. Hawke wede.

HIERA PICRA, est Electuarium ex aloë, ligno aloës, radicibus azari, spica indica, croco, mastiche & melle paratum, ex ἱερὸς sancta, propter vires laudabiles, & πικρὸς amara. B. **Heilig bitter.** G. Heilig bitter. Gall. *Le Saint amér.* A. The holy bitter.

HIEROGLIPHICÆ notæ, sunt plicæ, rugæque in manibus, ex quibus vana curiositas multum prædicere conatur, ex ἱερὸς sanctum, & γλύφω sculpo. B. **Hand-liplikouſt.** G. Wahrsagen auß den Händen. Gall. *Chiromantice.* A. Chiromancy.

HIPPOCAMPUS, non tantum pisciculus marinus est, sed & processus ventriculorum cerebri superiorum sive anteriorum, ex ἵππος equus, & κάμπτω inflecto, quia illud animaculum inflexum est.

HIPPOCRATICA FACIES, vide *Facies Hippocratica.*

HIPPOCRATIS MANICA, vide *Manica Hippocratis.*

HIPPOGLOSSUM, vide *Hypoglossum.*

HIPPOLAPATHUM, est Rhabarbarum monachorum seu lapathum magnum, ita ob magnitudinem appellatum videtur, ex ἵππος equus & Lapathum. B. **Groote** vel **Water-patig.** G. Mengel-wurtz / Streis-wurtz / Rot-ritter. Gall. *Lapais, Pareille.* A. Patience, vel Monks-Rubarb.

HIPPOPHAES, an ἀπὸ τοῦ ἵππος & φάος, quod est lux, lumen, vel splendor equorum? an ἀπὸ τοῦ ἵππος, quod in compositionibus, magnitudinem denotat? probandum prius, quia à multo magnoque splendore, nitore ac lumine, dicitur ab effectu quod succus radicis vel spinæ splendida, nitida, luminosa, vestes & lanificia efficiat, hoc detergendi vi præstat.

HIPPOPHÆOS, derivari videtur ἀπὸ τοῦ ἵππος ab equo & φαίνω quod, vestimenta splendida, nitidaque reddat.

HIPPOSELINUM, olus atrum vocatur: sic à magnitudine dictum, ab ἵππος equus, & selinum; siquidem Græci magnis & amplis rebus *Hippo* præponere solent, adeo ut *Hipposelinum* Latinis nihil nisi grande Apium sit. *Olus* autem *Atrum* vel pullum à foliis, quæ atro colore nitent, appellatum esse videtur. B. **Groote eppe / peterseli van Alexandrien.** G. Groß Eppich. Gall. *Ache, Carche.* A. The Herb Alexanders.

HIPPURIS, Lat. Equisetum seu cauda equina, eamque referens: ex ἵππος equus, & οὐρὰ cauda, dicitur etiam

Salix seu *Herba equinalis*, ut & *Asprella*. B. **Paardestaart.** G. Schafft hew/ Roß-schwantz/ Schaffthau/ Katzen wadel. Gall. *Quene de Cheval*, *Quene Chat*. A. Horsetail.

HIPPUS, est oculorum affectus in quo oculi tremuli continuo agitantur & subinde nictant, ut in equitatione fit, ab ἵππος equus. B. **Bevende oogen.** G. Bebende augen. Gall. *Les Yeux tremblante*. A. Quaking or trembling of the eyes.

HIRCI BARBA, Gr. Τραγοπώγων, nomen sibi adscivit, quod è calicis summo, floribus evanescentibus, papposa prodeat cæsaries, seu comosa lanugo, cui cum hirci barba nonnulla similitudo. B. **Bok-baard/ Josephsbloemen/ Morgenstar.** G. Bocks-bart. Gall. *Barbe de Bouc*. A. Goats Beard.

HIRCULUS, est Nardi species, sicque dicitur, quod Hircum redoleat.

HIRCUS, HIRCI vel HIRQUI, oculorum anguli, κανθοὶ eorum qui ad nasum sunt, ῥαντῆρες & πηγαὶ dicuntur quod inde lachrymæ manant: Atqui ad tempora, πυρωτίαι *Poll. Nicandr.* B. **Oogwinkels/oog-hoekjes.** Vide *Canthus*. G. Die Augen-winckel. Gall. *Le Conig de l'œil*. A. The Corner of the eye. *Alæ* etiam sub axillis *Hirci* appellantur. B. **Het Oxel hair.** G. Das Achsel-haar Gall. *Cheveux d'aisselle*. A. The wing hairs. Item Auris eminentia. Vide *Tragus*.

HIRQUUS, idem quod *Canthus*.

HIRUDO, sive SANGUISUGA, insectum est palustre, quod exugendo sanguini nonnunquam à quibusdam applicatur. B. **Bloed-suiger.** Gr. Βδέλλα. G. Ein Blutigel. Gall. *Une Sang sue*, *Sang suge*. A. A Bloud Sucker.

HIRUNDINARIA, est *Asclepias* seu *Vincetoxicum*, sic vocant à fructu, seu potius siliquis quas producit, quæ dehiscentes plumosum ostendunt semen atque hirundinis figuram referunt. B. **Swaluwe wortel.** G. Schwalben-wurtzel. Gall. *Vinq poison*. A. Swallow-wort.

HIRUNDINARIA, vide *Centum morbia*.

HIRUNDO, piscem & avem quidem denotat, sed apud Medicos est cavum illud in flexura brachii, sunt & qui volunt pudendum muliebre ita vocari.

HISPANICUM OLUS, est Spinachia, fortasse quod ex Hispania primum duxerit originem, & deinde ad cæteras

ras tandem nationes translata sit. B. Spinagie. G. Spinet. Gall. *Espinars*. A. Spynache.

HISTOS, Gr. ἱστὸς, est instrumentum ligneum, in cujus summo aliud lignum transversum imponitur, ex quo trochlea dependet, ad scalæ demissionem.

HOLCE, Gr. ὁλκὴ, idem quod *Drachma*.

HOLIPPÆ, sunt placentulæ ex infusione Medicamentali farinâque triticeâ, addito insuper saccharo, subactæ.

HOLOSTEUM, seu HOLOSTIUM, est herba sic per antiphrasin dicta, quasi minimè ossea, sed potius tenera & mollis, ac omni prorsus duritie carens, ex ὅλος totum & ὀστέον os.

HOMÆOMERES, vide *Similares Partes*, ex ὅμοιον simile, & μέρος pars.

HOMOGENEÆ PARTICULÆ, sunt, quæ puræ, integræ & immixtæ sibique per omnia similes sunt, ex ὁμὸς simile, & γένος genus. B. Eenduantige deeltjes. G. Gleiche/ gleichförmige theile. Gall. & A. *Homogene*.

HOMOPLATA, *Scapula*, *Spatula*, *Scoptula aperta* Celso. Gr. Πλάται, Ὠμοπλάται, Ἐπιώπιοι, sive os, quod humeri latitudinem constituat, triangulare, latum, & tenue præsertim in medio, sed in processibus crassum, utrimque unum, incumbens superioribus costis parte postica instar scuti; processus sunt tres *Acromium*, sive humeri mucro; *Coracoides*, sive *Anchoralis*, & ἀυχὴν sive *Cervix*. Usus est ad costarum robur, ad humeri & clavium articulationem, & ad musculorum implantationem, ab ὦμος humerus, & πλατὺς latus. B. Het schouderblat. G. Das schulterblat. Gall. *l'Os de l'Epaule*. A. The Shoulderblade.

HOMOTONOS, est morbus eundem ordinem servans, vel est febris continua, æquali dramate suos actus, scenasque peragens, ex ὁμὸς æquale, & τείνω teneo.

HOPLOCHRISMA, est armorum, ut gladii, cultri, pugionis, &c. deligatio, qua creditur vulnera consolidari, quod tamen ridiculum, ex ὅπλα arma, & χρίω ungo. B. Wapen-verbinding.

HOPLOMOCHLION, est nomen instrumenti Chirurgici universalis, toti corpori humano adaptandi & applicandi.

HORA, est Hippocrati determinatum anni tempus, quod liquet ex Aph. 1. sect. 3. αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα ποιέουσι νοσήματα, ἢν ἐν τῇσιν ὥρῃσιν: &c. Id est, mutationes

temporum pariunt morbos ipsis anni temporibus &c. unde ἄϱ annus, & ὡϱαῖος tempestivus.

HORAEA, & Ὀπώϱα, sunt fructus tempestivi seu æstivi, ut poma, pyra, pruna &c. ab ὥϱα tempus. B. **Ooft-vruchten / oest.** G. Allerley obst. Gall. *Fruits de l'Ete.* A. Summer fruits.

HORARII FRUCTUS, idem quod *Horæa.*

HORDEATUM, est Medicamentum liquidum internum, ex hordeo ad crepaturam cocto & tuso, liquoribus convenientibus affusis & colatis, præparatum, quibus amygdalæ, sem. papaveris albi, sem. quatuor frig. maj. &c. non raro accedunt. B. **Een Gerste-melk.** G. Gersten-milch/ Gersten-wasser. Gall. *Orgeat, Lait d'Orge.* A. Barley milke.

HORDEOLUM seu CRITHE, vel HORDEUM, est tuberculum in summo palpebrarum, magnitudine hordei enascens, cujus altera species grando, tuberculum durum, mobile, pellucidum & rotundum, quæ vero tubercula majora hic eveniunt, ad Nodos, Melicerides, Steatomata & Cancros referuntur, omnes id habent, quod pondere suo, aliisque modis motui palpebrarum remoram injiciunt. Gr. κϱίθη, & ποδία. B. **Een strontjen / schertjen op 't oog/ een Stijge.** G. Gersten gleicher Schwulst an den augen-gliedern/ Werren. Gall. *Boussette comme un grain d'orge.* A. A swelling in the eye browslike a Barley corn.

HORDEUM, seu ORDEUM, est frumenti species. Gr. Κϱίθη, dicitur ab horrore, quod ejus Arista mordacior sit quam tritici, vel ab oriendi celeritate, quod ante cætera frumenta pullulet, vel ab antiquo adjectivo *Hordus*, quod significabat *Gravidum.* Vide *Crithe.* B. **Gerst.** G. Gersten. Gall. *Orge.* A. Barly, Barley.

HORMINUM, seu ORMINUM, est Scarleæ species, dicitur ἀπὸ τῆ ὁϱμῆ, quod impetu cæco agat, & cieat in Venerem. Vide *Sclarea.*

HORRIFICA FEBRIS, vide *Phricodes.*

HORROR, Gr. Φϱίκη & Φϱίκιον à Φϱίττω horreo. Dubites an minor sit Rigor, an Convulsio, aut Motus convulsivus. Nam quem Horror corripit, is & concutitur, & aliquandiu rigidus manet: jam concussio est convulsio, sed quia ea mox desinit, & iterum repetit, motus videtur convulsivus, & quia hic non est validus, diuturnusque, rursum dubitatio fit, utrumne Horror non sit Tremor: decernendum

dum ergo est, Horrorem, si diutius durat, & Convulsionem & Rigorem esse, sin brevior est, & mox, atque identidem repetit; Tremor est & motus Convulsivus, qui cutis fibras motrices, & quosdam ex musculis artuum, ac dorsi corripit: jam Horror cum Rigore in initio febrium observatur, præhuncius futuræ febris, & quidem jam imminentis frigoris, rigorisque. Notabilis quoque Horror in metu, & aliquando à pastu, aut inter commedendum, & cum aëris frigore afficimur. B. **Schudding / beving.** G. Das beben / Zittern oder schawren. Gall. *Horreur*, *Tremblement*, *Frayeur*. A. Dread, fear, terrour, shaking, quaking, trembling.

HUMECTANTIA, sunt, quæ particulas suas humidas corporis nostri poris possunt insinuare. Item sunt omnia fluida. Gr. Υγραινοντα vel Υγρανσης. B. **Vervogtigende middelen.** G. Befeuchtende mittlen.

HUMERUS, illa pars corporis est, quæ apparet in ea articulatione, qua superior humeri pars, quæ *Epomis* & *Superhumeralis* dicitur, ad collum vergit, & à posteriori parte ossi scapulæ; ab inferiori autem ei ossi, quod, dum totum brachium attollitur, manifestum fit & *Ala* nuncupatur. Alias *Humerus* quoque dicitur de parte prima brachii, quæ unico osse constat, quæ alias *Brachium* per excellentiam appellatur, illius os appellatur *os Humeri*, *os Brachii*, & *os Adjutorium*. Gr. ὦμος. B. **Schouder.** B. Schulter-bein. Gall. *Espaule*, *Adjutoire*. A. Shoulder.

HUMIDUM PRIMOGENEUM, rectè dicitur sanguis & succus nervosus, qui prius ante omnia in generatione conspicitur. B. **Het eerste vogt.** G. Die erste feuchtigkeit. Gall. *Le primier liqueur*. A. The first liqour.

HUMILIS MUSCULUS, est is, qui oculum deprimit, sic dictus, quia oculum deorsum malas versus trahit. B. **De nederige spier.** G. Der niederdruckende augen muß. Gall. *Muscle Humble*, *ou deprimente*. A. The depressing muscle.

HUMILUS, idem quod *Lupulus*.

HUMORES SANGUINEI, à Veteribus in *Sanguine* constituuntur quatuor, nempe *Biliosus*, *Pituiosus*, *Melancholicus* & *Sanguineus* propriè dictus, idque secundum quatuor Elementa Peripatetica; verum illa opinio, inventa circulatione sanguinis, prorsus concidit. Tamen vitio ipsius sanguinis à crasi debita desciscentis, inveniuntur, sed sangui-

guinis partem integralem non constituunt ; Sanguis enim est humor unicus ; secus si esset, tartarus in vino, & fæx in cerevisia; forent partes vinum & cerevisiam constituentes. In sanguine venis emisso tres duntaxat diversæ corporum species ad oculum comparent ; in superficie enim sanguinis coagulati crustam fibrosam , se per totam massam diffundentem, videbis ; deinde, particulas quasdam rubras inter fibras conspicies , quæ circa fundum propter fibrarum paucitatem nigrescunt , ultimo massa hæc in sero suo expresso natat. Verum si quis accuratius procedere velit, sanguinem destillet & arte Chymica dissolvat, quinque corpora tantum pura inveniet: Spiritum nempe, Sulphur sive Oleum , Aquam, Salem & Terram. Sanguis & Chylus omnia totius corporis vasa perluunt, & exinde pro varia partium constitutione, speciales oriuntur succi; uti ex cerebro, Succus Cerebralis seu Nervosus: ex Hepate , Fel ; ex renibus, Urina; ex mammis , Lac. &c. B. **Humeuren / vogten.** G. Die Feuchten. Gall. *Humeurs.* A. The Humours.

HUMORES OCULARES, sunt tres, 1 *Aqueus*, qui anterius intra corneam & uveam tunicam continetur. B. **Waterig / oog-vogt.** G. Die Wässerige feuchtigkeit. Gall. *l'Humeur aquée* , vel *Aqueuse.* A. The Watery humour. 2, *Crystallinus*, sive *Glacialis* humor, is in tunica uvea in medio, concluditur & cæteros crassitie superat. B. **Krystalline vogt.** G. Die Krystalline feuchtigkeit. Gall. *Humeur crystalline.* A. Crystalline, vel, Icie Humour 3, *Vitreus* , reliquis duobus copiosior, posteriorem oculi cavitatem occupat. B. **Glasagtig vogt / d'Oogen-vogten.** G. Die Gläserne feuchtigkeit / augen feuchte. Gall. *l'Humeur vitrée*, *les Humeur de l'Oeil.* A Glassy Humour, The Humours of the eye.

HUMOR IN SECUNDINIS, est succus nutritius, qui ex uteri fundo in placentam, & deinde in funiculum umbilicalem descendit, & sic per exiguas papillulas inde in Amnii cavitatem transit. Addunt & membranam urinariam, cui esset urina inclusa, sed an urina in humanis fœtubus intra illam membranam asservetur, non ita manifestum est. Non tantum nutriendo fœtui inservit, sed & lubricandis viis tempore partus. B. **'t Water in de Nageboorte.** G. Das wasser im nachgeburt. Gall. *L'eau dans secundines ou l'arriere faix.* A. Water in The secundine.

HYACINTHUS , illud nomen plurimis inditur floribus. Fabulæ dicunt nomen à puero Hyacintho accepisse,

accepisse. Porro narrant ex sanguine Ajacis provenisse, qui ad Trojam occisus est; idcirco autem huic flori inscriptum esse, αἰ, αἰ, initium nominis Ajacis, eaque causa eum florem scriptum Hyacinthum vocat Poëta, cum canit ἀ χαπὶ ὑάκινθον, literas enim habet inscriptas lugubres, videlicet αἰ, αἰ, quæ testes sunt eorum, quæ de Ajace fabulantur, cujus ex sanguine natum Hyacinthum canunt. Sed fortè quia μετὰ τὸ ἔαρ κινεῖ ἄνθος, florem emittit ubi Terra vernis imbribus permaduit.

HYACYNTHUS, est Gemma pellucida, ex flavedine rubens, igniſque flammas imitans. Sunt alii (vel aliæ) Orientales, alii Europæi. Hi inveniuntur ad Iseram fluvium, in confinibus Silesiæ & Bohemiæ, sunt que Orientalibus ignobiliores. Quoad colorem, referunt alii colorem minii nativi, alii sanguinis admodum bilioſi, & hi sunt præstantissimi: alii rubedine croci admodum flavescunt; alii exactè ostendunt succini colorem, & hi viliores: alii albi pellucidi succini colorem referunt, & hi omnium vilissimi habentur. B. **Hiacint.** G. **Ein Hyacinth.** Gall. *Hyacynth.* A. Jacinct, Hyacinth.

HYALOIDES, est humor oculi vitreus, intra tunicam retinam & uveam contentus, ex ὕαλος vitrum, & εἶδος forma, B. **Glasachtige vogt.** G. Die Gläserne feuchtigkeit. Gall. *Hyaloide, l'humeur de Verre.* A. Vitrous humour.

HYBONA, est omnium vertebrarum incurvatio, ab ὑόω incurvo. Idem quod *Cyphosis.*

HYDATIDES, & HYDROÆ, sive AQUULÆ, sunt veſiculæ aquosæ in *Hepate, Liene, aut quodam alio viscere*, hydropicis familiares. Item circa palpebras pinguedinis incrementum, ab ὕδωρ aqua. B. **Waterblaasjes.** G. Wasser blätterlein / Wasser blasen. Gall. *Vesie aqueuse.* A. Watery bladders.

HYDATODES VINUM, est Vinum aqua dilutum, ex ὕδωρ aqua, & εἶδος forma. B. **Gewaterde wijn.**

HYDATOIDES, est humor oculi aqueus, qui intra tunicam corneam & uveam comprehenditur, ab ὕδωρ aqua, & εἶδος forma. B. **Waterige vogt.** G. Die Wässerige feuchtigkeit. Gall. *Humeur aqueuse.* A. The watery humour of the eye.

HYDERODES AFFECTUS, idem quod *Hydrops.*

HYDEROS, idem quod *Hydrops.*

HYDRAGOGIA, vide *Venæ lymphaticæ*, ex ὕδωρ aqua, & ἀγωγὴ ductus.

HYDRAGOGA, ſunt Medicamenta, quæ attenuando & præcipitando, aquoſos humores expurgant, ex ὕδωρ aqua, & ἄγω duco. B. **Water af dzijvende dingen.** G. Waſſer treibende mittlen. Gall. & A. *Hydragoge.*

HYDRARGYROS, eſt Argentum vivum, ſive *Mercurius*, ex ὕδωρ aqua & ἄργυρος argentum. B. **Quikſilver.** G. Queckſilber. Gall. *Vif argent.* A. Quicke ſilver.

HYDRARGYROSIS, eſt Inunctio Mercurialis, pro excitanda ſalivatione in lue venereâ aut aliis morbis. Ex ὕδωρ aqua & ἄργυρος argentum.

HYDRELÆUM, eſt mixtura ex aqua & oleo, ex ὕδωρ aqua, & ἔλαιον oleum. B. **Een mengſel van olie en water.**

HYDRENTEROCELE, eſt inteſtinorum una cum aqua in ſcrotum prolapſus, ex ὕδωρ aqua, ἔντερον inteſtinum, & κήλη tumor. Vide *Hydrocele* & *Enterocele.*

HYDROA, ſunt quædam tubercula lata & humida, pruriginoſa, granis milii ſimilia, interdum ſine pruritu, quæ cutim ἑλκώδως exaſperant; fiunt hæc cum aliquando ſudor aeris per ſudorem ex cute expellitur; ſed quia à cutis denſitate impeditur, materia viſcida & acris in ea retinetur, & in tumorem elevatur. Affectus hic admodum junioribus atque juvenibus familiaris eſt, præſertim temperamento calidioribus, æſtatis tempore ſeſe nimium exercentibus, nempe in collo, ſcapulis, pectore, brachiis & femoribus, frequentius tamen circa pudenda & anum. Arab. *Aſef* & *Alhaſef.* Lat. Sudamina. Gr. Ἐξίμφυσις, deriv. ab ὕδωρ aqua, vel ἱδρόω ſudo.

HYDROCARDIA, eſt liquor in pericardio, adeo ut cor aquæ innatet, ex ὕδωρ aqua, & καρδία cor. Vide *Aqua Pericardii.*

HYDROCELE, eſt ſeroti tumor ab humore aquoſo excitatus, ab ὕδωρ aqua, & κήλη tumor. B. **Water-kloot / Water-breuk.** G. Waſſer-bruch. Gall. *Hernie Aqueuſe, Hydrocele.* A. Watery rupture.

HYDROCEPHALUM, eſt capitis ex humore aquoſo intumeſcentia, unde cranii ſuturæ ab invicem diſſilire coguntur; oritur aliquando ex ruptione vaſorum lymphaticorum, ſed hoc tantum infantibus contingit, quia ſuturæ in adultis non dehiſcunt, ab ὕδωρ aqua, & κεφαλὴ caput. B. **Een Water-hooft.** G. Die Waſſer-ſucht des Haupts. Gall. *Hydrocephale, Tête Aqueuſe.* A. Watery tumor of the head.

HY-

HYDROCRITHE, est aqua hordei, ex ὕδωρ aqua, & κρίθη hordeum, à κρίνω secerno, quod ejus grana à se invicem distent & secernantur. B. **Gerste-water.** G. Gersten-wasser. Gall. *l'Eau d'Orge.* A. Barley Water.

HYDRODES FEBRIS, idem quod *Typhodes* vel *Flodes.*

HYDROLÆUM, idem quod *Hydrelæum.*

HYDROLAPATHUM, idem quod *Pippolapathum*, ex ὕδωρ aqua & *Lapathum.*

HYDROMEL, est *Mulsum*, sive decoctio ex aqua & melle, ab ὕδωρ aqua, & μέλι mel. B. **Meede / Honing/ Water.** G. Meth. Gall. *Hydromel, eau Miellée.* A. Mead.

HYDROMPHALUM, sive HERNIA AQUOSA, est protuberantia umbilici, ex humoribus aquosis in abdomine contentis, ex ὕδωρ aqua, & ὀμφαλὸς umbilicus. B. **Een Water-navel.** G. Wässrige Nabel bruch. Gall. *Hidromphale.* A. Watery rupture of the Navel.

HYDRONOSOS, idem quod *Sudor Anglicus.*

HYDROPEGE, est aqua fontana, ex ὕδωρ aqua, & πήγη fons, quia πηδᾶ ἐκ γῆς, quia aqua è terra salit.

HYDROPHOBIA, sive AQUÆ METUS, est affectus, maximè convulsivus, cum furore, liquidorum & splendidorum fuga, aliquando cum delirio, febri, aliisque symptomatis, summo cum vitæ discrimine invadens, ortus & propagatus ex morsu canis rabidi, eique analogo contagio, ex ὕδωρ aqua, & φοβέω timeo. B. **Water-vreeș.** G. Wasser-furcht. Gall. *Hydrophobie.* A. The Fear of Water.

HYDROPHTHALMIA, est, quando oculus in stupendam excrescit molem, & magna ex parte extra orbitam prominet, ex ὕδωρ aqua, & ὀφθαλμὸς oculus. B. **Water-oog.** G. Die Wasser Sucht im Auge. Gall. *Hydrophthalmie.* A. Idem.

HYDROPTHALMION, est illa pars oculis subjacens, quæ in cachecticis & Hydropicis intumescere solet. B. **Volligheid onder d'oogen.** G. Das Aufschwellen unter den Augen. Gall. *Enflement sous Les yeux.* A. A swelling under The eyes.

HYDROPICA, sunt medicamenta hydropicis humores aquosos educentia. B. **Water afdrijvende Dingen.** G. Wasser treibende artzeney. Gall. *Medicine Hidropique.* A. Idem.

HYDROPIPER, est Herba aquatica, Persicariæ non

absimilis, sed linguam, piperis instar, urens, ex ὑδὼρ aqua, & piper, quasi *Piper aquatile*; Gr. Ὑδροπιπερι, à loco & sapore nomen habet. B. **Water-peper.** G. Wasser pfeffer/ Muncken-kraut. Gall. *Curaige.* A. Water-peper, Arsesmart, Carsmirthe.

HYDROPS, est aquosi humoris in habitu corporis vel in quadam cavitate alia stagnatio: estque *Generalis* ut Anasarca, Leucophlegmatia, & Ascites, quibus malè adjungunt Tympanitem: vel *Particularis*, ut Hydrocephalon, hydrops pectoris, manus, pedis &c. de quibus specialiter suo loco, ex ὑδὼρ aqua, & ὠπτομαι video. B. **Water-zucht/ 't water.** G. Die wasser-sucht/ das zwischen fell und fleisch gesamlete wasser. Gall. *Hydropisie.* A. Dropsie.

HYDROPS ad MATULAM, idem quod *Diabetes.*

HYDROP-YRETOS, idem quod *Sudor Anglicus.*

HYDROSACCHARUM, est syrupus ex aqua & saccharo coctus, ex ὕδωρ aqua, & σάκχαρ saccharum: vel aqua saccharata. B. **Syroop van Water.** G. Wasser-syrup. Gall. *Sirup d'eau.* A. A Syrup made of Water, and sugar.

HYDROSELINUM, est Apium, seu selinum palustre, ex ὑδὼρ aqua, & selinum. B. **Water-eppe.** G. Wasser-eppich/ Frosch-eppich/ Wasser-merck. Gall. *Berle, Ache d'eau.* A. Water parsley.

HYGIEA, est sanitas, quæ constat ex celerrimo humorum cursu & apta conformatione. *Sanitas*, est dispositio partium humani corporis, actionibus rectè perficiendis, apta. *Signa* sanitatis sunt tria, actiones debitæ, qualitates convenientes, excreta & retenta bene respondentia. Ab ὑγιαίνω bene valeo. G. **Gesontheid.** G. Die Gesundheit. Gall. *Sante.* A. Health, Sanity.

HYGIEINA, est pars Medicinæ, quæ sanitatem conservandi modum tradit. Estque *Diaterética*, vel *Prophylactica* ab aliquibus in tres partes divisa fuit in προφυλακτικὴν, morbos futuros & imminenters advertentem: συνηρητικὴν, quæ præsentem sanitatem tuetur: & ἀναλεπτικὴν, à quâ valetudinarii reficiuntur, ab ὑγιαίνω bene valeo. B. **Bewaringe der gezontheid.**

HYGROCIRSOCELE, est ramex varicosus quem aliæ humiditates comitantur. Ex ὑγρὸς humidus, κιρσὸς varix, & κήλη tumor. B. **Aderbreuk met water.** G. Ein Wässerig Aderbruch. Gall. *Varice avec d'eau.* A. A watery varice.

Hy-

HYGROCOLLYRIUM, est medicamentum liquidum, oculis sanandis destinatum, ex ὑγρὸν humidum, & κολλύριον, medicamentum oculare. B. **Oog-water.** G. Augen-wasser. Gall. *Collyre.* A. An eye water, or medicine for the eyss.

HYGROPHOBIA, idem quod *Hydrophobia.*

HYMEN, propriè membrana est; sumitur etiam pro membrana virginea, quæ oritur ex corrugatione inferioris partis vaginæ, quæ in prægnantibus, increscente utero, evanescit, ab ὑμεναιόω matrimonio jungo. B. **Maagdenblies.** G. Mägdleins häutlein / oder jungfraws zeichen. Gall. *Virginitè, Puceláge.* A. Virginity, maiden head, properly a certain membrane which denotes it.

HYOIDES, sive LAMBDOIDES, est os ad basin linguæ consistens à figura Υ vel Λ appellatum, & εἶδος forma. B. **Tong-been.** G. Das Zungbein. Gall. *Hyoide.* A. The bone at the root of the tounge.

HYOSCYAMUS, corrupte *Jusquiamus*, Latinè sonat, quasi faba suilla, aprinave, quod ut in Historiâ Ælianus tradit, pastu hujus herbæ convellantur sues aprivæ, præsenti mortis periculo, nisi copiosâ aquâ statim se foris & intus proluerint, adeuntque aquas non ut proluant se tantum, verum etiam ut cancros venentur: iis enim nactis protinus sanitati restituuntur, ex ὗς porcus, & κύαμος faba. *Apollinarem* vero Latini, ab Apolline Medicinæ inventore dixerunt: potius derivarem à Græco ἀπόλλυμι perdo, deleterea enim est planta. B. **Bilsem-kruid.** G. Bilsem-kraut/ Bilsamen/ Bilsen/ Doll-kraut/ Schlaff-kraut/ Saw-bon/ Rinds-wurtz/ Ziegeuner-kraut/ Teuffels-augen. Gall. *Jusquiame, Hannebanne, Endormie.* A. Henbane, Henebane, Henequalt.

HYOTHYROIDES, sunt musculi duo laryngis, ab osse hyoidis in cartilaginem scutiformem deducti, rimulæque astrictioni destinati, ex littera Υ, θύρεος scutum, & εἶδος forma. B. **De schiltachtige kraakebeens spieren.** G. Der schilt gleiche knorpels mauß. Gall. *Hyothyroide.* A. The sheildlike muscles.

HYPALEIPTRON, est instrumentum illitorium, sive specillum illinitioni inserviens, vulgo *Spatha*, & *Specillum*, seu *Illinitorium*, ab Υπαλείφω sublino, inde Υπάλειμα Sublinitio, Inunctio.

HYPECOON, alii Alceam vesicariam vocant, quidam Cumi-

Cuminum Sylveſtre ; nonnulli ſpeciem papaveris corniculati, an ab ὑπακούω obedio, quod inter frumenta creſcat, illſque obediat.

HYPERCATHARSIS, eſt *Superpurgatio*, ſive purgatio modum excedens, ab ὕπερ ſupra modum & καθαίρω purgo. B. **Obermatige buiſt-ſuiveringe.** G. Eine all zu ſtarcke purgation. Gall. & A. *Superpurgation.*

HYPERCRISIS, eſt excretio critica dicta, ſupra modum facta, ex ὕπερ ſuper, & κρίνω ſecerno.

HYPEREPHIDROSIS, eſt nimia ſudatio, ex ὕπερ ſuper, & ἐφιδρόω inſudo.

HYPERICUM, quibuſdam dicitur, quod tota planta ſit pulchra & perquam hilaris facie, & venuſta, fortaſſe ex ὑπὲρ ſupra, & εἰκὼν imago, forma. Vocatur *Perforata*, vide ſuo loco. B. **Sint Jans-kruid.** G. Sant Johanskraut. Gall. *Mille pertuys.* A. S. Johns-wort.

HYPEROON, ſunt duo foramina, in ſuperiore palati parte, quæ pituitoſos humores à naribus excipiunt, & facta excretione per os rejiciunt, ex ὕπερ ſuper, & ὠὸν pars ſuperior.

HYPERSARCOSIS, ſeu ECSARCOMA, eſt excreſcentia carnoſa in quavis corporis parte, ex ὕπερ ſuper, & σάρξ caro. B. **Spongieus vleiſ dat uitwaſt.** G. Schwammicht Fleiſch. Gall. *Chair Spongieuſe.* A. Spongie Flesh.

HYPNOTICA, ſunt medicamenta quæ ſpiritus figendo, poros cerebri claudendo & anguſtando, ſoporem inducunt, ab ὕπνος ſomnus. B. **Slaap-middel.** G. Schlaff-mittlen. Gall. *Hypnotique.* A. A Medicine cauſing ſleep.

HYPOCATHARSIS, eſt levis quædam purgatio, cui opponitur *Hypercatharſis.* B. **Een ſachte purgatie.** G. Eine gelinde purgation. Gall. & A. *Hypocatharſe.*

HYPOCAUSTUM, eſt locus in quo medicamenta liquidiuſcula ſiccantur, ut tabellæ, condituræ &c. vel quæ facile liqueſcunt, ſicca conſerventur, ex ὑπὸ ſub, & καίω uro. B. **Een Stoof.** G. Eine Stuben. Gall. *Etuve.* A. Stove.

HYPOCHÆRIS, putant eſſe Sonchum lævem, fortaſſe dicitur, quod minus aſpera quam reliqua ſunt cichoracea, χοῖρος enim aſperum, ſpinoſum dici Botanicis videtur, ex ὑπὲρ ſuper, & χοῖρος porcus & aſper, quia porci ſetis aſperis obducti ſunt.

Hy-

HYPOCHONDRIACA AFFECTIO, vide *Hypochondriacus Affectus.*

HYPOCHONDRIACA MEDICAMENTA, ſunt, quæ iſi morbis Hypochondriacis uſurpantur.

HYPOCHONDRIUM, ſive SUBCARTILAGINEUM, eſt ſuperior pars abdominis, ſub cartilaginibus thoracis, ex ὑπὸ ſub & χόνδρος cartilago. B. **Zijde boven-buiſt / het weeſt aan de zijden.** G. Die Weiche der ſeiten. Gall. *Les Hypochondres.* A. The lateral parts of the abdomen.

HYPOCHONDRIACUS AFFECTUS, ſeu AFFECTIO HYPOCHONDRIACA, eſt paſſio merè convulſiva & flatuoſa, ab humoribus acidis & pungentibus, in liene vel pancreate exiſtentibus, nervoſas, membraneaſque partes affligentibus, orta, ex ὑπὸ ſub, & χόνδρος cartilago. B. **Milt-ſucht / buiks-zijde-pijn / boven-zijde buiks-gezwel.** G. Miltz wehe / miltz ſucht. Gall. *Maladie Hypochondriaque, mal ou douleur de rate.* A. Diſeaſe of the milt, à Hypocondriack diſeaſe.

HYPOCHYMA, idem quod *Cataracta*, ab ὑποχέω ſuffundo.

HYPOCHYSIS, idem quod *Cataracta.*

HYPOCISTIS SUCCUS, Germen ſeu plantula eſt, e radice ciſti fruticoſi dum floreſcit, ſeu viſcum ex quercu proſiliens: dicitur & *Limodorum*, aliis *Robethron.* Ex hac itaque plantula, cum floribus ſucculenta ſit, exprimitur ſuccus, qui in ſole exſiccatus Glycyrrhizæ ſucco non abſimilis evadit, atque ad nos, ſed raro, aſportatur, ex ὑπὸ ſub, & ciſtus.

HYPOCLEPTICUM VITRUM, eſt infundibulum vitreum turbinata figurâ, ſeu Tritorium, ſeparandis oleis ab aquis deſtinatum, ex ὑπὸ ſub, & κλέπτω furor: nam aqua ſuffuratur quaſi ab oleo. B. **Scheitregter.** G. Ein Scheidtrichter. Gall. *Etonnoir a Separer.* A. A glaſs tunnel or funnel.

HYPODESIS, ſive SUBLIGATIO, eſt faſcia, quæ ante injectas plagulas applicatur. B. **Onder-band/Onder-zwagtel.** G. Unter-band. Gall. *Soubande.* A. Underſwathe.

HYPODESMIS, idem quod *Hypodeſis.*

HYPOGASTRIUM, eſt exterior abdominis pars inter Hypochondrium & umbilici regionem, ex ὑπὸ ſub, & γαστὴρ venter. B. **Onder-buik.** G. Der Unter-bauch. Gall. *Surventre, Hipochondres.* A. The Under part of the belly.

Hy-

HYPOGLOSSIS, sive RANULA, & BATRACHION, est inflammatio vel abscessus sub lingua, ex ὑπὸ sub, & γλῶσσα lingua. B. **Een Kikvorsch gezwel.** G. Ein Geschwur auff der Zungen. Gall. *Rainet, Tumeur de Grenoulle, Ranule, Hypogloſſe.* A. Ranula. Item medicamentum laryngis asperitatem demens.

HYPOGLOSSUM, dicitur Laurus Alexandrina seu *Bistingua*, aliis *Hippoglossum*, sic dicitur quod sub folio aliud majus, linguæ figuram exprimens, habeat, ex ὑπο sub, & γλῶσσα lingua. B. **Tongen-blad.** G. Zapflein-kraut/ Zungen-bladt. Gall. *Laurier Alexandrin, Herbe aux Longues.* A. Horse tongul, Double tongul.

HYPOGLOTTIDES PILULÆ, sunt, quæ sub lingua, ad tussim demulcendam, collocantur, ex ὑπὸ sub, & γλῶττα lingua.

HYPOPEDIUM, idem quod *Supplantale.*

HYPOPHAULUM, est dieta vulgaris inter exquisitam & simplicem media, ex ὑπὸ sub, & φαῦλον vile, humile. B. **Een gemeene Levens regel.**

HYPOPHEON, est *Hypecoon*, an ab ὑποφαίνω subluceo, suboſtendo, quod ob humilitatem inter segetes sese vix ostendat?

HYPOPHORÆ, & Σύριγγα, sunt profunda & fistulosa ulcera, in ulceribus aut sinubus dehiscentia, ab ὑποφέρομαι laboro, decido. B. **Fistuleuse ulceratien.** G. Hole geschweren/ Fisteln/ Rohrwunden. Gall. *Ulcères Caves, ou Fistuleuse.* A. Fistulous ulcers.

HYPOPHYSIS, idem quod *Cataracta.*

HYPOPHTHALMIA, est dolor oculi sub tunica cornea, ex ὑπὸ sub, ὀφθαλμὸς oculus, & ἄλγος dolor.

HYPOPYON, est puris sub oculi tunica cornea collectio: Ὑποφθαλμία *Rufo*, ex ὑπὸ sub, & πύον pus. B. **Een Etter-oog.** G. Ein Eyter-aug. Gall. *l'Oeil purulent.* A. A Matter collection of cerum under the cornea.

HYPOSARCA, idem quod *Anasarca.*

HYPOSARCIDIUM, idem quod *Anasarca.*

HYPOSPATHISMUS, est incisio tribus divisionibus facta, supra frontem ad pericranium usque; nec tamen tribus illis lineis vel sectionibus frontem incidisse satis est, sed subjicienda etiam est spatha, unde & sectioni huic inditum nomen fuit, & per subditas partes transmittenda, totumque id spatium usque ad pericranium excoriandum, ex ὑπὸ sub, & spatha. Hy-

HYPOSPADIÆ, sunt, qui jam inde à generatione, urinæ iter inferius sub glandis vinculo habent, ab ὑποσπάω subtraho.

HYPOSPHAGMA, est sanguinis suffusio ab ictu in oculum, ex ὑπὸ sub, & σφάζω sanguinem effundo. B. **Blaauw-oog / Rotterdamsche sop.** G. Ein Blaw-aug. Gall. *Oeil meurtri.* A. Blew-eye.

HYPOSTASIS URINÆ, est illud crassum generale contentum, quod in urina versus fundum descendit, in eaque subsidet, ab ὑφίστημι subsideo. B. **Grontsop / Setsel.** G. Das sich am Grund setzet. Gall. *Hypostase.* A. Idem.

HYPOTHENAR, est spatium à digito, qui dicitur Index, usque ad digitum minimum. Item unus ex musculis pollicem adducentibus, ex ὑπὸ sub & θέναρ vola. B. **Onderpalm / onderpalm-spier.** G. Der unter mauß des daumes. Gall. *La dessous.*

HYPOTHESIS, est rei suppositio, ab ὑποτίθημι suppono. B. **Onderstelling / een voor vast stelling.** G. Eine Entwerffung. Gall. *Supposition, Hipothese.* A. Supposition.

HYPOZOMA, est membrana interseptens, ut Mediastinum in thorace, ab ὑποζώννυμι succingo.

HYPSILOIDES, idem quod *Hyoides.*

HYSSOPUS, dicitur quasi ὑόμενον ἔστι χεόμενον ἐπὶ τὸ ὦπα, quod super vultus effundatur, ἀπὸ τοῦ ὑέω, ὕω, quod significat perfundo, & ὤψ facies, aspectus, vultus. Hanc nominis si sequamur derivationem, Hysopos scribemus per simplex. Malunt alii Hyssopum dictam quasi ὑόμενον ἐπὶ τὸ ὀπὴ quod vocem raucam, pulmonesque unice juvet. B. **Ysop / psop.** G. Jspen / Jsop. Gall. *Hyssope.* A. Hyssop.

HYSTERA, idem quod *Uterus.*

HYSTERALGIA, est uteri dolor, ab inflammatione vel aliunde excitatus, ab ὑστέρα uterus, & ἀλγέω doleo. B. **Moeder-pijn.** G. Mutter-pein. Gall. *Douleur de la matrice.* A. Pain of the Womb.

HYSTERICA PASSIO, dicitur & *Suffocatio hypochondriaca, uterina, uteri ascensus* &c.. est motus convulsivus, in quo respiratio valde læsa & imminuta est, cum sensu ac si fauces nodo stringerentur, vel bolus ab inferioribus in eas insurgeret; huic accedit Anxietas, & quasi animi deliqui-

um,

um, sæpe cum lapsu corporis in terram, absque tamen convulsivis motibus artuum, nisi Epilepsia quoque adfuerit. Jam viri perinde ac fœminæ hoc morbo, sed hæ frequenter, illi rarissimè laborant: hæ de murmure ventris, de globo ascendente & in latere subsistente, aut in fauces evolante, conqueruntur. Porro Paroxysmus gravior est vel levior, nonnunquam habet periodos suas; cum solvitur paroxysmus, lassitudo, pallor aut æstus in facie cum rubore genarum, capitis, artuumque dolor, languor virium, cordis palpitatio, pigritia, ructus, suspiria, anhelatio, ciborum fastidium, nausea &c. accidere solent. In paroxysmo sæpe vociferantur, aut ranarum instar coaxant vel rident, vel lachrymantur. Denique paroxysmum antecedunt Oscitatio, Pandiculatio, Imbecillitas, Tristitia, Terror, Ira, Amor, Odor rerum suavium, à quibus momento sæpe excitatur hoc malum, uti à fœtidis lenitur. Dulcia etiam ore recepta movent hanc passionem, sed in iis, quæ obnoxiæ sunt ei: At in Paroxysmo etiam exteriora pallent, & frigent rubentibus genis, ita ut fuerint, quæ per dies aliquot, quasi mortuæ, non habentes pulsum, non respirantes, non loquentes, non sentientes, jacuerunt. Aliæ fuerunt sepultæ, & in sepulchris excitatæ tandem in latus, vel aliam partem versas fuisse comperium est; verum quæ sic mortuæ videntur, genas tamen rubentes habere solent, sed, ut diximus, rubor imprimis conspicuus est, cum paroxysmus finiri incipit, & suspiria audiri, quibus plerumque terminannatur: Tum vero per aliquot dies sæpe remanet sensus ille constrictionis in faucibus, quæ aliquando difficilem deglutitionem una inducit, quæ autem per intervalla, & frequenter laborant, genas tumidas, rubras lividasque cum varicibus habent. Gr. Υστερικὴ νόσος. B. **Opstyginge / de moer / stikking des Lyf-moeders.** G. Auffsteigen der Mutter / mutter krandheit. Gall. *Suffocation de Matrice.* A. The suffocation vel the rising of the Mother.

Hysterica, sunt Medicamenta, uteri morbis adversa, ab ὑστέρα uterus. B. **Kruiden tegen de Moer.** G. Mutter-kraut / Artzney wieder die Mutter krandheit. Gall. *Remede pour la Matrice.* A. Medicines against the diseases of the womb.

Hysterocele, est uteri prolapsus qui tamen rarissimè fieri solet, ex ὑστέρα uterus, & κήλη tumor. B. **Baarmoeders Uitsinking.**

Hy-

HYSTEROTOMOTOCIA, sive SECTIO CÆSAREA, est fœtus ex utero excisio, quæ hoc modo peragitur; sub umbilico ad latera lineæ albæ sectio semilunaris instituitur, cavitate sua lineam albam respiciens, deinde secundum fibrarum ductum, post sectionem extracto fœtu, uteri vulnus à seipso contrahitur, ita, ut sanguis vix majori copia, quam in ordinario partu, effluat, verum si mater mortua fuerit, locum tibi aptissimum eligito, ab ὑστέρα uterus, τέμνω seco, & τίκτω pario. B. Keyserlijke snee / Moeder snee. G. Keyser schnitt / Mutter-schnitt. Gall. *Section Cesariene, ou, de la Matrice.* A. Cutting the inbantout of the womb, the imperial cutting or Cesarlan birth.

HYSTEROTOMIA, est sectio uteri anatomica, ex ὑστέρα uterus, & τέμνω seco. B. Een konstige ontleding van de Moeder.

I.

JACEA, est nomen diversis plantis impositum, fortè vox erit Italica, qui *Jaceam* & *Jacceam* appellant: minus consonum videtur oriri ab ἰάομαι medeor.

JACOBÆA, seu Herba S. Jacobi, sic vocatur, quod sit D. Jacobo dicata. B. S. Jacobs kruid. G. S. Jacobs blum / S. Jacobs kraut. Gall. *Herbe* vel *Fleur de S. Jaques.* A. Ragwort.

JALAPPA, radix est exterius subnigricans, interius ruffescens cum circulis, si bona sit, nigris seu resinosis. Radix integra longa est, & ab infima parte obtusa: quoad folia, & flosculos putant esse Mirabilem peruvianam, anne sit nec ne, sub judice lis est. Majoribus fuit incognita. Vocatur etiam *Gialappa*, *Chelopa*, *Celopa*, *Jalapium*, vel *Gelapo*. Item Mechoacanna nigra. Purgans est validissima. Venit ex India ad nos in taleolis.

JANITOR, idem quod *Pylorus*.

JASMINUS, seu GELSEMINUM Italis, Arab. *Jesemin*, *Sambach*, vel *Zambach*. Jasminum, quasi violaceum, à violis, quas ἴα vocant. B. Jasmin / Jesemin. G. Viol-reben / Jasmin blumen. Gall. *Jasmin.* A. Jasmine, Shrub-trefoil, Jesemin.

JATROCHYMICUS, est Medicus qui Operationibus & Medicationibus Chymicis operam dat, ex ἰατρὸς Medicus & χυμικὸς Chymicus. B. **Een Chymiſte geneeſkunder.** G. Ein Chymiſcher artz. Gall. *Medicyn en Chymie.* A. A Chymical Phyſician.

IBERIS, est Naſturtii ſpecies, ſic vocata quod in Iberia luxuriosè ſucrescat. Vocatur etiam Καρδαμωντικὴ & Ἀγριοκάρδαμον, item *Lepidium*, *Hiberis*, *Naſturtium Agreſtie*, *Cardamantice* & *Agriocardamon*, Græcis appellata, quod radici odor inſit naſturtii: vel quod ejus folia partim naſturtio aquatico, quod à Dioſcoride *Siſymbrium* vocatur *Cardamine* dicitur, partim etiam hortenſi, quod *Cardamon* Græcis nominatur, ſimilia ſint: vel quod guſtu naſturtium referant.

IBIGA, est Chamæpytis, idem quod *Abiga*, vide *Iva*.

IBISCUS, & HIBISCUS, est Althæa, nomen videtur fictum ex Malva & Viſcum, quaſi diceres Malvæ viſcum, unde barbaris pharmacopolis *Malvaviſcum*, hinc forte deſcendit *Ibiſcus* & *Hibiſcus*, velut aliis placet *Ebiſcus*, alii derivant ab ἶβυς quod ſit magna ejus vis, vide *Althæa*.

ICHOR, ſæpè ſignificat ſerum ſanguinis, aliquando est humor ſulphureus & aquoſus, ex ulceribus manans. B. **Waterig bloed.** G. Das Waſſerige geblüt. Gall. *Sang Aqueux.* A. Watery-bloud.

ICHOROIDES, est humiditas ſaniem referens, ex ἰχὼρ ſanies, & εἶδος forma. B. **Water-bloedig.** G. Waſſerblutig. Gall. *Sang aqueux.* A. Watery-bloud.

ICHTYOCOLLA, est gluten alicujus piſcis, qui dicitur eſſe ſine oſſibus, vocatur *Huſo*, unde G. Hauß-blaſen. B. **Huiſen-blas/** ſive **Viſchlym.** Piſcis magnus est, longitudine viginti quatuor pedum, pondere nonnunquam ad libras quadringentas. In Danubio maximè ex Ponto venit. Gluten illud album est, ex illius corio, inteſtinis, ventriculo, pinnis & cauda confectum. Arab. *Alcanna.* Gall. *Colle du Poiſſon.* A. Fishglew, Iſing-glaſſ. Vocatur etiam *Alzanaban* vel *Alchanach* ſive *Alzanach.*

ICTERICA, ſunt Medicamenta adverſus icterum.

ICTERUS, est cutis in flavedinem mutatio, ab obſtructione ductus choledochi, vel glandularum hepaticarum, jecoris debilitate, obſtructione, ſcirrho, unde in ſanguine retinetur, ἀπὸ τοῦ ἰκτίδος, id est *Viverræ*, quæ est ex genere muſtelarum, quo venatores utuntur, cujus oculi ejuſmodi

colore

colore tincti cernuntur. Sive ab Ictero ave, ejus coloris, quam Latini Galbulum vocant, quæ si spectetur, (inquit *Plinius*, Lib. xxx. cap. x.) sanari id malum, tradunt, & avem mori. Latinis *Regius Morbus* nominatur, hinc:

Regius est vero signatus nomine morbus,
Molliter hic quoniam, celsa curandus in aula.

Malim ego ab auro metallorum rege, denominationem statuere, sicut & *Aurigo*, ab auri colore, nominatur & fellis suffusio. *Celso* ita dictus, quod in aulis Regum molliter curetur, (ut *Sammonius* ait) ludis, lasciviaque, per quæ mens exhilaretur. *Arcuatus* & *Arquatus morbus Celso*, à colore arcus cælestis æmulo. B. **De Geluw / Geelsucht / de Geele.** G. Die gelbsucht. Gall. *La Jaunisſ.* A. The Jaundice.

Icterus Albus, idem quod *Chlorosis.*

Idæa, vide *Victorialis.*

Idea Morbi, est proprietas & essentia morbi, ab εἶδω video. B. **Eygenschap der ziekte.** G. Eigenschafft der kranckheit. Gall. *La Propriete, ou l'Essence de Maladie.* A. The Prpriety and Essence of a Disease.

Idiopathia, est morbus primarius, qui ab alio morbo non dependet, nec originem ducit, ab ἴδιος proprius, & πάθος affectus. B. **Eigen-lyding.** G. Kranckheit. Gall. *Sympathie.* A. Idiopathie.

Idiosyncrasia, est propria cuivis corpori temperies, ex ἴδιος proprius, σύν cum, & κρᾶσις temperamentum. B. **Eigen Gematigheit.** G. Inwendige beschaffenheit. Gall. *Idiosyncrasie.* A. Idem, A peculiar Temperament.

Jecoraria Vena, idem quod *Basilica.*

Jecur, idem quod *Hepar.*

Jecur Uterinum, vide *Placenta Uteri.*

Jejunum Intestinum, est secundum tenuium, sic appellatur, quia frequenter vacuum est: in eo, papillæ glandulosæ chylum absorbent, venisque lacteis tradunt, vocatur à Varrone *Hilla.* Gr. Νῆστις. B. **De Nuchtere darm.** G. Das Leere gedärm. Gall. *Boyau Vuide.* A. The Empty gut, Hungry gut.

Jeseminum, idem quod *Jasminus.*

IGNIS ACTUALIS, est, qui primo contactu adurit: ut sunt ignis ipse & cauteria ferrea, sic *Actuali* igne calcinantur animalium partes, ut ossa, cornua &c, ad albedinem, seu ad particularum oleosarum & salinarum exhalationem: quod alias *Combustio* dicitur, sicque Saturnus in *Minium*, limatura ferri in *Crocum Astringentem*, ut nimirum flamma undiquaque materiam lambat, calcinatur, quod & *Reverberare* dicitur. B. **Dadelijk vuur.** G. An Brennende Fewr. Gall. *Le feu actual.* A. Real, or actual fire.

IGNIS CIRCULATORIUS, est tepor, vel talis caloris gradus, quem digiti facile ferunt.

IGNIS POTENTIALIS, est Medicamentum, quod, postquam aliquandiu parti superimpositum fuerit, vires suas exerit: Ut ruptorium cæteraque exedentia, sic potentiali igne solvuntur metalla, lapides &c. ope spiritus acidi nitri, vitrioli &c. B. **Vermogelijk vuur / een gatbrandent Medicament.** G. Gelind Fewr. Gall. *Le feu potential.* A. Potential fire.

IGNIS PERSICUS, idem quod *Gangræna:* sumitur etiam pro *Carbunculo*, seu *Anthrace.*

IGNIS REVERBERII, est ignis destructivus, qui vivâ flammâ & follibus instituitur. B. **Neverbereer vuur / wederom steut vuur.** G. Neverberier fewr/ sehr starck fewr. Gall. *Feu reverberatoire.* A. Reverbering fire.

IGNIS ROTÆ, quando in fornace flamma, in modum rotæ, vas destillatorium ambit.

IGNIS SACER, idem quod *Erysipelas:* quidam tamen pro *Herpete* sumunt.

IGNIS SILVESTRIS, idem quod *Phlyctæna.*

IGNIS SUPPRESSIONIS, est, quando retorta in arenâ collocata sit, & infra & supra arenam, ignis fortissimus adhibeatur, uti fit in cinnabari antimonii &c. conficienda.

IGNITIO, est calcinatio per ignem facta. B. **Kalkmaking.** G. Kalckbrennung. Gall. *Calcination de chaux.* A. Calcination by fire.

ILE, est cavitas à thorace ad coxæ ossa; in animalibus omnibus, homine & ove excepto, intestina omnia *Ile* appellari annotat *Plinius*, ab ἑλίω circumvolvo. B. **Ingewands hol.** G. Die Hohle der gedärme. Gall. *Cavité pour les boyaux.* A. Cavity for the guts.

ILEUM MORBUS, vide *Iliaca passio.*

ILEX

ILEX, Gr. Πρῖος, quia ſerra propter duritiem ſit ſecanda, à πρίω vel πρίζω ſerra ſeco.

ILEX, an à Calyce? nounulli derivant ab Hebraica voce *Elach*. B. **Scarlaken boom / Karmoſijn-boom.** G. Scharlach-beer-baum / Steineiche. Gall. *Yeuſe*, *Euſe*. A. The Scarlet oak.

ILIA, partes dicuntur laterales inanes & molles ipſius abdominis, inter coſtas breves & pubem: *Celſo* Λαγῶν, Κενεῶν, Λαπάρη. B. **De Syden / 't week van de buik.** G. Die weiche gegen dem bauch. Gall. *Les Flancs*. A. The Flank. Aliis ſunt loca illa, quæ oſſi ileo vicina ſunt, initium ſumentia à partibus mollibus, ſeque ad inguina extendentia.

ILIACA PASSIO, ſive DOLOR ILIACUS, MISERERE MEI, VOLVULUS, TORMENTUM, & CHORDAPSUS, eſt dolor in inteſtino ileo cum pertinaci alvi ſuppreſſione & horrendo vomitu, quo primum humores, deinde alvi fæces fætentes excernuntur, cum inſigni anxietate, & periculo mortis tanto, ut rariſſimè evadant. Solet hæc paſſio Herniæ non reſtitutæ ſæpe ſupervenire. B. **De kronkel / darmking / drek-braken / ontfermt uw mijner / lank-euvel.** G. Darmgicht / grimmen. Gall. *Iliaque Paſſion*. A. The Iliack paine in the guts.

ILIACA VASA, eſt bifurcatio illa truncorum deſcendentium arteriæ magnæ, & venæ cavæ, in abdomine intra pelvis regionem. B. **Scheidinge der vaten des onderbuiks.** G. Die blut gefäſſe im unter bauch. Gall. *Vaiſſeaux Iliaque*. A. The Iliack Veſſels.

ILIACUS MUSCULUS, eſt unus ex iis qui femur flectunt, inſeritur tendine, qui Pſoas muſculi tendini connaſcitur, oritur à tota cavitate interna oſſis ilii tenui carnoſoque initio. B. **Darmbeens ſpier.** G. der Darmbeins mauß. Gall. *Muſcle Iliaque*. A. The Iliack muſcle.

ILINGUS, vide *Scotomia*, ab εἰλίσσω circumvolvo.

ILIUM, eſt inteſtinum tertium tenuium: oritur ubi jejunum deſinit, & finem ad cæcum aſſequitur. Longitudin eunam & viginti palmas æquat, ab εἰλέω circumvolvo. B. **De omgewonde darm.** G. Der lange darm. Gall. *Le long boyau*, *inteſtin iliaque*. A. The Winding, or turning gut. Iliack gut.

ILIUM OS, eſt pars oſſis Innominati: ſic dicitur quod inteſtinum ilium continet. Circumferentia ejus circularis

est, pars superior latissima, connectitur ossi sacro. Superior pars spina, interior costa, & exterior dorsum appellatur. Amplius est mulieribus, propter partum, quam viris. B. Darmbeen/ Heupebeen. G. Das Darmbein. Gall. *l'Os Iliaque.* A. The Iliak bone.

ILLECEBRA, *Hellecebra*, *Sempervivum minus acre*, per antiphrasin sic videtur appellari, quod minimè propter acrimoniam illiciat. B. Muur-peper. G. Maur-pfeffer. Gall. *Pain d'Oiseau.* A. Stone-krop, Stone-hore, Wall-pepper.

ILLINCTUS, vide *Eclegma.*

IMBECILLITAS, denotat eum gradum, in quo qui consistunt, nec alacres sunt, nec validi ad labores & exercitia, unde facile defatigantur & delassantur, tales sunt pueri, senes, valetudinarii & reconvalescentes. Hi enim omnes tabe aliqua tum in pinguedine & carne, tum in succis laborant, verum si in ægris consideretur imbecillitas, nomen adipiscitur aliud, quod indicat majorem imbecillitatem, qualis est virium jactura, prostratio, dispendium, debilitas, languor, hæc ægris evenit, & magis, quo morbus morti propinquior; in qua maximè consumptis viribus, omnes denique deficiunt, atque in hac etiam majus, vel minus dispendium est, & ad plures vel pauciores motus impotentia. In hac læduntur motus artuum, vel respirationis, vel cordis. B. Swakheid. G. Schwachheit. Gall. *Foiblesse*, *Debilité.* A. Weakneſſe, Feebleneſſe.

IMMERSIO, est, quando metalla, vel mineralia rei alicui corrodenti immerguntur, ut tandem in calcem redigantur. Item lotionis species est, quando simplicia aquæ immerguntur, ut corticem duriorem vel inutilem, aut qualitatem nocivam deponant. Sic calx, cerussa, tutia igne candida &c. aquæ injiciuntur, ut à nimiâ acrimoniâ liberentur. Estque sicca vel humida. B. Indukkinge. G. Das Tauchen. Gall. *Immersion.* A. Ducking, Dipping.

IMMERSUS MUSCULUS, idem quod *Infrascapularis.*

IMPASTATIO, est, quando materia ad pastam excipienda cum excipiente quodam commiscetur & pinsatur, ut fiat instar massæ.

IMPATIENS HERBA, sive NOLI ME TANGERE, sic appellatur, quod non patitur attingi, quin ejus seminales folliculi crepaturam patiantur, hinc tangi nolit. Eadem crepatura observatur circa folliculos Balsaminæ fœminæ,

&

& cucumeris asinini. B. Kruidje roert my niet. G. Spring-kraut. Gall. *Herbe Impatient.* A. Leaping Mercury.

IMPERATORIA, seu OSTRUTIUM, fortè ab imperando dicitur, quod cæteris plantis imperat: hinc fortasse *Magistrantia* quoque appellatur. B. Meester-wortel. G. Meyster-wurtz / Magistrantz / Ostritz. Gall. *Imperatoire.* A. Master-wort.

IMPERFECTA CRISIS, vide *Crisis.*

IMPERIALIS CORONA, est planta bulbosa, cujus flores cōronæ in modum caulis summum cingunt. B. Keizers-kroon. G. Käisers-kron. Gall. *Couronne Imperiale.* A. The Imperial Crown.

IMPETIGO CELSI, idem quod *Lepra Græcorum*, quatuor species proponit *Celsus.* Minime mala est, *inquit*, quæ similitudine scabiem repræsentat, nam & rubet & durior est, & exulcerata & roditur. Distat autem ea, quia magis exulcerata est, & varis similes pustulas habet: videnturque esse in ea quasi bullulæ quædam, ex quibus interposito tempore squammulæ solvuntur, certioribusque hoc temporibus revertitur. Alterum genus pejus est, & simile papulæ ferè, sed asperius, rubicundiusque, figuras varias habens. Squammulæ ex summa cute decidunt, rosio major est, celerius & latius procedit, certioribusque etiam, quam prior, temporibus & fit, & desinit, *Rubra* nominatur. Tertia, etiamnum deterior est: nam & crassior est & durior, & magis tumet, in summa cute finditur, & vehementius rodit. Ipsa quoque squammosa, sed nigra est, proceditque, & latet & tardat: minus vero errat in temporibus, quibus aut oritur, aut desinit, neque ex toto tollitur, *Nigræ* cognomen est. Quartum genus est, quod curationem omnino non recipit, distans colore: nam subalbidum est, & recenti cicatrici simile, squammulasque habet pallidas, quasdam subalbidas, quasdam lenticulæ similes: quibus demptis, nonnunquam profluit sanguis. Alioqui vero humor ejus albidus est, cutis dura atque fissa est, proceditque latius. Hæc vero omnia maximè genera oriuntur in pedibus & manibus, atque ungues quoque infestant. Idem Impetigo quibusdam sonat ac Lichen. B. Ring-worm. G. Zittermahl. Lusit. *Empige.* A. Ring-worm or Fetter. Vide *Lepra Græcorum.*

IMPETIGO *Plinii*, idem quod *Lichen Græcorum.*

IMPRÆGNATIO, est species imbibitionis, quando res aliis rebus implentur; verbi gratia, si tartarus viribus emeticis

ticis ab antimonio imprægnatur : vel quando ſal alcali ab acido liquore ſaturatur : ſed *Imprægnatio* propriè ſumitur, pro conceptu poſt coitum.

INAPPETENTIA, eſt, quando cibus propter fermentum in ventriculo diminutum, vel motum reſpirationis debilem, non appetitur. B. Slappe eteng-luſt. G. Eckel zu eſſen. Gall. *Degout*. A. Loathing.

INAURATIO, eſt, quando Pilulæ auro foliato obducuntur. Cum nempe Pilulæ in capſula clauduntur, & una cum foliis auri circumagitantur. B. Vergulding. G. das Vergulden. Gall. *d'Orer*. A. To gild Pils.

INCARNANTIA, & INCARNATIVA, ſunt medicamenta carnem generantia. Idem quod *Sarcotica*.

INCERATIO, eſt miſtio humoris cum re ſicca, per combibitionem lentam ad conſiſtentiam ceræ remollitæ, Gr. Ἐγκήρωσις.

INCIDENTIA, idem quod *Attenuantia*.

INCINERATIO, eſt ignitio, qua corpora vegetabilium & animalium in cineres, igne violentiore rediguntur, nonnulla etiam in ſole ope vitri uſtorii ad albedinem calcinantur, ſive incinerantur, ut antimonium, vitriolum, &c. B. Aſchmaking. G. Aſchmachung. Gall. & A. *Incineration*.

INCISIO, fit vario modo, recta, crucialis, triangularis &c. Vide *Encope*.

INCISORES DENTES, idem quod *Primores dentes*.

INCISORII, idem quod *Primores*.

INCISORIUM, eſt ſcalpellum chirurgicum, quo aliquid præſcinditur; nempe ſi vulnera ſint dilatanda &c. B. Een Sny-mes / Inciſi-mes. G. Ein Schneid-meſſer. Gall. *Biſtouri*. A. Cutting knife.

INCLINATIO, ab *Inclinare*, eſt, quando liquor tenuis à craſſa ſubſidentia ſenſim effunditur : ut ſuceci per ſubſidentiam clari, aut aqua poſt edulcorationes.

INCORPORATIO, eſt commiſtio, qua ſtatim humida cum ſiccis in unum corpus per formam maſſæ contemperantur, itaque hic non fit lenta nutritio, ſed tantum humoris ſtatim additur, quantum ad corporis miſti conſiſtentiam requiritur, ut fiat veluti paſta, unde & *Impaſtatio* nominari poteſt, in nonnullis *Subactio*. Incorporatæ autem res in calore digeſtorio relinquuntur, ut mutua actione, & paſſione craſin communem nanciſcantur. B. Lyfmaking. G. Zuſammen backen / vermiſcht. Gall. & A. *Incorporation*.

INCRASSANTIA, sive ECPYCTICA, sunt, quæ crassis ramosisque partibus prædita, & succis tenuioribus & liquidioribus nectendo, consistentiam crassiorem & stabiliorem ipsis conciliant. B. **Dikmakende Medicamenten.** G. Dickmachende mittlen.

INCUBUS, INCUBO, & ASTHMA NOCTURNUM, Gr. Ἐφιάλτης ab Ἐφάλλομαι insilio, est motus tardior qui in somno accidit & insomnio, quando falsò sibi imaginantur aliquem ventri aut pectori incumbere, ita ut compressi spirare, loqui vel clamare se non posse putent, quod si expergiscantur, anxii sunt, turbati, facie rubentes & calentes. Porro in suspiria, in vigilias, & miras sæpe imaginationes de Diabolo, de hostibus, de spiritu ad coitum sollicitante, & cæteris incidunt: re autem bene perpensa, apparet hoc malum leve esse, & quæ in somno contingunt, suffocationem Hypochondriacam, dicitur & *Suppressio nocturna.* B. **Nacht-merry / Mare / Nacht-drukking.** G. Der Alp / Marr / Das Nachtmänlein / Schrötle. Gall. *Chausse-mare.* The Night-mare.

INCURVATIO, idem quod *Cyrtoma.*

INCUS, est unum ex ossiculis in aure interna contentis, Molarem dentem refert & malleo subjacet: habet infernè duos processus: unum breviorem, ossi squammoso innitentem; alterum longiorem sustinentem verticem stapedis sive ossis triangularis, quod cochleæ insistit, dum basi latiusculâ fenestræ ovali immergitur. B. **Het Aambeelt-been.** G. Das Amboß gleiche beinlein. Gall. *Enclume.* A. Anvile.

INDEX, *Indicator, Salutaris & Demonstratorius digitus.* Gr. sæpe dicitur Λειχανὸς à lingendo, est digitus pollici proximus, sic dictus, quia hoc digito aliquid demonstratur, ideoque Δεικτικὸς à Δείκνυμι Gr. appellatus. Olim de diebus futuram crisin pronuntiantibus velut indicantibus dicebatur Δάκτυλος. B. **De wijs-vinger / voorste vinger.** G. Der Zeiger. Gall. *Le second Doigt.* A. The Fore finger.

INDICANS, nihil aliud est, quam quoddam in corpore secundum aut contra sanitatem observatum & designatum, cujus gratiâ aliquid fieri dicitur, quod ei conferre debeat. B. **Het aanwijsende van't gene moet gedaan werden.** G. Anzeigung. Gall. & A. *Indication.*

INDICANTES DIES, sunt, qui crisin certis diebus futuram indicant; qui propterea indicantes & comtemplabiles dicuntur, & sunt cujusque septenarii medii quaterni, ut dies

quartus, undecimus, decimus ſeptimus, vigeſimus quartus. Sed illa enumeratio apud noſtrates vana eſt, & jam ex facultate medica exploſa. B. **Aanwijs-dagen**. G. Tagen die was anzeigen. Gall. *Jours indicantes*. A. Days indicant.

INDICATIO, Gr. Ἔνδειξις. B. **Inſicht** / eſt id, quod demonſtrat quid in morbis ſit faciendum: eſtque triplex *Præſervatoria*, **Verhoedende** / quæ ſanitatem à morbis præſervat. *Curativa*, **Geneſende** / quæ morbum jam inductum expellit. Et *Vitalis*, **Verſterkende** / quæ vires & victus rationem reſpicit. Scopi à quibus indicationes ſumuntur, trito hoc diſticho comprehendi ſolent:

Ars, Ætas, Regio, Complexio, Virtus,
Mos, & Symptoma, Repletio, Tempus & Uſus.

INDICATOR, eſt unus ex muſculis, digitum indicem extendentibus.

INDICATUM, eſt illud ipſum juvans, ſive id quod indicanti congruit, aut conſequens agendum, ſanitatis reſtaurandæ gratia.

INDICES DIES, vide *Critici Dies*.

INDIGNATORIUS MUSCULUS, eſt muſculus oculum abducens, ad latus in parvum angulum. B. **De verontwaardiger ſpier**. G. Der abführende augen mauß. Gall. *Muſcles Meſcontentes*. A. The diſcontent brawn.

INDURANTIA, vide *Sclerotica*.

INDUSIUM, idem quod *Amnios*.

INEDIA, eſt abſtinentia à cibis, ſic ut minus ſolito comedamus. B. **Ontrekkinge van ſpijſe**. G. Mangel an nahrung / hunger. Gall. *Faute de boire & de manger*. A. Abſtaining from meat.

INFIMUS VENTER, vide *Abdomen*.

INFLAMMATIO, vide *Phlegmone*.

INFLATIO, eſt partis alicujus, à flatibus diſtenſio. Gr. Ἐμφύσημα & Ἐμπνεύμφυσις. B. **Opblaſinge**. G. Auffblaſung. Gall. *Bourſoûflure*. A. A puffing upp.

INFRASCAPULARIS MUSCULUS, ſive SUBSCAPULARIS & IMMERSUS dicitur, à ſcapulæ inferiore latere, carnoſus latuſque defertur, atque in ligamento tertio humeri finem ſuum aſſequitur, ſed tendine cæteris latiore. B. **Onderſchouderblads ſpier**. G. Der unter ſchulterbeins mauß. Gall. & A. *Muſcle infraſcapulaire*.

INFRASPINATUS MUSCULUS, sive SUPRASCAPULARIS SECUNDUS, sub spina scapulæ à basi profectus, cum suprascapulari secundo carnosus & crassus, brevi latoque tendine in humeri ligamentum, quod numero quartum constituunt, excurrit. B. **Bovenschouderblads spier.** G. Der uberschulterbeins mauß. Gall. & A. *Muscle suprascapulaire.*

INFUNDIBULM, seu ENCHYTA, vulgo *Tritorium*, est vas transmittens in summitate latum, quod paulatim in fistulam cuspidatam definit: ex metallo fabricatur vel ex vitro. Gr. Χοανὴ. B. **Een Tregter / Trommelle.** G. Ein Trechter. Gall. *Un Entonnoir.* A. A Tunnel, Funnel.

INFUNDIBULUM CEREBRI, πύηλος, Ληνὸς *Herophilo.* Idem quod *Choana.*

INFUNDIBULUM RENUM, est pelvis qua ex renibus, ad ureteres & vesicam urina transit. B. **Bekken.** G. Nieren becken. Gall. *Bassin.* A. Basin.

INFUSIO, est extractio virium ex ipsis Medicamentis, per liquorem convenientem facta: quæ si purgans fuerit, unica vice absorberi potest, cui propriè nomen competit. Sumitur etiam pro cunctis medicamentis, quæ per certum tempus infunduntur, quæque foris applicantur. Gr. Ἀποβρέγμα. Dicitur & *Maceratio* vel *Dilutum.* B. **Een afweiksel.** G. das Einschencken / ein Tranck. Gall. & A. *Infusion.*

INFUSUM, idem quod *Infusio.*

INGREDIENTIA, dicuntur varia simplicia, quæ unicum compositum constituunt.

INGUEN, Gr. Βουβών, dicitur ille locus à flexu femoris ad pubem. B. **De lieffen / heupen / eigenisse.** G. das Untertheil des leibes wo die Heidrüsen seyn / der Schmerbauch / die scham am leib. Gall. *l'Aine, Aisnoé.* A. The groine.

INGUINALIS, vide *Aster.*

INJECTIO INTESTINALIS, idem quod *Clyster.*

INIUM, est initium medullæ oblongatæ, quod est sensorium commune, quia sensationes sive species ab organis externis exceptæ, ibi per nervos deferuntur, ab iis fibra, eo quod fibræ nervosæ ibi loci tanquam in camera, & loco communi terminantur. B. **Het begin van 't lange merg.** G. der anfang des Marcks im Ruckgrad. Gall. *Commencement de Mouell de dos.* A. The beginning of the oblongate marrow.

INNOMINATA OSSICULA, vide *Cuneiformia.*

IN-

INNOMINATA GLANDULA OCULI, vide *Caruncula Oculi.*

INNOMINATA TUNICA OCULI, eſt tendinum à muſculis, oculos moventibus, ſubtilis quædam expanſio, ad iridis uſque ſive corneæ membranæ circumferentiam producta, vide *Adnata Tunica.* B. **De ongenoemde oogroſt.** G. das ungenante augen häutlein. Gall. *Tunique d'Oeil innomine.* A. Tunicle Innominate of the eye.

INNOMINATUM OS, aliis *Os Coxæ*, vel *Ilium*, ad latera oſſis ſacri eſt, conſtans ex tribus oſſibus, *Ilio*, oſſe *Pubis & Iſchio*, per cartilagines junctis, uſque ad ſeptimum annum, ex triplici linea diſtinctum apparent, ſed adultis in unum os coaleſcunt. B. **Het ongenoemde been.** G. das ungenante Bein. Gall. *l'Os innomine.* A. The innominate bone.

INMOMINATUS HUMOR, ſive inſitus, eſt humor ſecundarius à Veteribus dictus, ex quo corpus nutriri putabant. Erant enim iſti humores nutritii quatuor: *Innominatus*, *Ros*, *Gluten*, *Cambium.* B. **De ongenoemde vocht.** G. Die ungenante feuchte. Gall. *Humeur innomine.* A. The Innominate liqour.

INQUIETUDO, eſt motus convulſivus muſculorum, in lumbis, cervice & artubus, quo identidem ſeſe jactant, convertunt, & hinc inde movent ægri de latere in latus, brachia attollentes, pedes & femora ad nates trahentes, modo in ventrem, modo ſupini decumbentes, jam ſedentes in lecto, jam ſurgentes. Hæc vero Inquietudo evenit vel initio febrium, vel etiam toto tempore, quo febris urget; eſt quoque ordinarium in ea febre ſymptoma, quam malignam ſive peſtem vocant. Dolores etiam graves ad ſe trahunt Inquietudinem: imprimis vero Cardialgia, Colica & Nephritis. Porro cum delirio ſæpe eſt inquietudo, ſed nuſquam magis, quam ubi Mors in propatulo eſt, atque ægri ſenſim moriuntur, viribus adhucdum aliquando ſuperſtitibus. Gr. Ταραχὴ. B. **Woelentheid.** G. Unruh. Gall. *Inquietude.* A. Unquietnes.

INSANIA ſive AMENTIA, eſt imaginationis & judicii depravatio, ſumitur etiam pro mania, vide ſuo loco. Gr. Παραφροσύνη. B. **Gekheid / Dolheid / Onſinnigheid.** G. Unſinnigkeit / dollheit / taubſucht. Gall. *Folie*, *Phrenetie.*

INSESSUS, ſeu ENCATHISMA, eſt balneum ventri,

tri, inferioribusque partibus dicatum, cui æger ad umbilicum usque insidet. Habentque tales insessus usus varios, qui nonnunquam ad dolorem sedandum, interdum ad emolliendum, vel flatus discutiendos, & non raro ad menses ciendos, parantur. Vide *Balanæum*. B. **Een Bad daar men in sit.** G. Ein Bad. Gall. *Bain*. A. A Bath.

INSOLATIO, est, quando res fermentandæ aut macerandæ solis calori exponuntur.

INSPIRATIO, Gr. Εἴσπνοὴ, & Ἐμπνεύμάτωσις, est thoracis alterna dilatatio, qua aër nitrosus per asperam arteriam ejusque partes vesiculares, sanguini accensionis gratiâ communicatur. Causa respirationis videtur consistere in thoracis dilatatione & in tunicæ fauces, asperamque arteriam ad intimos usque recessus obtegentis, contractione. B. **Inademing.** G. Das athem ziehen / athem holen. Gall. *Inspiration*. A. Idem.

INSPISSATIO, est, quando liquida materia evaporando in massam tractabilem & consistentem redigitur. Gr. Πύκνωσις. B. **Verdikkinge.** G. Dickmachen. Gall. & A. *Inspissation*.

INSUCCATIO, est, quando aloë &c. in succo violarum, rosarum &c. inspissatur.

INTELLECTUS, Gr. Νῦς & Σύνεσις, est cogitatio, qua homo res objectas cognoscit. Fieri videtur in corpore calloso, à spiritibus ibi expansis. B. **Begryp / verstant.** G. Der Verstand. Gall. *Entendement*. A. The understanding.

INTEMPERIES seu DYSCRASIA, & ACRASIA, est morbus, qui in qualitatum corporis inconvenientia consistit, eaque vel Manifesta est vel Simplex, vel Composita; Simplex est quando una qualitas peccat; ut intemperies calida, aspera, rara, dura, acida, salsa &c. Composita est, ubi plures qualitates in vitio sunt: ut intemperies calida & salsa, frigida & acida &c. Intemperies occulta est quæ oritur à qualitatibus venenatis, ut ex aëre, animalibus venenatis &c. ex aëre provenit, quando nempe nitrum aëreum, ab aquis stagnantibus putridis, diurnis siccitatibus, terræ motibus &c. contagiosum evadit; unde febres malignæ, pestilentiales & pestes ipsæ nascuntur: Sublatis quippe vaporibus, id quod reliquum est (propter elementum sulphureum & salinum) fœtorem contrahit, unde & aër ejusque nitrum à temperie &

κρᾶσι optima deſciſcit & degenerat: idque ſimiliter ex terris ſiccis fieri cenſeo: particulis enim aqueis in altum evectis accreſcunt ſulphureæ & tandem ſalinæ particulæ quæ nitrum aëreum ita aculeatum reddunt, inſtar veneni arcenicalis, Mercurii ſublimati, aut aquæ ſtygiæ, quæ inſpirata ſanguinis maſſam coagulant, erodunt, ſpirituſque avolare faciunt: unde anginæ, pleuritides, bubones &c. producuntur. B. **Ongematigheid / ongetemperthеit.** G. Unmäſſigkeit / ein böſer zuſtand. Gall. *Intemperance.* A. Unſeaſonablenes, Untemperantnes.

INTENTIO, idem quod *Indicatio.*

INTERCALARES DIES, ſive intercidentes, & ab aliis provocatorii dicti, ſunt, in quibus vel ob vehementiam paroxyſmi, vel ob cauſam externam, corpus & ſucci irritantur ad intempeſtivam expulſionem præſtandam: Tales ſunt dies tertius, quintus, nonus, decimus tertius, decimus nonus. Sed illa enumeratio apud ſaniores Medicos evanuit. B. **Tuſſen beyden komende dagen.**

INTERCIDENTES DIES, idem quod *Intercalares.*

INTERCOLUMNE, idem quod *Diapegma.*

INTERCOSTALES MUSCULI, in utroque latere viginti duo ſunt, undecim externi & totidem interni: Omnes coſtis intertexuntur. Fibras habent obliquas, & invicem inſtar X ſeſe interſecantes. Externi oriuntur à ſuperiorum coſtarum inferioribus partibus, & obliquè verſus poſteriora deſcendentes inſeruntur in inferiorum partes ſuperiores. Interni è contra. B. **Tuſſchen-ribbige ſpieren.** G. Die mäuſlein zwiſchen den rippen. Gall. *Muſcles Intercoſtales.*

INTERCOSTALIS NERVUS, eſt nervus pari vago à medulla ſpinali acceſſorius, qui & in abdomine per omnia viſcera ſpargitur. B. **De tuſſenribbige ſenuw.** G. Die ſehnen zwiſchen den Rippen. Gall. *Nerf Intercoſtale.* A. The Intercoſtal nerve.

INTERCUS, vide *Anaſarca.*

INTERFEMINEUM, idem quod *Perinæum.*

INTERMISSIO FEBRIUM, vide *Apyrexia.*

INTERMITTENS FEBRIS, dicitur, quando per unum vel plures dies intermittit, eaque tunc eſt *Quotidiana*, *Tertiana & Quartana*, quibus nonnulli quintanam addunt. B. **Afgaande koorts.** G. Fieber das da abläſſet / und eine zeitlang inne hält. Gall. *Fievre Intermittente.* A. An Intermitteut Feaver.

IN-

INTERMITTENS MORBUS, est, qui quibusdam temporis periodis affligit & remittit. Febres intermittentes oriuntur non à foco quodam fictitio, sed unice ab assimilatione chyli impedita dependent. B. Tusschen lating / gaande en weder komende ziekte. G. Ein zeitlang ablassende kranckheit. Gall. *Maladie Intermittente*. A. A Intermittent disease.

INTERNODIUM, est digitorum ossium mutua colligatio, articulatio & ordine successio. B. De tussen-knopingen. G. das bißlein so zwischen zweyen gelencken ist. Gall. & A. *Internodation*.

INTERNODIUM, inter Vegetabilia est, quod inter artus vel genicula medium intercedit.

INTERNUNCII DIES, vide *Critici Dies*.

INTEROSSEI MUSCULI, sive ABDUCTORES, sunt sex in spatiis metacarpi, tres exteriores & tres interiores, qui cum vermicularibus coëuntes, per latera exteriora & interiora digitorum incedunt, tendinesque suos ad tria internodia extendunt, extensioni aliquantulum inserviunt. Externi palmæ incumbunt, interni volæ inter metacarpi ossa. Ita in pede decem habentur *Abductores interossei*, à pedis ossibus nati, & spacia Metacarpi replentes. Externi vel Interni sunt, illi tendine lato ad primum digitorum internodium per latera assurgunt; hi ad secundum internodium; nonus vero ad pollicis, ad minimi digiti adductionem decimus inservit. B. Tusschen-beenige spieren. G. die Mäußlein zwischen den beinen. Gall. *Muscle entre l'Os*. A. Brawn's between the bones.

INTERPASSATIO, dicitur de sacculis seu fomentis siccis, idemque est quod *Intersuere*, ne materia inclusa conglomeretur, cujus rei gratiâ quoque Gossypio pulveres suscipi solent. B. Tusschen-naeping. G. Zwischennath.

INTERSCAPULARIA, sunt cavitates inter scapulam & vertebras.

INTERSCAPULIUM, est processus scapulæ in gibba scapulæ parte, qui vulgo dicitur spina.

INTERTRIGO, vel ATTRITUS, Gr. Ἐκλεμμα, est partium ano vicinarum, seu partium inter femora sitarum, excoriatio, vel pelliculæ abrasio à motu vehementiori, præcipuè equitatione orta. Frequenter id evenit infantibus, ut cuticula in coxis à vera cute separetur & quasi abradatur

datur, atque dolor eo loci excitetur, qui infantes insomnes atque inquietos reddit. Gr. Δάρσις à Δέρω excorio. B. **Ontvelling / Smertsel / blik aars.** G. Abgeschabene haut. Gall. *Ecorchure*, *Entretail.* A. A Galling in the Skin.

INTESTINA, vide *Enteron.*

INTUBUS & INTUBUM, est Endivia, Gr. Σέρις. *Intubum* Latini vocarunt à cavo tubæ specie caule, vocatur etiam *Seris* & *Seriola.* Vide *Endivia.*

INTUMESCENTIA, idem quod *Tumor.*

INULA CAMPANA, vide *Helenium.*

INVOLCRUM CORDIS, vide *Percardium.*

JONTHUS, sive VARUS, vocatur etiam Ἀκνὴ, quoniam hujusmodi tubercula potissimum in ætatis vigore oriuntur. Estque tuberculum parvum, durum, & callosum, in faciei cute excitatum, ab ὀνθὸς fimus, quia faciem deturpat & fædat. Alii ab ἄνθος flos, eo quod circa ætatis vigorem efflorescit, deducunt. B. **Een werte / vlek.** G. Venus Blumlein / schwartze flecken. Gall. *Le Tac.* A. A Spot.

JOVIS BARBA, Sedum majus appellatur, quod scil. nonnullis locis plebis animos jampridem invaserit opinio, non feriri fulmine domum, in cujus tegulis vireat: hinc nostris **Donder-baard** / quoniam Jupiter Rex fulminum est. Vide *Barba Jovis.*

JOVIS FLOS, vocatur Crocus, propter splendorem, fulgoremque.

IRIO seu IRION, Gr. Ἐρύσιμον, Viri docti *Trionum* legendum esse censent. Latini ab irruendo derivant, quod igneâ vi & fervido sapore irruat in gustum: nonnulli à voce *Iris* deducunt, quia summitates in modum iris incurvantur. B. **Herik / wilde Mostaart.** G. Weg-senfft / Hederich / wilder-senff. Gall. *Tortille*, *Tortelle*, *Velar.* A. Hedge-mustard, Bank-kresses.

IRIS, ab arcus cælestis similitudine, qua florum folia incurvantur, nomen sortitur; quam flores ejus repræsentant. In quibusdam codicibus habetur ἱερὶς, & vertitur ideo *Consecratrix*, quod in sacrificiis, purificationibusque suis Antiquitas Iride sit usa. Aliis οὐρανία cælestis, quod cælestis arcus specie & modo floreat. Aliis θαυμαστὸς admirabilis, eadem ratione qua à Poëtis ille cælestis arcus Thaumantias dicitur, genus, originemque illi ex admiratione novæ rei, rudi adhuc

huc sæculo, ut primus Plato indicavit, assignantibus Antiquis. B. Lisch. G. Gilgen/viol-wurtz/ Himmel-schwertel. Gall. *Glaeul*, *Flambe*, *Fleur de lis*. A. Flower de Luce.

Iris, est circulus ille fibrosus oculi pupillæ proximus, variis coloribus distinctus, & ubi iridem constituit cærulea, cæsia vel nigra est. B. De regenboog / het kroontjen. *Iris*, est etiam circulus niger, qui papillam ambit. B. De Boog. G. Das Krönlein umb den augapffel. Gall. *l'Arc*. A. The bowe of the eye with divers colours.

Isatis, est planta, quâ lintea, lana, &c. cæruleo colore sufficiuntur, fortè ab ἰσάζω æquo, complano, quod vim habeat tumores æquandi; quidam *Glastum* olim fuisse putant, nunc *Guadum*. Hinc nostris Belgico idiomate Glas / sive vitrum. Barbari depravata voce *Osatim* appellant. B. Weed. G. Weyde. Gall. *Guede*, *Pastel*. A. The plant, woad.

Isatodes, est bilis cærulea, quæ glastum sive isatidem colore refert, ex ἰσάτις glastum, herbæ nomen, & εἶδος forma. B. Blaauwe gal / weed-koleurige gal. G. Blawe Gall. Gall. *Fiel Isatode*. A. Blew bile.

Ischæma, sunt medicamenta sanguinem sistentia, quæ emplastica, astrictoria, refrigeratoria, vel exsiccatoria sunt, vel meatus vasorum apertorum claudunt, vel sanguinis fluiditatem & motum vehementiorem imminuunt, vel sistunt. Ab ἰσχύω valeo, cohibeo, & αἷμα sanguis. B. Bloed-stoppende middelen. G. Blut-stoppende mittel. Gall. *Etanchement le sang*. A. Blood-stopping medicines.

Ischæmon, est graminis species, a Thracibus primum inventa, quâ ferunt sanguinem sisti; alii per antiphrasin contrarium scribunt, quod ejus spica naribus indita sanguinem potius proliciat, ab ἴσχω sisto, contineo, & αἷμα sanguis.

Ischas, est ficus siccatus: dicitur quasi ἴσχνας ab ἴσχναω arefactum, siccatum esse, ita vocatur etiam *Apios*, quod ejus radix exsiccatum ficum referat. Vide *Apios*.

Ischias, est arthritis coxendicis, ab ἴσχις lumbus ὀζύς *Hesychio*. B. Heupe-gicht. G. Hüfftwehe. Gall *Sciatique*, *Goute Sciatique*. A. A The Sciatica or Hyp-Gout.

Ischium, est coxa, sive coxendix, ab ἰσχύω sustineo, contineo; sedentes enim sustinet. B. Heupen-been. G.

Das hufftbein. Gall. *l'Iſchium*, *l'Os de la Hanche*. A. The hip, Hucklebone.

ISCHOPHONUS, eſt vox gracilis, ex ἰσχνὸς gracilis, & φωνὴ vox. B. **Kleine ſtem.** G. **Kleine ſtim.** Gall. *Petite voix*. A. A Smal voice.

ISCHURETICA, ſunt medicamenta quæ urinam ſuppreſſam emingere curant, ab ἰσχὺς validus & ῥέω fluo. B. **Pis ontſtoppende dingen.** G. Harn treibende mittel.

ISCHURIA, eſt urinæ, veſica contentæ, talis ſuppreſſio, qua ejus nihil aut parum excerni poteſt. Quod in veſicæ aut renum calculo, in obſtructione arteriarum renalium vel uretherum, vel urethræ à pituita aut concreto ſanguine, aut hærentibus lapillis, contingit. Etiam in ſudoribus, vomitu, vel alvi fluxu copioſis: imo in imbecillitate, paralyſi veſicæ aut penis, delirio, Apoplexia, Lethargo &c. locum habet, ab ἴσχω cohibeo, & οὖρον urina. B. **Pis-opſtopping / opſchoztíng der pis.** G. Verhaltung und hinter bleibung deſs Harns. Gall. *Suppreſſion d'urine*. A. A ſtoppage of rhe vrine.

ISOPYRUM, non dicitur, quod ἴσον ſit πυρῷ, quod triticum æmuletur, aut tritico ſimile ſit, ſed ἀπὸ τοῦ πυρὸς, quod florem edat flammæ ſimilem, ob flammeum rutilantemque colorem, nec non formam, ſic vocatur aquilegia, flos conſtantinopolitanus &c.

ISTHMUS, eſt ea pars, quæ inter os & gulam ſeu guttur in modum iſthmi interjacet. B. **Een engte.** Item, Interſepimentum vel Diſcrimen narium: Interfinium *Iſidoro*. Imbrex narium *Arnobio* ſcitè dicitur. Item Ἴσθμιον, Στυλὶς, Κίων, Διάφραγμα, &c. B. **Middelſchot der neusgaten.** G. Band der naſs löchern. Gall. *La taille des narines*. A. The ridge or meddle part of the noſtrils.

ITHMOIDEA OSSA, vide *Ethmoides*.

ITINERARIUM, eſt inſtrumentum chirurgicum, quod urethræ infixum, ſphincterem ſeu collum veſicæ oſtendit, ut cum certitudine inciſio fiat ad calculum explorandum. Vide *Catheter*. B. **Een tintel-yſer / proovet / hol-hele.** G. Ein Harn ſucher / Wundeyſen. Gall. *Eſpronvette*. A. A probe.

IVA ARTHETICA ſeu MOSCHATA, eſt Chamæpytis, *Ajuga*, ſive *Abiga*, Latinis dicitur. Invenitur & *Ibiga* vocari, quod nomen ferè ſervant Illyrici, hinc abjectis duabus literis *i* & *g* *Iba*, & ab *Ajuga* abjectione literarum *a* & *j*,

& g, *Iva* manavit in vulgi nomenclationem. Vide *Abiga.*

JUBA, eſt arundinacea coma effuſa, qualis eſt in milio.

JUDAICUM BITUMEN, vide *Aſphalites.*

JUDAICUS LAPIS, olivæ ſpecie oblongè rotundus, tener, ſtriis ſecundum longitudinem diſcurrentibus & æquidiſtantibus arte, ac ſi (torno ſc.) factæ eſſent; colore eſt ſubcinereo, duritie ſilici vix cedente, fractus, intus glaber eſt & politus, reperitur in Judæa, unde & nomen accepiſſe videtur, imo & ex Sileſia huc adfertur. Alii putant medullam ſeu cor eſſe lapidis dunenſis, ſive arenacei. Majores vocant maſculos, minores vero fœminas. In Nephritide ſæpe præſcribitur. B. **Joden-ſteen.** G. Juden-ſtein. Gall. *Pierre Iudaique.* A. The Judaick ſtone. Dicitur Aëtio lapis Syriacus, aliis phrenicites, Tecolithos. Arab. Hager alieudi, & Agiar Aliheud.

JUGALE OS, idem quod *Zygoma.*

JUGLANS, eſt arbor nucifera, ſic appellatur quaſi *Jovis Glans*, ob nucis præſtantiam & excellentiam vocatur: Gr. Διὸς βάλανος, Κάρυον βασιλικὸν. Porro Regia nux & *Perſica.* B. **Walnoot / Okker-noot.** G. Welſch-nuſs / wal-nuſs. Gall. *Le Noyer.* A. Wal-nut-tree.

JUGULARIS VENA, eſt illa quæ juxta jugulun cranium petit. B. **De krop-ader.** G. Die Halſs-ader. Gall. *Veine jugulaire.* A. The Throa te Veine.

JUGULUM, idem quod *Furcula.*

JUJUBÆ, eſt prunorum ſpecies, extus rubræ ſunt, dulcem habentes ſaporem; arbor prunum vix ſuperat, folia habet parva, & ſerrata, ex Italia fructus nobis adferuntur, qui in pectoris morbis uſui ſunt. B. **Jujuben / borſt-pruimen.** G. Bruſt-beerlein. Dicuntur & *Ziziphæ.*

JULAP, vide *Julepus.*

JULAPIUM, idem quod *Julepus.*

JULEP & JULEB, vide *Julepus.*

JULEPUS, eſt medicamentum liquidum internum ſapore gratum & perſpicuum, ex liquore idoneo cum ſyrupo vel ſaccharo ex tempore ſine coctione mixtum, in tres quatuorve doſes ad alterandum vel refrigerandum compoſitum. Conſtat communiter ex libra una & ſemiſſe aquæ hordei vel ex aquis deſtillatis, rariſſime vino, ex ſyrupo

refrigerante ribesiorum, berberorum, violarum &c. frequenter aliquot guttæ spir. sulph., vitrioli, salis &c. ad gratum saporem admiscentur. *Juleb*, unde *Julepus*, nomen Persicum est, idemque sonat quod potio dulcis *Arabibus*, vox julebi à syrupis non distinguitur. Mos illa præscribendi jam à verioribus Medicis prorsus evanuit, quia tantum nocent quam prosunt. B. Een koel-dzank. G. Ein Kühl-tranck. Gall. & A. *Julep*.

JULUS, JULI, sunt folia primum erumpentia. B. d' Eerste uitbzeekende bladeren. G. Die erste ausschiessende blätter. Gall. *Chatton*. A. Leafs first breaking out. Strictè *Julus* tam Gr. quam Lat. est quod in corylo compactili callo racematim cohæret, & veluti prælongus vermis, singulari pediculo pensile nititur, & fructum præcedit. B. Bloensels voor de vrucht. G. Die Blustan hasel stauden. Gall. *Chat ton de noyer*. A. Long Flowers called catkins.

JUNCTURA, idem quòd *Diarthrosis*.

JUNCUS, Gr. Σκοῖνος, à jungendo, quod viminum in modum jungat, vinciatque. B. Biese / Matten. G. Bintzen / Binse. Gall. *Junc*. A. Rushe.

JUNIPERUS, Gr. Ἀρκεύθις, & Ἄρκευθος, est Arbor baccas ferens, dici putant, quod juniores & novellos fructus pariat: sola enim ferè arborum fœtus in biennium prorogat, qui ne matureſcunt quidem, novis supervenientibus. Vide *Arcenthos*. B. Jenever Boom. G. Krama-baum / Wach-holder-baum / Wach-holder-staude. Gall. *Genevrier*. A. Juniper-tree.

JUNONIS ROSA, est Lilium, veteres Græcorum Poëtæ finguntè Junonis lacte respersa terra natum lilium. Namque cum Hercules puer, quem ex Alcmene sustulerat Jupiter, Junonis dormientis uberibus admotus esset, & lacte replesset, post suctum digressus mamma lacte copiosè profluxit. Quod in cælo à puero vago & incerto suctu perfusum est, lacteam effecit viam: quod humi sparsum est *Lilium* Lacteo flore nitens creavit; unde *Rosa Junonis* dictum.

JUPITER, per Jovem Chymici significant *Stannum*, putant quoque ex planeta Jove influentias fieri in certa sublunaria corpora; sed hæc potius mera figmenta quam verisimilitudines sunt. B. Tin. G. Zinn. Gall. *Etain*. A. Pewter, Tinn.

Jus-

JUSQUIAMUS, idem quod *Hyoscyamus*.

JUVANS, AUXILIUM, seu REMEDIUM, idem quod *Indicatum*.

JUXTANGINA, est Anginæ species, quæ dicitur *Cynanche*, vide suo loco.

IXIA, idem quod *Cirsos*, sive *Varix*.

IXIA & IXINE, est Cardui species Chamæleontis nomine: dicitur quod quibusdam in locis ἰξὸς, hoc est, viscum, ad ejus reperiatur radices, quo pro mastiche utuntur mulieres.

K.

KALI, est herba marina, vocatur & *Alkali*, & interdum *Salicornia*, ex cujus cineribus sal elicitur, ex quo vitrum, sapo, &c. elicitur & componitur. Kali & Alcali nomina sunt Arabica. B. Krabbe quaad. G. Glass-wurtz.

KEIRI vel CHEIRI & KEIRIM, est vox Mauritana idem quod *Leucoion*.

KERMES, *Chermes*, *Coccus Infectoria*, *Granum & Coccus Baphica*, *Granum Tinctorum*, *Scarlatum*. Fructus est famosissimi fruticis; qui inscribitur Ilex in quo *Coccus Baphica*, nascitur in Creta, uti & in multis Hispaniæ locis, in Narbonensi etiam Gallia & Provincia, &c. B. Scharlaken beessen. G. Scharlach beer / Kermes-körner. Gall. *Du Vermillor*, *Oraine d'Eschuriate*, *Scherley*. A. Chermes berries. Vide *Chermes*.

KINA KINÆ, vide *Cina Cinæ*.

KIRATH, seu siliqua, est pondus Veterum, pendens grana quatuor.

L.

LABELLA LEPORINA, vide *Labia Leporina*.
LABDANUM, idem quod *Ladanum*.
LABES, est is cui labia prominent, Gr. χειλὼν & χηλὼν.

LABES, est macula, Gr. Σπῖλος.

LABIA LEPORINA, dicuntur ea, quæ ob vitiosam conformationem non cohærent, quæ nonnullis Rostra leporina sunt. B. **Een Hazemont.** G. Hasen scharten / Hasenlippen. Gall. *Bec de Liévre*. A. Mare lip.

LABIA PUDENDI MULIEBRIS, pudendum propriè est, inter quæ rima est externa constituta, extuberantias habent, quæ monticuli veneris dicuntur, pilis decorati. Sunt corpora oblonga, mollia atque substantiam habentia, qualis nulla est in toto corpore, partim ex cute & carne, partim & spongiosa, cui pinguedo subjacet duriuscula. Interna labiorum commissura, in virginibus tensa est, constricta ac veluti ligamentosa, in corruptis laxa, & in his quæ pepererunt laxior. B. **De lippen van de vrouwelijkheid.** G. die Lippen der Weibliche Schaam. Gall. *Levres de parties honteuse d'une femme*. A. The Lips of the privitie of a woman.

LABIS, est *Volsella*, sive *Forceps*, qua aliquid extrahendi causa apprehenditur, Gr. Λαβίς.

LABIUM & LABRUM, est illa pars, qua os nostrum à parte superiore & inferiore clauditur, sive oris margo. Sic & *Labia* dicuntur, quibus interiora muliebris pudendi clauduntur. Ita & vulnerum extremitates *Labia* appellantur. Sic & ossium processus Labiorum nomine veniunt. B. **Lippen.** G. Leffzen / Lippen. Gall. *Levres*. A. A Lip.

LABOR, idem quod exercitium. *Laboratores Chymici* vulgo. B. **Een Laborant.** G. Ein Laborant.

LABORATORIUM, est ille locus, in quo Chymici suas operationes magna cum instrumentorum & fornacum pompa peragunt; mihi omnia illa simplicissima sunt, & unica fornace ex tribus aut quatuor instrumentis omne quicquid volo perago. Sic & omnis officina pharmaceutica, laboratorium est. B. **Een Stook-plaats.** G. Ein distillierplatz.

plats. Gall. *Un lieu pour distiller*. A. A place of the distilling.

LABROSULCIUM, vide *Cheilocace*.

LABRUM VENERIS, est *Dipsacus*: nomen habet à carinato foliorum positu, nam Labrum repræsentare videntur, in quo semper aqua lympida reperiri solet. Vide *Dipsacus*

LABRUSCA, est Bryonia, sic dicta, quod in agrorum labris, hoc est, marginibus & sepibus nascatur. Vide *Bryonia*.

LABURNUM, est Anagyridis species, deducunt à Labor, quia fortè ex ipsius ligno arcus, pectines, aliaque elaborantur. B. Ebben-hout / Groote Boom-klaver. G. Baum-bonen Gall. *Arbre de Trêfle* A. Beantrefoil.

LABRUM, est vas in quod *Balneum* instituitur. Idem quoque significat quod *Labium*.

LABYRINTHUS, est corpus gyris & circumrotationibus inflexum, sicut os quoddam auris internæ, & cerebri exterior facies. B. Doolhof des ooys. G. Der irrgang im ohr.

LAC, Gr. γάλα, est liquor albus ex mammis, vel uberibus emulctus; fit sequestratione chyli à sanguine arterioso, per glandulas mammillares. Lactis generatio incipit plerumque post fœtus gestationem vel paulo ante partum, desinit vero in vetulis, gravidis & menstruatis. Ipse quoque chylus, lactis denominationem meretur. Sic & albi succi ex taraxico, papavere, tithymallo, esula &c. emanantes, lac vocantur. B. Melk. G. Milch. Gall. *Du Laict*. A. Milke.

LACCA, in Pegu & Siamo vasta invenitur arbor, foliis quodammodo pruni, in cujus surculis & minutioribus ramulis magnæ alatæ & punicei coloris (non alatæ enim non laborant) formicæ, in terræ visceribus aliisque locis enatæ, hanc laccam elaborantes inveniuntur: hæ super flores, frutices, arbores ac herbas circumvolitant, ex quibus non secus ac apes, laccæ conficiendæ materiam colligunt, ac in communes operas conferunt. Atque hoc modo ramuli laccæ materia circumvolvitur, uti ad nos deferuntur. Eodem fortè modo & in aliis regionibus colligitur, uti in Sumatra insula, Bengala, Martaba, Malavar &c. Lacca colorem habet rubrum, & diaphanum; fumum igni injecta gratum

tum emittit. Gr. Κάγκαμον. Arab. *Lach* & *Sach*, unde noſtrum *Lacca* appellari videtur.

LACERTUS, vide *Brachium*.

LACHANUM, eſt olus, à λαχαίνω fodio, deducunt à λα & χαίνω, quia terram fodere, eſt facere ut ea hiet, ut ſemina eo melius terræ mandentur.

LACHRYMA CHRISTI ſeu LACHRYMA JOBI, eſt Lithoſpermum majus; ſic appellatur, quod ejus ſemen lachrymas referat.

LACHRYMALE PUNCTUM, eſt foramen oſſi naſi inſculptum, per quod lachrymarum materia, ad nares tranſit; ſi punctum illud ex ulcere caruncula occalleſcat. *Fiſtula* inde oritur *Lachrymalis*. Vide *Colliciæ*. B. Het Traangat. G. Träh̃n-löcher. Gall. *Un trou pour larmes*. A. The Tears hole.

LACHRYMÆ, ſunt humiditates, quæ à glandulis oculi ad oculos humectandos ſecernuntur, quæ ſi nimiæ fuerint, ita ut à puncto lachrymali non recipiantur, extra oculos decidunt, & lachrymarum nomine veniunt. B. Traanen. G. Die zeren/ Träh̃nen. Gall. *Les Larmes*. A. Tears. Item *Lachryma*, eſt quoque humor è vegetabilibus tum ſponte effluens (ſive is concreſcat in oleum, reſinam, gummi, ſive non) tum facta inciſione, erumpens, uti lachryma Thuris, opii, ſanguinis draconis, &c.

LACHRYMALIS DUCTUS, vide *Ductus Lachrymalis*.

LACINIÆ, vegetabilium partes ſunt extremæ particulatim decoris gratiâ conciſæ orarumque ſummarum cæſuræ, inde folia membranatim per flexuras digeſta, vel nativis ſegminbus diſcreta, laciniata vocitantur, ſunt tamen qui lacinioſum pro ſinuoſo uſurpent.

LACONICUM, ſive CALDARIUM & ASSA, ſive BALNEUM AEREUM, cella olim erat nullam aquam intra ſe continens, ad provocandum ſudorem potiſſimum inſtituta, & ob id à nonnullis *Calida ſudatio* ſicuti à *Cicerone & Celſo Aſſa* nuncupata fuit, in hac vapor calidus, ſeu calor ſiccus incluſus ſudorem provocabat. B. Een droog bad. G. Ein Truck-bad. Gall. *Un bain ſec*. A. A Dry bath.

LACRYMOSUS, vide *Dacryodes*.

LACTATIO, eſt lactis pro infantis nutritione ex mammis exſuctio. B. Melking. G. Milch-ſäugung. Gall. *Tirement de lait*. A. Milking or ſuckling.

LA-

LACTEA FEBRIS, est illa, quæ primis puerperii diebus puerperis supervenit. B. Een Melk-hoost. G. Das Milch-fieber. Gall. *Fievre lactee.* A. The Milke Feaver.

LACTEA VASA, vide *Vasa Lactea.*

LACTES, quidam pro Pancreate, vel Mesenterio, alii pro lacteis vasis sumunt; pro intestinis tamen non ineptè sumeretur, *Plauti* enim verba sunt in Curcul. *Act.* II. *Sc.* III.

Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus.

Hoc est, laxis & inanibus intestinis. *Lactes* etiam sunt piscium matera seminalis, qua ova fœcundantur. B. De Hom. G. Die Milch an den Fischen. Gall. *Rave de Poisson.*

LACTUCA, sic dicta, quod abundantia lactis exuberet, vel quod lactis copiam mulieribus augeat. B. Salade/ Latouw. G. Lattich/ salat. Gall. *Laictue*, *Laichie.* A. Lettes, Lettice.

LACTUCA SYLVATICA, idem quod *Hieracium.*

LACTUCELLA, est Sonchus, seu *Lactero*, quod scilicet caulis ejus dissectus copioso diffluat lacte. A. Sowthistle.

LACTUCIMINA, idem quod *Aphthæ.*

LACTUMIA, idem quod *Achores.*

LACUNÆ, sunt poruli sive meatus in uteri vagina, sed nullibi majores quam in inferiore parte meatus urinarii, ex ductibus illis materia quædam seroso-pituitosa emanat, pro semine habita, vaginam lubricat, & in Veneris quidem actu magna copia foras prorumpit. B. Slootjes / buisgens. *Lacuna* Lactantio *Philtrum*, cavum in Labro superiore sub naribus. Gr. Φίλτρον. B. Het voorsten in d' opper stelippe.

LADANUM, seu LABDANUM, est liquor pinguis ex Cisti Ledon foliis exudans, qui canicularibus diebus in Cypro, Candia, Lybia, Arabia &c. instrumentis quibusdam colligitur, & postea Soli, ut induretur, exponitur. Quod ad nos fertur, durum est, friabile, colore opacum, cinereum aut subnigrum, inflammabile, cujus fumus grati est odoris, ideoque in suffitibus & odoramentis, usitatissimum. *Ladanum*, derivatur à Ladon seu Ledum, vide *Ledum.*

LÆVIGATIO, est exactissima trituratio, qua Medicamentum aliquod in marmore, porphyrite, vel alio lapide polito, affuso liquore conveniente, vel etiam vino, molari lapide lapideo, manu versatili, tam diu versatur, ut in pollinis pulverisque penèl impalpabilis formam redigatur, eo modo, quo pictores colores præparare solent. Chymicis dicitur Alcool. B. **Een ontastbaar Poeder making.**

LAGOCHILUS, dicitur is qui leporina seu fissa labia habet, ex λαγωὸς vel λαγὸς lepus apud Hesiod. & χεῖλος labium. B. **Een Hasemont.** Vide *Labia Leporina.* G. Hasen scharten/ Hasen lippen. Gall. *Bec de Liévre.* A. Hare Lip.

LAGOPHTHALMUS, sive OCULUS LEPORINUS, est, cum superior palpebra oculum non planè obtegit, manente nonnihil aperto oculo, cum somnum capiunt; ejusque sunt quatuor casus, à nativitate, vel cum à perversa consuetudine vel retro spectandi efficitur: vel cum convulsione tunica affligitur; vel cum cicatrix dura remanet à vulnere vel ulcere curato, ex λαγὸς lepus, & ὀφθαλμὸς oculus. B. **Hase-oogen.** G. Hasen-augen. Gall. *Yeux de Liévre.* A. Eyes like a Hares.

LAGOPUS, est Trifolii species, cujus summitates pedem leporinum referunt. Ex λαγὸς lepus, & πῦς pes. B. **Hasepoot/ Hasen-voet.** G. Hasen-klee/ Katzen-klee/ Hasen-fuß. Gall. *Pied de Lievre.* A. Rong-klaver, Haresfoote.

LAMBDOIDES, est sutura cranii posterior, à similitudine Λ dicta. Item os Hyoides, ex λάμβδα & εἶδος forma. B. **Een winkel-naat.** G. Die dreyeckige fuge des Hirnschedels. Gall. *La Suture Lambdoide.* A. The Lamdoides suture.

LAMIUM, est Urticæ mortuæ species. Ejus Etymologiam invenire nequivi, an à Lamius, monte Joniæ? quidam deducunt à Gr. γλήμη, Gramiæ seu Lippientes oculi: quia oculis medetur. B. **Verkeerde Netelen/ Doode Netelen.** G. Taube nessel/ Tod-nessel. Gall. *Ortie Morte.* A. Dead-nettle.

LAMPSANA, est herba: an nomen ab urbe Lampsacum? A. Nipple-wort, Corn sallet.

LANARIA, est *Saponaria* seu *Struthion*, sic dicta, quod ad candorem & mollitiem lanarum ea usa fuerit antiquitas, vide *Struthium.*

LANCETTA, est cultellus chirurgicus, rectus, acumina-

minatus, utrimque anceps; in venæ sectionibus, fistulis incidendis, vel ano, pene & utero clauso aperiendis, idoneus. B. **Een Lancet / Laat-yser / Steek-mesje.** G. Ein Lantzet / Schrepffeisen / Laßeisen. Gall. *Lancette.* A. Launcet or lancet.

LANUGO, in Phytologia, sunt filamenta tenella, cuticulæ extimæ instar pilorum seu lanæ adnascentia, uti in Verbasco, Gnaphalio &c. B. **Wolligheid der bladen.** G. Das wöllichte an Kräutern. Gall. *Laineux.* A. Woolie.

LANUGO, est barbæ in pubescentibus primum rudimentum, lanæ instar prorumpens. B. **Vlassen-baard / Podde-hair.** G. Die ersten bart haar / milchhaar. Gall. *Le poil folet.* A. Soft Young haire, downe.

LAPATHUM, sive RUMEX, ejus sunt variæ species: derivatur à λαπάζειν, ab inaniendo, quod ejus decoctum alvum moveat, exinaniatque. B. **Patich / paardig / patientie.** G. Mengel-wurtz / grind-wurtz / streiff-wurtz / buben-kraut / wilder-mangolt / Lenden-kraut. Gall. *Pareille*, *Lampen*, *Lapas*, *Lâpais*, *Lapace*, *Patience.* A. Dock.

LAPIDES, in singulis tribus mundi regnls locum sibi vendicant: inter vegetabilia, cortices duriores nucleum includentes, dicuntur lapides. In animalibus habentur, uti calculi ex corpore humano, Lapis porcinus, Bezoar &c. Inter mineralia sunt lapides pretiosi & minus pretiosi. Nonnullis quoque imponitur medicamentis, quæ ad duritiem lapideam vel terrestrem, excocta sunt, ut Lapis prunellæ, infernalis &c.

LAPIDILLUM, est instrumentum chirurgicum in extrahendis vesicæ calculis accommodatum. B. **Een steen-lepel / lapidil.** G. Ein Stein-löffel. Gall. *Un lapidil.* A. Lapille.

LAPIS PORCINUS, LAPPA seu BARDANA, Gr. Ἄρκειον, Προσώπιον, & Προσωπὶς. Derivari putant nonnulli ab Hebraica voce *Lapath* apprehendit: quia ejus summitates vestes prætereuntium apprehendunt: an vero ab urbe Cretæ *Lappa* dicta? B. **Klissen / kladden / dokke-bladen.** G. Kletten. Gall. *Gluteron*, *Buteron.* A. Burre, Baur-docks Butter-karr.

LAPPAGO, videtur diminutivum à Lappa, & sic vocatur *Aparine*; nam ejus semina vestibus similiter adhærent. Vide *Aparine.*

LAQUEUS, est vinculum ita nexum, ut attractum vel pon-

pondere preſſum, claudatur: utriuſque uſus eſt ad fracta luxataque oſſa extendenda, & repoſita ſuo loco retinenda, ad partes conſtringendas & arctè vinciendas, Differentiæ laqueorum ſunt variæ, nomina ſortitæ vel ab inventoribus, vel ab uſu vel alicujus rei ſimilitudine & figura, vel nectendi modo vel effectu, quæ cum ſine delineatione ſint, vix ex ſola deſcriptione percipientur. B. Een Strik. G. Ein Strick. Gall. *Laqs* vel *Lacs*. A. A Snare.

LARIX, eſt arbor conifera, ex qua etiam Terebinthinæ gummi exſtillat. Laris eſt Gallo-græca vox, à Gallo-græcis huic arbori impoſita, vox eſt ergo barbarica, fortè nomen traxit ἀπὸ τ῀ λιπαρ῀, quod pingue ſignificat. Larix ergo à reſinæ copia, qua turget, alii à λαρ῀ dulcis, jucundus derivant, quod odore & aſpectu jucundus ſit. B. Lorken-boom. G. Lerchen-baum/ Lerchen-tannen. Gall. *Epinardes*, *Meleſe*, *Meleze*, *Melaize*. A. Larch-tree, Pine-tree.

LARYNGOTOMIA, idem quod *Bronchotomia*.

LARYNX, GUTTUR, Gr. Λάρυγξ, Βρόγχ῀, Τραχεῖα, Ἀρτηρία. *Galeno* tamen Λάρυγξ, propriè eſt caput & oſtium aſperæ arteriæ, ſive cartilaginoſæ arteriæ, conſtat ex quinque cartilaginibus. *Primum* par Θυρεοειδὴς ſive ſcutiforme dicitur, protuberantiam illam in collo, vulgo pomum Adami, conſtituens: *Secundum* par, Κρικοειδὴς ſive Annularis, quia inſtar annuli turcici rotunda eſt: *Tertia* & *Quarta* cartilago aliis unica, ſed ſi membrana exuitur, apparet gemina, dicitur Ἀρυταινοειδὴς Guttalis & Glottis. *Quinta* Ἐπιγλωττὶς appellatur, quæ rimam tegit & claudit. Inſervit voci & reſpirationi, à λαρυγίζω clamo. B. Strotten-hooft/ gorgel/ de onrechte heel/ Strot-appel. G. Die Gurgel/ Kähle. Gall. *Le Sifflet*, *Gorge*, *Gouille*. A. Head of the Wind Pipe.

LASER & LASAR, Gr. Σίλφιον, unde habeat originem me latet: videtur eſſe vox Cyrenaica & Barbarica, unde olim ſolebat advehi.

LASERPITIUM, Gr. Σίλφιον, cujus caulis ferulaceus Μάσπιον appellatur, folia ſunt Apio ſimilia, ſemen vero latum, ex cujus caulibus & radice inciſis Ὀπὸ῀, id eſt, ſuccus colligitur: quibuſdam caulis Σίλφιον, radix Μαγύδαρις, & folium Μάσπιον, dicuntur: ſuccum *Laſer* vocant: Avicennæ planta Laſerifera *Altiſſi* dicitur; Interpretum aliqui *Aſam* red-

reddunt, fortè voce ex *Laser* corrupta, quidam putant derivari à Lac & Silphion. Vide *Silphium*.

LASSITUDO, est major defatigatio, & cum dolore aliquo, atque velut tensione motarum partium, quam non modo sentiunt, dum sese movent, sed etiam quieti sedentes, decumbentes, habetque rursus quinque gradus. 1. In tota cute carnibusque sentiunt ac si aciculis pungerentur, maximè si moveant se, aut lassa membra contingant: dicitur *Lassitudo Ulcerosa*. 2. Cum in membris lassis præter alia ardorem percipiunt, dicitur *Lassitudo Phlegmonodes*, quæ in febribus ipsis citra laborem, aut si velis ab inquietudine evenit. Hinc illud *Hippocratis* spontanea lassitudo morbum denuntiat, id est febrem futuram, quæ jam levis aliqua invasit. 3. Cum in profundo circa articulos, id est, in ligamentis & tendinibus, tensio urget, appellatur *Lassitudo Tensiva* sive *Tenodes*. 4. Cum adhuc profundius in ipsis quasi ossibus, id est, in ossium & Epiphysium & Apophysium periosteo, contusionis sensum habent, dicitur *Lassitudo contundens*, sive Ὀστοκόπος. 5. Lassitudo, quæ emaciatis, gracilibus, Hecticis aut pueris aut senibus facilis est, Gr. Κόπος, Κάματος. B. **Vermoeytheid.** G. Mudigkeit. Gall. *Lasseteé*. A. Wearyness.

LATERALIS MORBUS, idem quod *Pleuritis*.

LATHYRIS, est Esulæ, Cataputiæ aut Tithymalli species, ex λὰ valde & θέρω calefacio, vel potius θυρὶς ostiolum: nam dicitur quod folia duo, quæ caulis partem summam amplectuntur, cavitatem satis magnam ostendant: etenim inter duo folia, quæ umbellam ambiunt, semen quasi inter duas januas sive bivalvas continetur; vel à contrario, quod semen pluribus contineatur tunicis, nempe tribus. B. **Spring-kruid / Spurgie.** G. Spring-kraut / Spring-körner / Treib-körner. Gall. *Espurge*. A. Spurge.

LATHYRUS, est Cicercula, Leguminis species. Forte à λαθεῖν latere, quod in folliculis lateat. B. **Platte erwten.** G. Platte erbsen. Gall. *Cerres*, *Sars*. A. Cicheling.

LATISSIMUS DORSI MUSCULUS, vide *Ani scalptor*.

LAVAMENTUM, idem quod *Fotus*.

LAVATIO, potissimum dicitur de resinosis, terreis, mineralibus & metallis, cum aqua vel alio liquore, ab eorum immunditie purgatis, postquam demum exsiccatis, ut in Aloë lota, lapidibus &c.

LAUDANUM, dicitur de solo medicamento ex opio con-

confecto, idque *Laudanum Opiatum* vocitant, ob vires nempe quas præstat laudabiles. Nonnulli dictum esse putant ab articulo barbarico & anodyna, quasi dicas *l'Anodyna*, alii quod Ladanum cyprium æmuletur. Occurrunt variæ apud Authores descriptiones. Dolores intolerabiles pellit, & fluxus quoscunque sistit.

LAVENDULA, seu LAVANDULA & PSEUDONARDUS, sic appellatur, eò quod balneis & hominum lavacris expetatur, elotaque omnia si permisceatur odoris commendet suavitate, ergo à Lavando nomen sortitur. B. Lavendel/ Spijst. G. Lavendel. Gall. *Levande*. A. Lavender.

LAVER, sive SION, seu BECABUNGA AQUATICA, nomen haud dubiè à lavando contraxit, quod sonantibus aquis enatum semper elui gaudeat. Vide *Becabunga*.

LAUREOLA, seu DAPHNOIDES, est diminutivum à voce *Laurus*: nàm à lauri forma & specie, quam in foliis & fructu refert, dicta est. B. Berg-peper. G. Zeilaut/ Kellers-hals. Gall. *Laureole*. A. Laurel, Garland.

LAUROCERASUS, est Frutex foliis laurinis, sed majoribus, magis viridibus, & glabris; cujus fructus cerasis similes sunt, unde nomen impositum. B. Laurier-kers. G. Lorbeer-kirschen/ Lorbeer-staud. Gall. *Laurier Cerisier*. A. Laurel cherry.

LAURUS, antiquitas in laudis honorem solebat ex ea coronas flectere: hinc à *Laude* sibi nomen adscivit, Gr. Δάφνη, quæ Poëtis fabulandi occasionem videtur præbuisse, Daphnen puellam ab Apolline adamatam, cum vim ejus effugere non posset, Deorum miseratione in laurum fuisse mutatam. B. Lauwrier-boom. G. Lorbeer-baum. Gall. *Laurier*. A. Laurel-tree.

LAURUS ALEXANDRINA, Gr. Δάφνη Ἀλεξάνδρεια, vel Ἰδαία. Officinis *Uvularia*, nonnullis *Bonifacia*. Theophrastus appellat Ἐπιφυλλόκαρπον, quod fructum super foliis ferat. *Alexandrinam* autem *Laurum* dictam putamus, quod Alexander Victor ea usus fuerit, hinc quoque *Victoriola* appellatur, quod nimirum Victores ea pro Lauro in triumphi & victoriæ signum uterentur. *Idea* vero appellatur ab Ida monte, quo in loco speciosior & copiosior nascatur. Vide *Hypoglossum*.

LAXANTIA, sunt medicamenta, quæ benignis stimulis emol-

emolliendo & detergendo, fæces ex inteſtinis evacuant. B. **Sagte uitdrijvende middelen.** G. Laxirende mittel. Gall. *Remede laxative.* A. Laxative remedy.

LAZULI LAPIS, eſt lapis intensè cæruleus, non pellucidus, aureis punctulis, aut venulis exornatus, Armenio durior. Exinde præparatur color *ultramarinus* vulgo dictus. Alius eſt fixus, ex Oriente ferè allatus, qui colorem in igne non mutat, & alius eſt non fixus, cujus color in igne diſparet, & is in Germaniæ locis reperitur. Pro deponenda alvo adhibetur intus. B. **Lazuur-ſteen.** G. Lazur-ſtein. Gall. *La Pierre d'Azur.* A. Lazur-ſtone.

LEBES, vide *Cacabus.*

LELYTHUS, vide *Piſum.*

LEDUM, eſt Ciſti ſpecies: dicitur quod folia ejus neque lævia, neque nitida ſunt, ſed ſcabra & pannoſa. Λῆδος enim veſtis ex panno raro & ac detrito eſt, vel ἀπὸ τῶν λῃίζεσθαι, quod capræ ac hirci pinguedinem ejus deprædentur ac diripiant; niſi placeat ab Arabibus nomen *Ladi* impoſitum, unde & *Ladanum* dici videtur. B. **Berg-roos / Alp-roos.** G. Bahren-bluſt / Alpros / Huner-laub. Gall. *Ourels.* A. Hill-roſe.

LEGUMEN, quid ſit omnibus notum: nominatur *à legendo*, quod manu legatur. Gr. Φακὴ, Χέδρωψ, Ὄπριον.

LENIENTIA, idem quod *Laxantia.*

LENO, & LINON, ſeu *Torcular Herophili*, eſt ille locus ubi ſinus tertius meningis primo, ſecundo & quarto jungitur. B. **De Pers.** G. Der Kelter im gehirne. Gall. *Preſſoir.*

LENS, & LENTICULA, eſt legumen minus. Gr. Φακὴ, & Φακὸς, an à *Lenteo*, quia lentum & ſanguinem tardigradum efficiant? vel lentam alvum procurent, quoniam nimiam laxam conſtipent? vide *Phace.* A. **Linſe.** G. Linſe. Gall. *Lentille.* Eſt & alia lentis ſpecies, quæ dicitur *aquatica*, foliola ſunt viridia, lentis magnitudinem habentia, & aquis innatantia. B. **Water-linſen / Eenden-groen / Kroost.** G. Meer-linſen. Gall. *Lentille d'Dau.* A. Water-fitch, Water-lentils.

LENTA FEBRIS, eſt, qua homo lentè & emarceſcendo conſumitur, huic adſunt quoque viſcerum quorundam obſtructiones. B. **Taye en trage Koors.** G. Ein langſames Fieber. Gall. *Fievre Lente.* A. Lingring Feaver.

LENTICULARE INSTRUMENTUM, pertinet ad opera-

perationes Chirurgicas, quo ossa minus glabra poliuntur. B. **Wikwys-tuig / polyst-tuig / schraapmes.** G. Ein Polier Messer. Gall. *Instrument Lenticulaire*, *Instrument pour le polir*. A. Instrument for the polishing or smooking of bons.

LENTIGINES, sive EPHELIDES, sunt maculæ lentes colore referentes, quibus, in fæminis præcipuè, facies imprimis, interdum Manus, Brachia, & thoracis pars superior aëri exposita, nunc densius, nunc rarius, quasi guttatim, conspersa est, sine omni dolore & molestia, in quibusdam æstatis solum tempore apparentes, hyeme vero evanescentes, in quibusdam verò perennantes. Gr. Φακὸς. B. **Somer-sproeten.** G. Sonnen-flecken / Sommer-flecken. Gall. *Des Lentiles*. A. Freckles.

LENTISCUS, est arbuscula mastichen exsudans, dici videtur à *Lenteo* verbo, sic propter ejus virgultorum lentitudinem deducunt, sed malunt alii à foliorum pinguedine lentoreque, quem habent cum manu tractantur. Gr. σχῖνος, quasi σχιστὸς fissilis, quod facile & frequenter in dentiscalpia findatur. B. **Mastix-boom.** G. Mastick-baum. Gall. *Lentisque*. A. Mastic-tree.

LEONTIASIS, idem quod *Elephantiasis*.

LEONTOPETALON, folium Leoninum sonat, sed cur dicatur, me fugit, ex λέων leo, & πέταλον folium. B. **Leeuwen-blad.** G. Löwen-blat. Gall. *Pied de Lion*. A. Lyons-blade.

LEONTOPEDIUM, sive PES LEONIS, est Gnaphalii species: sic dicitur propter villosam foliorum & florum effigiem crus pedi annexum aliquantum referentem, ex λέων leo, & ποῦς pes. B. **Leeuwen-voet.** G. Löwen-fuß. Gall. *Pied de Lion*. A. Lyons Foot.

LEPIDIUM, vulgo Piperitis: appellatur, quod λεπίδας, hoc est squammas & maculas in facie deleat, & repurget, vel ἀπὸ τοῦ λεπίζειν, id est, ἐκδείρειν dictum, quod sua acrimoniâ urenti ulceret, excoriet, eaque facultate, vel ferro notas fronti servorum inustas deleat. Vide *Piperitis*. B. **Peper-kruid.** G. Pfeffer-kraut. Gall. *Passerage*. A. Dittander, Dittammer, Peper-wort.

LEPIDOIDES, est sutura cranii *Mendosa*, sive *Squammosa*, à relatione appellata. Vide *Mendosa*, ex λεπὶς Squamma, à λέπω decortico, & εἶδος forma. B. **De Schubnaad.** G. Die Schup-nath. Gall. *Suture Mendose*. A. The Scaly Suture.

LEPO-

LEPORINA LABIA, idem quod *Lagochilus.*

LEPORINUS OCULUS, vide *Lagophthalmus.*

LEPRA, est scabies sicca, qua cutis in squammulas, piscium instar mutatur: Differt à *Leuce & Alpho* eo quod lepra aspera est ad contactum & pruritum inducit; quandoquidem cutis sola affecta est, ideoque excoriata cute, subjecta caro sana apparet, à λεπρόω scabrum reddo. B. Ruker-ziekte / Lazerie. G. Die Maltzey / Aussatz / Feld-sucht. Gall. *Lepre*, Ladresie. A. Leprosie.

LEPRA ARABUM, idem quod *Elephantiasis Græcorum.*

LEPRA GRÆCORUM, sive IMPETIGO CELSI, Gr. κατ' ἐξοχὴν λεπίδων à squammis denominata. Summus quidam *Psoræ* seu scabiei gradus est, mox autem in principio, ne quis authorum lectione turbetur, observandum, nos hic de *Græcorum Lepra*, non de *Arabum* loqui. Quem autem Arabes *Lepram* nominant, ille *Græcorum* est *Elephantiasis*; qui nihil aliud est, quam universalis totius corporis *Cancer*, dum inquit: *Lepra* est morbus ortum habens ex bile atra per totum corpus sparsa, unde intemperies partium, forma & figura, & tandem etiam ipsa continuitas corrumpitur, & est cancer communis corpori toti. *Græcorum* vero Lepram nominant *Arabes Albaram nigram. Albaras nigra*, idem est quod Impetigo excoriativa, & est scabiositas accedens cuti, aspera, vehemens, & facit squammas piscium cum pruritu. Major in *Lepra* est humorum corruptio & intemperies, quam in *Scabie*, & in scabie solum quædam corpora furfuracea decidunt, in *Lepra* autem velut squammæ piscium; ita ut à pruritu per scabiem ad Lepram fiat transitus. Nam pruritus est levis quædam cutis asperitas, in qua, nisi fortè violentius scalpatur, nihil ex cute decidit: in scabie postea jam humor evidentior est, & scalpentibus furfuracea quædam corpuscula, sed squammosa, seu scalpentibus, seu non scalpentibus deciduut: etenim in scabie materia est tenuior, & summam saltem cutim depopulatur: deinde in *Lepra* materia crassior est, & non solum summam superficiem, sed etiam profundiora cutis depascitur. Græcorum hanc *Lepram* procul dubio sub impetiginis nomine proposuit *Celsus.* Non vero *Lichenem Græcorum*, quæ aliis impetigo dicitur, intellexit. B. De Grieksе Lazerie. G. Die Griechsche Maltzey. Gall. *Lepre de Grece.* A. Leprosie of the Greckes.

LEPTOPITYRON, est Furfur macer, ex λεπτὸς tenuis, gracilis, macer, & πίτυρον furfur.

LEPTUNTICA, idem quod *Attenuantia*, à λεπτύνω attenuo.

LETHARGUS, est sopor in morbis profundior quam in comate vigili, sed minor quam in comate & caro: tum quoque delirium & febris adsunt. Tumet facies, sudant & aliquando sudorem frigidum, oblivione tenentur, ut matulam fortè manu tenentes, mox ejus obliviscantur, Urina turbata est, & febris cum lenta, tum accessiones habens, ex λήθη oblivio. B. Slaap-loozs. G. Die schlaff-sucht/ schlaff-fieber. Gall. *Lethargie*. A. Deadsleeep.

LEVATOR MUSCULUS, est unus ex scapulæ musculis, ita per excellentiam nuncupatus, à transverso secundæ, tertiæ & quartæ, nonnunquam quintæ colli vertebræ processu, vario fibrosorum fasciculorum cætu emergens, circa medium intricatissimè connectitur, quæque etiam carnea alterius classis fibram nervosam sive tendineam recipit. Validus ex parte carneus, ex parte tendineus, elatiori atque inferiori scapulæ angulo infigitur, atque hic scapulam elevat. Dicitur & *Patientiæ Musculus*. B. Opligtende spier. G. Der Auffhebende mauß. Gall. *Muscle Levatoire*. A. The Uplifting muscle.

LEUCACANTHA, est spina alba, carlina, chamæleon &c. ex λευκὴ alba, & ἄκανθα spina. B. Witte Weg-distel. G. Weiß Weg-distel. Gall. *Chardon Argentin*. A. Ottie Thistell, Coton Thistell.

LEUCANTHEMUM, quasi albus flos, sic aliquando vocatur Camomilla, ex λευκὸν album, & ἄνθος flos.

LEUCANTHOM, in genere planta est, flores producens candidos, ex λευκὸν album & ἄνθος flos.

LEUCE, seu VITILIGO ALBA, est mutatio, in qua pili cutis & nonnunquam subjectæ carnes in album colorem mutantur; caro acu puncta non sentit, nec sanguinem emittit sed humorem lacteum. Dicta est λευκὴ à populo alba: quoniam, ut in illa arbore, sunt veluti quædam lanugines, sic in istoc affectu apparet albedo in ipsa cute; differt ab *Alpho*, quod *Leuce* altius penetret & cutim mutet, ita ut etiam pili immutentur, à λευκόω album reddo. Arab. *Albaras alba*. B. De witte Laserp. G. Die Weiße Maltzey. Gall. *Lepre blanche*. A. White leprosil.

LEU-

LEUCELECTRUM, est succinum album, ex λευκὸν album & ἤλεκτρον succinum.

LEUCÆNUS, est vinum album, ex λευκὸν album, & οἶνος vinum, ab ὄνω juvo.

LEUCOION, est species Keiri, albo præsertim flore, ex λευκὸς album & ἴον viola. Item est Narcisse hyemalis species, Triphylli nempe & Hexaphylli, à λευκόω dealbo, propriè vocatur viola alba.

LEUCOLACHANUM, est olus album, sive Valeriana campestris, ex λευκὸν album & λάχανον olus.

LEUCOMA, est cicatrix alba in cornea oculi tunica, à λευκὸν albus. B. Een wit Lid-teiken op 't oog. G. Ein Maal / oder weiß flecke am auge. Gall. *Cicatrice blanche sur l'Oeil.* A. White scar in the horny micle of the eye.

LEUCOPHAGUM, fit ex amygdalis in aqua rosarum maceratis, & carne caponis vel perdicis elixa, tusa & per setaceum trajecta: usus est in phthisi. Ex λευκὸν album, & φάγω edo. B. Een wit Toebereidsel. G. Weisse hüner brühe. Gall. *Blanc manger.*

LEUCOPHLEGMATIA, est Anasarca pituitosa, sive hydrops per totius corporis ambitum, ex λευκὸν album, & φλέγμα pituita. B. De wittte zugt / sijm-sugt / ongedaantheit. G. Weiß-sucht / Wasser-sucht. Gall. *Leucophlegmatie, Hydropisie Pituiteuse.* A. Pituitous dopsie.

LEUCOPIPER, vide in *Piper.*

LEUCOSIS, vide *Dealbatio*, à λευκόω dealbo.

LEVISTICUM, quibusdam Smyrnion, & Ligusticum: crescit in ea Apennini præcipuè parte, quæ Liguriæ imminet unde ei nomen: vel à levando, quod à flatibus levet. Gr. Λιγυστικὸν, & Λιβυστικὸν. B. Lavas. G. Lieb stöckel / bad-kraut. Gall. *Liveseche, Leveche.* A. Louage, Alisander.

LIBANOS & LIBANOTOS, unde Olibanum, sive Thus: sic dicitur à monte Syriæ, à λίβω vel λείβω stillo, quia ex arbore Thurifera lachrimæ stillant. Vide *Thus.*

LIBANOTIS, alii Roremmarinum vocant, nonnulli aliam herbam ex ferulaceis unam: dicitur, quod Radix Thus seu olibanum oleat. Vide *Libanos.* Vide *Rosmarinum.*

LIBER, est vegetabilium pars corticis interior quæ ligno pressius adhæret. Iis quibus scribimus libris libris nomen dedit.

LIBRA, apud Medicos uncias duodecim pendet, apud mercatores sexdecim. Sumitur quandoque pro *Mina*. B. Een Pond. G. Ein Pfund. Gall. *Une Livre*. A. A Pound.

LIBURNUM, est *Viburnum*, sic fortè dictum à Liburniæ regione.

LICHEN, est muſci species: sic appellatur, quod contra lichenes omnibus remediis anteponatur: vel quoniam saxa quibus hæret linguæ modo lambat, à λείχω lambo. *Hepaticam* quoque recentiores vocarunt, quod jecinorum fibris similis conspiciatur.

LICHEN, Barbaris *Serpigo* sive *Zerna*, *Haliabbas* vocat *Petiginem*, & *Sarpedinem*, vulgus appellat *Volaticam*. *Lichenes* sunt asperitates quædam cutis, & veluti tumores cum pruritu multo, ex quibus materia emanat. Gr. & Arab. duo fecerunt Lichenum genera, alterum benignum & mite: alterum ferum. Atque secundum *Avicennam* alia humida, ex qua confricata manat ros; alia vero sicca: atque humidam magis salvam esse; siccam vero fieri à pituita salsa conversa in humorem melancholicum. Et rursus scribit, aliam etiam Impetiginem excoriari ob vehementem siccitatem, & multitudinem profundationis; aliam vero non excoriari; & aliam esse ambulativam & malignam, aliam vero stantem. Alia etiam est antiqua, alia recens. Hinc liquet, Scabiem ipsius *Corn. Celsi* nihil aliud esse, quam Lichenes ipsos Græcorum, & Impetiginem Arabum. Fit in toto corpore, sed præsertim in facie & mento, ut habet *Galenus*, est enim Lichen, *Inquit*, menti injucundissima affectio, quoniam pruriginem multam inducit, facit partium affectarum circumtensionem: periculosa est non parum, proserpit per totam faciem, oculosque interdum contingit, & tandem etiam extremam fœditatem parit. *Lichen Græcorum* est *Impetigo Plinii*, sive inæqualitas cutis, cum insigni pruritu & pustulis siccis, ad vicina serpens & extendens. B. De Hair-worm / Droog-krauſſel. G. Flechten / ſchwinden / zittermahl. Gall. *Dartre*, *feu volagie*. A. Tetter, ringworme, wild fire. *Lichen* etiam callus in equorum pedibus dicitur; item muſci viridis species.

LIEN, idem quod *Splen*.

LIENTERIA, est alvi fluxus, seu levitas intestinorum, qua alimenta cruda parum, vel permistis fæcibus excer-

excernuntur, ita tamen ut ab his ista dignoveris. Itaque alimenta non subsistunt in ventriculo, sed mox in alvum præcipitantur, cum murmure aliquo, distensione, dolore & nausea. Hic vero fluxus diu perseverans vires admodum frangit. Ex λεῖον leve, ἔντερον intestinum & ῥέω fluo. B. **Spijs-loop / Afgang van Onverteerde Spijs.** G. Der Bauch Fluß. Gall. *Flux de Ventre, Lienterie.* A. The Flixe, laxe, vel looseneſſ of the belly.

LIGAMENTUM, Gr. Σύνδεσμος, est pars solida, & admodum fibrosa, ex simili fere cum cartilagine materia, ortum ducens, magnitudine, numero, situ, varia, lata vel rotunda, prout ad cartilaginis aut membranæ constitutionem accedat, siccior aut humidior, durior aut mollior, minus, magisque lenta & flexilis, colligandis partibus, maximè ossibus, ad faciliorem motum destinatur. B. **Een Band / been-band / geel hair.** G. Ein band / spannadern / sehnen. Gall. *Ligament.* A. Idem.

LIGAMENTUM CILIARE, oritur ex circumferentia uveæ tunicæ, ubi duplicata membrana ejus se reflectit ad crystallinum, ligamentum illud seu *interstitium ciliare* dictum, quæ sunt tenuia quædam filamenta ex uvea producta, referentia lineas nigras, palpebrarum pilis similes, & crystallinum humorem cingunt, qui horum ope nectitur vicinis partibus, & cum uvea mobili quoque movetur. B. **Oog-hair gelijkte band.** G. Der augen haar band. Gall. *Ligament Ciliare.* A. The ciliar ligament.

LIGAMENTA UTERI, impropriè dicta. Duo dicuntur rotunda sive teretia, instar lumbricorum. Oriuntur à lateribus fundi uteri & in ossa pubis desinunt. Alterum par latum est & membranosum, vocanturque *Vespertilionum Alæ.* Hæc habentur ad latera fundi. B. **De Moeder-banden.** G. Bänder der Bär mutter. Gall. *Ligament de la matrice.* A. The ligaments of the Womb.

LIGULA, quarta pars cyathi dicitur, hoc est, semiuncia, demptis sc. duobus scriptulis.

LIGUSTICUM, vide *Levisticum.*

LIGUSTRUM, derivant à lego, quasi *Legustrum*, vel an à ligando, quod sepibus alligetur? B. **Ligustet / Mond-hout / Keel-kruid / Rhyn-wilgd / Witte vilt-kruid.** G. Hartriegel / Bein-holtz / Rein-weiden / Mund-holtz. Gall. *Troêne, Troêne, Troêne,

LILIAGO, est Phalangium, quia flosculos habet lilii in modum: est diminutivum à Lilium.

LILIASPHODELUS, est Hemerocallis: componitur vox ex Lilium & Asphodelus, vide suo loco.

LILIUM, Gr. Κρίνον, & λείριον, unde fortè descendit Lilium, vel ab æqualitate & lævitate quasi λεῖον ἄνθος pleonasmo ℈ λείριον Lilium dicitur, Κρίνον à κρίνειν, quidam dici putant à pulchritudine & Majestate; quod cæteris floribus certet, judicium petat ac ferat. Iridis speciebus nomen illud κρίνον imponitur. Vide *Rosa Junonis*. B. **Lely**. G. Lilie / Gilgen / Lilgen. Gall. *Lys*. A. Lilly.

LILIUM CONVALLIUM, vide *Ephemerum*. B. **Meibloemen / Lelitjes van den Dale**. G. Meyen-blumlein. Gall. *Muget*. A. Lilly-convally, May-Lilly, Conval-Lilly.

LILIUM INTER SPINAS, est CAPRIFOLIUM, seu MATRISYLVA, sic dictum, quod inter virgulta Sylvestria, & Spinas, odore Lilii albi, crescat. B. **Geiten-blad / Memmekens-kruid**. G. Wald-winde / Speck-lilien. Gall. *Chevvre-fueille*. A. Wood-bind, Wood-bine, Wordt-binde.

LIGULA, idem quod *Clavicula*.

LIMATIO, est corporum duriorum mediante lima, tornove, in pulverem grossum redactio: locum quoque habet circa dentes acutos & ossa carie vel excrescentiis infecta.

LIMODORUM, quasi famem causans, à λιμὸς fames, & δῶρον donum. Vide *Orobanche*.

LIMONIA MALUS, & LIMONIUM, est citrei coloris fructus. Nomen videtur Indicum, ubi in utraque India à Lusitanis *Limmes*, & *Limmeties*. B. **Limoen**. G. Limonien. Gall. *Limons*. A. Lemons, Limons.

LIMONADA, est species julepi, cui limonum succus, cum saccharo ingreditur. B. **Limoen-dranck**.

LIMONIUM, PYROLA, seu TINTINNABULUM, sed & nonnullis aliis herbis imponitur illud nomen, quod videtur habere à λειμὼν pratum, quasi à λείβω, quia rigatur, vel à λείπω, quod in eo uligo ab alluente aqua relinquitur.

LINAMENTUM, idem quod *Motos*.

LINARIA, URINALIS, Gr. Οὐρὶς, est herba cujus folia linum repræsentant. B. **Vlas-kruid / Wild-vlas**. G. Lein-

Lein-kraut/ Harn-kraut/ Unſer Frauwen Flachs / Wald-flachs/ Krotten-flachs. Gall. *Lin Sauvage.* A. Wild-flax, Toad-flax, linnet.

Linctus, idem quod *Eclegma.*

Linea Alba, eſt tendinum muſculorum abdominis concurſus exceptis rectorum tendinibus. Nam tendines obliquorum uniuntur, & ita coëunt ab utraque parte, ut quaſi tunicam abdomini obductam forment ac ſi unicus eſſet tendo. Alba eſt & carnis expers, procedens à mucronata cartilagine ad os pubis, eſtque infra umbilicum anguſtior, quam ſupra. B. **De witte Linie.** G. Die weiße Linie. Gall. *La Ligne Blanche.* A. The White line.

Lineæ Fatales, ſunt quædam rugæ in cute frontis, ex quibus multa quædam prædicunt inepti. B. **Voorſeggende Linien.** G. Die Linien im Hande darauß Man wahr ſaget. Gall. *Ligues Fatales.* A. Fatall lin's.

Lingua, eſt membrum in ore contentum, à lingendo dictum, oblongum, latum, craſſum, & ad radicem quidem craſſius, in extremitate tenuius & acutius; magnitudo mediocris eſt, ut moveri expeditè poſſit. In exteriori linguæ parte, ſuperiori ſc. regione, copioſiſſima quædam corpora, ſerie quadam diſpoſita, ab extrema linguæ ſuperficie foras erumpunt, & modicè incurvata unanimiter, verſus poſteriorem linguæ partem inclinationem, poſitionemque habent, ita ut æmulentur pectinem carminatorium: hæc corpora cartilaginoſa in bove præcipuè videntur eam referre figuram, quam in aprino dente; in parte inferiori concavitatem quandam exhibent; componuntur ex denſa & tenaci materia, fibroſa, quæ quaſi virgularum aggeries videtur: circa linguæ latera gracileſcunt, ut ferè obliterentur & in baſi eorum loco membranoſa quædam corpora collocantur, quæ conum, mox obtuſiorem papillam æmulantur; ſingula expoſita cornua exteriori linguæ membrana inveſtiuntur; firmiter implantantur in tenaciori quadam linguæ tunica, & ſubjecta mucoſa, ſeu nervoſa ſubſtantia, iis præcipuè in locis, ubi inſignes foveæ pari ordine expoſitæ obſervantur, ita ut in parte interiori non exigua eorum portio emineat, quæ in mucoſo quodam corpore tenaciter implantantur. Membrana hæc totam inveſtiens linguam in ſuperiori ejuſdem area inſerta, & convoluta habet exarata cornua, & quibus in locis papillæ foras protuberant, attenuantur & gracileſcunt, & in minimæ cucurbi-

tulæ figuram excavantur: minimi in hoc tubere observantur poruli. Hac detracta sese offert glutinosa quædam substantia, & alba est ubi nectitur. Membrana subnigra autem, ubi partem interiorem tangit, conspicua foramina singulis exaratis cornibus respondentia habet; inter quæ innumeri & exigui meatus ad extimam linguæ superficiem hiant. Deinde in conspectum sese offert nervosum & papillare corpus subflavum, quod membranæ instar excurrit, papillas etiam nerveas insignes miro ordine dispositas promit. Succedunt alterius ordinis papillæ copiosiores enarratis; quot enim cornua exterius linguam tegunt, tot etiam hujus generis nerveæ papillæ intus reperiuntur; hæ exortæ à communi papillari corpore, in mediocrem altitudinem elevantur, & ab extremo capite nerveas propagines ulterius emittunt, circa hæc conspiciuntur innumeræ papillæ idem exordium sortitæ & ad eandem altitudinem elevatæ, graciliores tamen, quæ coni figuram referentes, proprios sinus in jam exarata mucosa substantia excitatos subintrantes, tandem desinunt versus extimam membranam. Porro linguæ substantia musculosa est. Centrum autem linguæ ex multiplici fibrarum genere constat, longis, transversis & obliquis, quæ identidem invicem per superequitationem intextæ colliguntur, ita ut fiat veluti teges: musculis peculiaribus movetur, quibus retrahitur & abbreviatur. Musculorum paria sunt *Stylogloſſum*, *Baſiogloſſum*, *Genioglosſum*, *Ceratogloſſum* & *Myogloſſum*. Gr. Γλῶσσα & γλῶττα. B. De tonge. G. Die zunge. Gall. *Langue*. A. A tongue.

Lingua Canis, vel Canina, vide *Cynocloſſa*.

Linimentum, à Linire, est Medicamentum externum, consistentia inter oleum & unguentum media. B. Smering/ ſtrijking. G. Beſchmierung/ Beſtreichung. Gall. *Liniment*, *Oignement*. A. Annointing.

Linum, Gr. Λίνον, dictum est propter corticis, & libri stamina, in recta filamenta divelli scindique solita, quæ lina etiam vocantur; unde linea & Libella, qua directiones & parietum structuræ librantur. Vel deducunt à cymbrica voce *Ee* & *Lee* per conversionem nostram alterum alteri opponuntur: à *Lee*, quo molestum omne & displicens notatur, fit *Lii* longum, id est, patior, & *Lien*, pati, in modo infinito; hinc *Lin*, à quo *Linum*. B. Linne-kruid/ Vlas-kruid. G. Flachs-kraut/ Flachs/lein. Gall. *Lin*. A. Flax.

Li-

LIPODERMUS, eſt vitium cuticulæ, glandem colis inveſtientis, adeo ut non poſſit retrahi. Item præputii abſentia, ex λείπω deficio, & δέρμα cutis.

LIPOPSYCHIA, eſt leve animi deliquium, ſive virium proſtratio, ex λείπω deficio, & ψυχὴ anima. B. Een flauwte. G. Hertzangſt. Gall. *Defaillance*. A. Feebleneſſe.

LIPOTHYMIA, *Defectus animi*, *Defectio animæ*, *Deliquium animi*, Λειποθυμία *Philoteo*, Λειποψυχία Hippocr. ſive inſignis vivificationis læſio, quæ eſt magna virium omnium proſtratio, ex ſufficientis copiæ ſpirituum & caloris in cor aliaſque partes, impulſorum defectu. Hæc ſi magna fuerit *Syncope* vocatur. Vide *Deliquium animi*. Ex λείπω deficio, & θυμὸς animus. B. Een qualijkte / Zwijmeligheid. G. Ohnmacht. Gall. *Pâmoiſon*, *Defaillance*. A. Feebleneſſ, Weakeneſſ.

LIPPITUDO, eſt ophthalmiæ ſpecies, ſeu aſperitas quædam intra oculos, ac ſi arena eſſet inſperſa. B. Leepoogig. G. Die Entzundung der Augen/das Augentrieffen/Augenfluß. Gall. *La caſſie*, *mal de yeux quand ils pleurent & ſont chaſſieux*. A. Blearedneſſe.

LIPYRIA, eſt febris continua, in qua ſimul externa frigent & interna uruntur: ſæpe contingit in inflammationibus ventriculi, hepatis, lienis, aliorumque viſcerum, ex λείπομαι deficio, & πῦρ ignis. B. Een heete koude koorts. G. Heiß kalte fieber. Gall. & A. *Lipyrie*.

LIQUATIO, idem quod *Liquefactio*.

LIQUEFACTIO, eſt, quando oleoſa, reſinoſa, ut pinguedines, cera, reſina &c. ſuper ignem lentè & integrè ſolvuntur, dicitur quoque de ſalibus, quæ, ut liquefiant, cellis committuntur.

LIQUID-AMBRA, ſive LIQUIDA AMBRA, ob odoris ſuavitatem ſic dicta. Reſina eſt oleaginoſa ſuaviſſimi ac gratiſſimi odoris, effluens ex arbore quadam procera ac venuſta, foliis hederæ, *Ocozol* dicta. Eſtque partim ſiccior, quod ſedimentum fortè eſt, quæ ſeorſim conſervatur; partim tenuior ſicciori ſupernatans. Alia quoque exprimitur, ſed vilioris conditionis eſt: naſcitur iſta arbor in Hiſpania nova.

LIQUIRITIA, dicitur Glycyrhiza; ſed potius dicerem eſſe ejus ſuccum expreſſum & inſpiſſatum, quoniam à *liquore* derivari videtur. Vide *Glycyrhiza*.

LIQUOR, quamvis de quolibet humore dici possit, in specie tamen denotat per deliquium paratum, quem oleum alias, nonnunquam Balsamum dicere solent. Sæpe & pro destillato liquore haberi potest.

LIRION, vide *Lilium*.

LITHARGYRIUM, officinis spumosum excrementum est, è purificatione argenti, quæ per plumbum fit, residuum. Duo ejus genera communiter statuuntur, videlicet *Argenteum*, quod coloris minus saturi, & *Aureum*, quod saturioris coloris, magis ad rubedinem vergentis, existit. Verum tamen non nisi coctione differunt, *aureumque* magis coctum est, quam *argenteum*. Sed proprie nihil aliud est quam plumbum. B. **Glit / goud en silver-glit.** G. Gold glett. Gall. *Litharge*. A. Litharge.

LITHIASIS, est calculi in renibus, vesica, aliisque in partibus generatio, à λιθιάω calculos patior, calculis laboro. B. **De Steen.** G. Der Stein. Gall. *Pierre*. A. The Stone.

LITHOIDES, est os petrosum, sic ob duritiem lapideam appellatum, ex λίθος lapis, & εἶδος forma. B. **Het steenbeen.** G. Das Steinbein. Gall. *l'Os Petreuse*. A. The stony bone.

LITHONTRIPTICA, sunt medicamenta saxifraga, sive quæ calculum frangunt, & conterunt, ex λίθος lapis, & τρίβω tero. B. **Steen-breekende dingen.** G. Steinbrechende mittlen. Gall. *Remedes Lithontriptique*. Idem ferè A.

LITHOSPERMUM, sic vocatur ob seminis duritiem: vel quod illud semen renum lapides seu calculos frangat. Latinis *Milium Solis*. quod semen ejus candore solis & lucis splendore fulgeat. B. **Paarel-zaad / Steen-saad.** G. Meer-hirsche / Stein-samen. Gall. *Gremil*, *Herbe aux Perle*. A. Gromell, gromwel, graymil.

LITHOTOMIA, est chirurgica calculorum è vesica sectio: & hoc modo procedit. Imponit Lithotomus ægrotantem alicujus robusti sinui, pulvinari molli instrato, postquam ter, quaterve ex loco altiori in inferiorem prosiliit, mox manum utrinque validè plantæ pedis alligat, genua vero utrinque adstantes duo ministri detinent, ita ut quam maxime à se invicem distent. Deinde primum sinistræ manus digitum solum, aut si necessitas exegerit, duos priores oleo liliorum alborum madefacit, eosque in anum immittit, dextra vero pubis superiora leviter

viter comprimit, ut hoc modo osse pubis ad perinæum transferatur calculus, quem quum digitis dictis eo adegerit sinistro lateri inter testiculos & anum, proxime ad futuram perinæi, cultro utrinque acuminato vulnus pro calculi magnitudine infligit, calculo tenus cultrum deducendo: & vulnere si sua sponte, aut digitorum insertorum propulsione, exire detrectet calculus, forcipe, aut quod præstat cochleari sive lapidillo eum foras trahit. Extracto calculo, vinculis omnibus solutis, vulnus obligat modo debito, sanguinem sistentibus adhibitis mediis, brevique tempore, ut consolidetur curam adhibet, ne urinæ per locum vulneratum stillicidio laboret æger. Hic modus, *Apparatus minor* vocatur, & in pueris imprimis locum habet, licet sæpe in adultis hisce in regionibus instituitur. In *Apparatu majore* vero, æger eodem modo ut supra, bene ligatus mensæ imponitur, & in ea detinetur, mox *Itinerarium* per urethram in vesicam intromittit chirurgus usque ad calculum, factoque foramine, ut supra, in sulcum itinerarii per vulnus *Conductorem* immittit, deinde itinerario ex urethra ablato, per vulnus inflictum *Forcipem*, lapidillum, aut instrumentum aliud, detrahendo calculo accommodatum, immittit, quo sic & apprehendere calculum & foras educere queat. Hoc facto, deligatio vulneris & consolidatio instituitur ut in pueris, adhibita, si nimis magnum fuerit, sutura, impositaque ad dies duos aut tres cannula argentea, evacuationi sanguinis concreti, pituitæ, urinæque arenosæ apta. Occurrit adhuc alius calculos extrahendi modus, nempe foramine in abdomine facto, calculus ex fundo vesicæ exscinditur, & hoc modo nunquam stillicidium est expectandum, ex λίθος lapis, & τέμνω incido. B. Steensnijden. G. Das stein-schneiden. Gall. *Litotomie*, *Taillement de Pierre*. A. Cutting oup of the stone or for the stone.

LITHOTOMUS, est chirurgus secandis calculis peritus, ex λίθος lapis, & τέμνω seco. B. Een steen-snijder. G. Ein Stein-schneider. Gall. *Tailleur des Pierres*. A. A Stone Cutter.

LITUS, idem quod *Linimentum*.

LIVIDUS MUSCULUS, una cum aliis musculis femur movens, dicitur & *Pectinæus*, qui ab ossis pubis superiore ad commissuram parte, usque in femoris exporrigitur latus externum. B. De loodverwige spier. G. Der Bleyfarbige muß. Gall. *Mu-*

scle

scle Livide. A. Leaden Coloured muscle.

LIXIVUM, est sal aqua solutum: præparatur vulgo ex cineribus, ex quibus mediante aqua sal, quod continent, elixiviatur. B. **Loog.** G. Laugen. Gall. *Lessive.* A. Lee, Lie.

LIXIVUM SAL, est Alcali fixum, quod signis torturas patitur, ut sal tartari, absinthii, &c. B. **Loog-sout.** G. Laugen salts. Gall. *Lessive.* A. Lie.

LOBULI ADIPOSI, vide *Sacculi Adiposi.*

LOBULI PULMONUM, sunt fistulæ pulmonalis extremitates, quæ in Lobulos uniformes desinunt, constantque iterum ex plurimis vesiculis & omnis generis vasibus. B. **Long-druiven.**

LOBUS, est Phaseolus: venit à λήβω seu λαμβάνω prehendo, quia fabæ in siliquis prehenduntur.

LOBUS AURIS, est auricula, sive inferior pars auris. B. **Het lelletjen van 't Oor / oorlapjen.** G. Daß eusserste am ohr / Ohr-läplein. Gall. *l'Oreille exterieure.* A. The lobe or lap of the ear.

LOBUS HEPATIS, aut PULMONIS, sunt eorum viscerum magnæ divisiones, & distinctiones. B. **Quabbe.**

LOCALIA MEDICAMENTA, sunt quæ externè applicantur, ut emplastra, linimenta, unguenta &c. Gr. Τοπικὰ. B. **Plaats-middelen.** G. Eusserlich Gebrauchliche mittlen. Gall. *Remedes Topique.* A. Topical Remedies.

LOCH, & LOCHOCH, idem quod *Eclegma.*

LOCH SANUM, & EXPERTUM, est Eclegmatis species, quæ in morbis pectoralibus utilis censebatur, & experta.

LOCHIA, sunt puerperarum expurgamenta, post fœtus & secundinarum exclusionem, prodeuntia, à λέχομαι cubo; unde Λέχος lectus, & Λεχωίδες ὧραι tempora partus. B. **De kraam / kraamsuivering / reining.** G. Der Blutfluß / Blutreinigung. Gall. *Vuidanges, Vidanges.* A. Womens Evacuation in Child-bed.

LOCHOCH, idem quod *Eclegma.*

LOCI CHYMICI, dicuntur vasa & fornaces apud Chymicos.

LOCI MULIEBRES, idem quod *Uterus.*

LOCULAMENTA, sunt seminum involucra, quæ veluti parvæ capsulæ ea occludunt.

LOCUSTÆ, idem ac oculi aut gemmæ. Sed & insecta quædam denotat.

LOI-

LOIMOGRAPHIA, est descriptio morborum contagiosorum. Ex λοιμὸς venenum pestiferum, & γράφω scribo. B. **Een beschrijving van besmettelijke siekten.**

LOIMOS, est venenum pestilentiale, quod oritur ex nitro aëreo particulis heterogeneis nimis exaltato & aculeato, quod, inspirando sanguinem & spiritus animales inficit & corrumpit. Gr. Λοιμὸς. παρὰ τὸ λείπειν, id est à deficiendo, quia hominum defectum inducit: seu ut aliis placet παρὰ τοῦ λιμοῦ, à fame. Unde proverbium Græcum, μετὰ λιμοῦ λοιμὸς pestis post famen. B. **Een besmettelijke ziekte.** G. Eine Ansteckende Seuche. Gall. *Maladie contagieuse.* A. Pestilent poyson.

LOMENTUM, fabarum farina est.

LONCHITIS, dictam volunt ab hastæ, ceu lanceæ formâ, quam tamen in hac plantâ observare nequeo; nisi placeat singularia foliola lanceæ similia esse quod τρίγωνα triangula appareant, λόγχη enim est lancea seu hasta. Dioscorides Etymologiam quærit à semine triangulo, quod lanceæ cuspidi simile sit: alii quod sit lonchitis altera & lienem absumat, foliaque similia habeat, alii quod ejus folia instar lanceæ in acutum desinant.

LONGANON, sive intestinum ultimum, item Ἀπευθυσμένον, Δακτύλιος, Ἀρχὸς Hippocrati, vide *Rectum intestinum.*

LONGISSISMUS DORSI MUSCULUS, producitur à margine ossis sacri, atque à lumborum vertebris oriundus fibrarum fasciculis coagmentatus, cum serrato postico inferiore ascendit, quem circa dorsi vertebram infimam deserens, singulis lumborum ac dorsi transversis processibus alligatus, primam thoracis petit vertebram. Thoracem, lumbos eorumque vertebras extendit. B. **De langste rug spier.** G. Der lange ruck mauß. Gall. *Muscle Tres longe de dos.* A. The Long muscle of the back.

LOPIDOIDES, idem quod *Lepidoides.*

LORDOSIS, est spinæ dorsi in anteriora curvatio, à λορδόω in anteriora curvo. B. **Bultagtig na vooren toe.** G. Vorgebochelt/ Krumb-hülsicht. Gall. *Incurvation devant.* A. Bending of the backbone forward.

LORICATIO, est actio chymica, quando retorta igni nudo exponenda luto, argilla, aut alia materia, ut à nimiâ ignis torturâ defendatur, obducitur. B. **Een beharnassing.** G. Das Kleben und tünchen der Retorten. Gall. & A. *Lorication.*

LO-

LORIPES, est qui alterum vel ambos pedes habet contortos & incurvatos, dicitur quoque *Varus*. B. **Scheef-been / slim-voet / krom-been.** G. Krum-fuß / Krum-bein. Gall. *La jambe tortue*. A. Crooked legged.

LOTIO, est quodammodo Balneum particulare quo caput, axillæ, manus, pedes & genitalia abluuntur, idque decoctis medicamentosis. Lavantur etiam nonnulla medicamenta, idque propter eorum salsedinem & acrimoniam, ut in calce, tutiâ, aliisque lapidibus contingit, vel quando herbæ, radices sordibus argillaceis & arenosis aqua pura, aut vermes vino lavantur. B. **Wassinge.** G. Das Waschen. Gall. *Lavement*, *Baignement*. A. A Washing.

LOTIUM, vide *Uron*.

LOTUS, est vel arbor, vel herba, nomen accepit à voluptate, ab antiquo verbo λῶ, quod significat θέλω, ἐπιθυμῶ, βλέπω, volo, expeto, desidero, video. Illud nomen etiam habet *Trifolium Odoratum*, ut & *Melilotus*, aliæque plantæ.

LOZANGIÆ, sunt idem quod *Morsuli*.

LUES MORAVICA, seu PANNONICA, vide *Febris Ungarica*.

LUES VENEREA, *Morbus Gallicus*, *Italicus*, *Hispanicus*, *Siphylis Fracastor*. παρὰ τὸ σίνειν τὰ φῦλα, est intemperies maligna & contagiosa, ex materia virulenta ab alio infecto, vel concubitu, aliove impuro contactu communicata, ortum ducens, cum capillorum defluvio, maculis, tuberculis, ulceribus, cruciatibus, & prout ad varis corporis partes delata, sit contagiosa, multisque aliis symptomatis sæviens. B. **De spaanse pokken.** G. Frantzosen / Spannische kranckheit. Gall. *Véroles*. A. Pockes, the French pockes. Dolores circa ossa vocant Hisp. & Brasilian. *Bubas*.

LUMBAGO, est dolor in musculis lumborum à lue scorbutica obsessis, ita ut æger sese recto situ tenere cogatur. B. **Lende-pijn / 't spit / lende-git.** G. Lendewehe / Lendepein. Gall. *Douleur durâble des reins*. A. The paine of the loines.

LUMBRICALES MUSCULI, sive VERMICULARES, sunt quatuor in singulis manibus, totidemque pedibus, sic ob exilitatem & figuram dicuntur. B. **De wormgelijkene spieren.** G. Der wurmgleiche mauß. Gall. *Muscles Lumbricales*. A. Or worm like muscles.

LUM-

LUMBRICI, sive VERMES, sunt animalcula ex ovulis in corpore nostro aliquandiu morantibus, producta. B. Wormen. G. Wurmen. Gall. *Vers.* A. Wormes. Alii sunt *Rotundi.* B. Ronde wormen. G. Spulwurmen Kinder würme. Gall. *Vers Rondes.* Alii, Cucurbiti seminis forma, Cucurbitini dicti, alii Ascarides. B. Maepen. G. Würmlein. Alii Dracunculi, &c.

LUMBUS & LUMBI, Gr. Φόα, Ὀσφὺς, Ἰξύς. Propriè dicitur pars totius spinæ infra dorsum quinque vertebris omnium crassissimis, maximisque compacta, inter dorsum & os sacrum mediis; estque ea regio corporis, qua homines cinguntur. B. De lenden. G. Die Lenden. Gall. *Le rable.* A. The loine, the Reine.

LUNA, Chymicis denotat *Argentum.* B. Silver. G. Silber. Gall. *Argent.* A. Siiver.

LUNARIA, sive viola latifolia, vulgo *Bulbonac:* sic dicta quod seminum folliculi lunarem colorem & figuram habeant. B. Penning-bloemen/ Maan-kruid/ Paasbloemen. G. Mon-kraut/ Pfenning-kraut/ blumen. Gall. *Lunaire.*

LUNATICI, dicuntur Epileptici, Σεληνιακοὶ, quia mutato lunæ cursu, Epilepticis paroxysmus exacerbatur. B. Maansiekte. G. Ein Mondsüchtiger/ der die schwere kranckheit hat. Gall. *Lunatiques.* A. Lunatikes.

LUPARIA, vide *Lycoctonon.*

LUPIA, est tumor sive protuberantia, fabæ turcicæ magnitudine; quidam pro *Meliceride* accipiunt, alii pro *Ganglione.*

LUPINUS, est leguminum species, dicitur, quod sicut lupus terram appetit & in fame terrâ vescitur, ita Lupinus; adeo tellurem amat, ut quamvis fructuoso solo conjectum, inter folia, vepresque, ad terram tamen radice perveniat. Vel dicitur, quasi lupis relictus & expositus: quod impunè præterea jacet, vel derelictus etiam, si non protinus sicuti obruant imbres, ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum. Gr. Θέρμος. B. Boks-boon/ Vpg-boonen. G. Feig-bonen/ wolffs-bonen. Gall. *Lupin.* A. Lupines.

LUPINUS, Gr. Θέρμος, dimidiæ drachmæ æquatur. *Danich* Arabibus: quod tamen *Fernelio* solum Gr. VI. *Agricolæ* & *Mercuriali* VIII. sive tertiam scrupuli partem pendet. *Drachma* pendet lupinos novem; *Siliqua* dimidium;

lu-

lupini tres ſcrupulum pendent. B. **Een half vierendeel loots.** G. Ein halb quintlein. Gall. *Demi drachme.* A. Half dram.

LUPULUS, Gr. Βρύον: dicitur à Bryoniæ ſimilitudine, quam folia quodammodo habent. Appellatur quoque *Humilus.* Aliquot Italiæ rura, ob græcam appellationem alludentes, *Bruſcandulam*, quaſi Bryon Scanſile nominant. *Lupus* vero *Salictarius*, quia ſubit ſcanditque ſalices, & robuſta omnia circumvolvendo ſe circumplectitur, appellatus eſt. Hinc quoque *Lupus Receptitius* nonnullis nominatur. B. **Hop.** G. Hopffen. Gall. *Hobblon.* A. Hops.

LUPUS, eſt ſpecies cancri, crura & tibias occupans. B. **De Wolf.** G. Der Wolff. Gall. *Loupe aux jambes, le loup, ou le chancre.* A. The wolfe.

LUPUS RECEPTITIUS, vide *Lupulus.*

LUPUS SALICTARIUS, vide *Lupulus.*

LUTATIO, eſt vaſorum chymicorum lutatio ſive obſignatio. B. **Een toeſlijming / een Verzegeling.** G. Verlutierung / Mit Leim Beſtreichen. Gall. & A. *Lutation.*

LUTEOLA, eſt herba, ſic dicta, quod eâ panni & telæ lineæ, candidæ quidem, colore luteo, virente vero, qui ante cæruleo tincti, inficiantur.

LUTUM, Herba eſt, quo lintea, lanæ &c. luteo inficiuntur colore: vel ut alii, quod à luto veniat luteus color. Aliorum opinio eſt vocem Lutum à Gr. Λευκὸν venire *Leutum Lutum.* B. **Wouwe.** G. Streich-kraut. A. Dyers Woad.

LUTUM, eſt materia quædam glutinoſa aqua ſubacta, ut Farina triticea, ſecalicea, lini ſeminis, amylum, ovi albumen & ſimilia, qua vaſa deſtillatoria, ne quid expiret, probè obſignantur. B. **Leem.** G. Leim. Gall. *Lut, Glu.* A. A Lute.

LUXATIO, ſeu DISLOCATIO, & ELUXATIO, eſt receſſus oſſis è proprio ſinu & loco, in alienam ſedem, motum arbitrarium impediens. B. **Ontwrichting / Uitleding.** G. Auß dem Gliedern / oder Gelencke gegangen / Verrenckung. Gall. *Luxation, Diſlocation.* A. A Disjointing.

LUZ, an ſit os vertebrarum, an vero ſeſamoideum in pede dubitatur.

LYCAN-

LYCANCHE, est angina, quæ lupos strangulat, vide *Angina.*

LYCANTHROPIA, est *Rabies Hydrophobica*, à rabido lupo excitata, in qua homines luporum lulatus imitantur, ex λύκος lupus, & ἄνθρωπος homo. Vide *Hydrophobia.* B. **Wolfs-beet.** G. Wolffs biß. Gall. *Morsure de Loup.* A. Biting of a mad Wolfe.

LYCHNIS, nomen accepisse contendunt ὡς λύουσι νύκτος, ἤγουν σκότος, *quod Tenebras* solvat: vel, quod tomentosis earum foliis Veteres ad lucernarum usum, pro elychniis uterentur, unde *Lucernula* dicta, ejus nominis sunt variæ species.

LYCIUM, est arbuscula spinosa, sic dicta, quod in Lycia, Asiæ regione, crescat.

LYCIUM, est succus extractus & coquendo inspissatus ex ramis ac caudice arboris pyxyacanthæ sive Lycii, sed cujus sit succus varii dubitant. Provenit in variis locis, uti in India, Hispania, Creta, Capadocia, Lycia, unde nomen, &c. Est medicamentum astringens.

LYCOCTONUM ACONITUM, ACONITUM PONTICUM, LUPARIA, LUPICIDA, vel CÆNICIDA, quoniam ab iis devoratum, eos confestim interficit, ex λύκος lupus & κτείνω occido. B. **Wolfs-woztel.** G. Wolffswurtz/ Wolffs-kraut/ Gifft-kraut. Gall. *Aconit, tue loup, tue loup jaulne.* A. Wolfes Baine.

LYCOIDES, est insania luporum instar, à semine retento, excitata, ex λύκος lupus, & εἶδος forma. B. **Wolfs-gebeer.** G. Wolffs-geberden. Gall. *Geste de Loup.* A. Gesture of the Wolfe.

LYCOPODIUM, est muscí species, Latinis à similitudine *Pes Lupi* dicitur, ex λύκος lupus & πούς pes. B. **Wolfs-klauw.** G. Gurtel-kraut/ Teuffel-klau/ bär lapp. Gall. *Pied du loup.* A. Wolf-claw.

LYCOPSIS, seu ANCHUSA, vocari volunt ob radicis fuscum ex purpureo colorem: vel quasi κυκνόφως vocatur à lupo, cujus color cinereus est, nigrorem præferens, sed non intensiorem. Sonat enim Λύκωψις lupi faciem, aspectumve, vel nomen accepit, ab hispida caulis, florum, foliorum, impexaque hirsutie, pedem lupinum imitata, sed λυκωπὴς tunc dicendum foret, ex λύκος Lupus & ὄψις visus. Illud nomen Anchusæ, & Buglossæ imponitur.

LYGMUS, idem quod *Lynx* & *Singultus*.

LYMPHA, est humor lympidus à sanguine in cerebro primo sequestratus, deinde per nervos in totum corpus ductus, & tandem à vasis lymphaticis exceptus, vehitur in ductum chyliferum. B. **Water.** G. Wasser. Gall. *Eau.* A. Water. Sumitur aliquando pro aqua illa, quæ ex punctu ris nervorum aliisque vulneribus effluit. B. **Senuw-water / Lee-water.** G. Glid-wasser. Gall. *Eau Nerveuse.* A. The Lympha.

LYMPHATICA VASA, vide *Venæ Lymphaticæ*

LYNX, idem quod *Singultus*.

LYNCIS LAPIS, sive BELEMNITES, ἀπὸ τῦ βελέμνυ à sagitta, cujus effigiem refert, seu *Dactylus Idæus*, à figura Dactyli, & Ida monte Cretæ Insulæ, ubi invenitur. Teres est & pyramidalis, sub variis coloribus repertus. Inveniuntur albi, nigri, cinerei, pellucidi, vini falerni instar. Et hinc forsan est, quem Veteres *Lyncurium* appellarunt, quem & succini speciem fecerunt, ob colorem, quo succinum refert, quemque ex urina lyncis, simul ac ea excernitur, coagulari, nonnulli fabulantur. Vetus hic lapis grave olet, & ne ustus quidem odorem deponit. Reperiuntur multis in locis Germaniæ, in Borussia, Pomeria, Episcopatu Hildesiensi, Helvetia, Ducatu Wurtenburgensi, Goppingæ. In affectibus nephriticis præscribitur. B. **Donder-steen / Lijnx-steen.** G. Albschoß / Schoßtein / Luchs-stein / Tappen-stein (si niger sit.) Gall. *La Pierre de Lynx.* A. Lynci-an-stone.

LYNGODES FEBRIS, est, quæ singultum habet comitem, à λυζω singultio.

LYSIMACHIA, seu LYSIMACHIUM, & SALICARIA, appellata, ut ferunt, ab ejus inventore Lysimacho: vel ὡς διὰ τὸ λύειν τὸν μάχον, quod pugnam & animalium certamen solvat, dirimatque. *Salicaria* vocatur, quod inter folia salicis, aut inter salices nascatur. Hujus sunt variæ species. B. **Wedreich / Vederik / Joden-kruid.** G. Weydereich. Gall. *Soucy d'Eau, Pelle-bosse, Corneille.* A. Loose-strife.

LYTERIA, est signum solutionis magni morbi, à λύω solvo.

M.

M.

M Simplex in præscribendis formulis denotat *Manipulum*, scribitur sæpe tribus literis ut *Man.* In fine formularum significat *Misce.*

MACERATIO, est species infusionis, quando dura quædam corpora in aquâ aliove liquore mediante frigore aut calore infunduntur, nam hoc modo magis aperiu tur. B. **Weiking.** G. Das einwässern. Gall. & A. *Maceration.*

MACHINA, est in medicina instrumentum aliquod grande, uti scamnum, scala, Ambe, &c. quibus membra luxata restitui solent. Gr. Μηχανὴ, Μηχάνημα. B. **Werktuig.** Eine Rüstung/ Werckzeug. Gall. *Machine.* A. An Engine.

MACIS, quid sit, vide *Moschata Nux.* B. **Foelye/ Bloem van Notemoscaat.** G. Muscatbluth. Gall. *Muguette, Fueilles de muscat.* A. Mace. *Macer Veterum*, est ligni cujusdam cortex lignosus, crassus, rubescens ex Barbaria afferri solitus, gustu valde amarus & astringens, adeoque differt à maci, quamquam interdum à modernis confundantur. Est & genus maceris Insularum orientalium, quod forsan idem cum Veterum maci.

MACROCEPHALOS, sive CAPITO, est is, qui magnum habet caput, ex μακρὸς magna, & κεφαλὴ caput. B. **Groothooft.** G. Ein groß kopff. Gall. *Tête grande.* A. Great headed.

MACROCOSMUS, denotat mundum universum, sicuti homo *Microcosmus*, sive minor mundus in comparatione, ex μακρὸς magnus, & κόσμος mundus. B. **De Groote waereld.** G. Die Grosse welt. Gall. *Grand monde.* A. The great world.

MACROPIPER, est piper longum, vide *Piper.*

MACULA EPATICA, est macula fusci coloris, vel ex flavo nigricantis, lata palmi magnitudine, inguina imprimis & pectoren ac dorsum occupans, imo totum pectus interdum obtegens, cum cutis quadam levi asperitate, quæ squammas aut furfures quasi emittit, quæ tamen non uno loco hærent, sed hinc inde disseminantur, & modo evanescunt, modo rursum emergunt. B. **Lever-vlekken.** G.

Leber-flecken. Gall. *Macule Hepatique.* A. The Liver spots.

MACULA MATRICALIS, *Nævus* Cic. Gr. Κηλὶς, Σπίλωμα, Σπίλος, est macula quæ cum fœtu nascitur, obfusci coloris. B. **Moeder-maal / vleckie.** G. Mutter-mahl / Mutter-flecken. Gall. *Macule Matricale.* A. The mother spot.

MACULA VOLATICA, est macula rubra, vel purpurea in cute hinc inde serpens, quæ si orificium aliquod, os, puta, nares, oculos, aures, nates attingit, & eousque penetret, malum lethale fit, infantibus infestum. B. **Roode-vleck.** G. Rothe Flecken. Gall. *Macule Volante.* A. Flying spot.

MADAROSIS, est capitis glabrities, sive capillorum defluvium, à μαδάω lævis & depilis sum. B. **Uitryfen des hairs / het uitvallen des hairs.** G. Das ausfallen des haars. Gall. *La Pelade.* A. A Baldness of the head.

MAGDALEONES, sunt cylindraceæ emplastrorum vel aliarum rerum massæ, à μάσσω pinso. B. **Een Rolle salf.** G. Ein Salb Rolle. Gall. *Une Roue d' Emplastre.* A. Masses of plaister made up inform of a cylinder.

MAGISTERIUM, pulverem designat propriè solutione ac præcipitatione paratum, impropriè resinosam materiam simili modo productam, utpote quæ verius Extracti nomine donatur. Magisteria ut varia sunt, ita & variè parantur, semper materiæ siccæ, si fieri potest pulverisatæ, aut si necessarium, calcinatæ, affunditur liquor solvens, qui pro diversitate ejus diversus est, acetum simplex aut destillatum, tum per se, tum acuatum per spiritum nitri, vitrioli, salis &c. Imo hæc sola in mineralibus & animalibus; lixivium ex sale tartari, & aqua paratum in vegetabilibus, spiritus vini in his sulphureis, hoc est, oleosa parte præditis, hæc tamen magis ad extracta spectant. Soluto affunditur liquor præcipitationem efficere valens, ex specialibus cognoscendus, ferè ol. tart. per deliquium, urina, aqua salsa, spir. vitrioli, nitri &c. In mineralibus & animalibus, aqua communis, aut aluminosa in vegetabilibus, & secedet ad fundum vitri Coagulum exiccandum, & si necessitas urgeat primum edulcorandum, postea igniendum. B. **Meester-poeder.** G. Meister-pulver. Gall. *Magisterie.* A. Magistery.

MA-

MAGISTRALIA MEDICAMENTA, sunt, quæ à Medicis ad varios scopos & usus in officinis præscribi solent, *Usualia* vulgo appellantur, quia eorum usus frequens esse debet, semel sc. in septimana, vel bis in mense. B. **Meester-stukken.** G. Sehr gebraüchliche mittlen. Gall. *Remedes magistrales.* A. Magistrals remedies.

MAGMA, spissum unguentum est; sed dicuntur quoque fæces post succorum expressionem, aut decoctionem, relictæ, à μάσσω pinso, sùbigo. B. **De Vuilgheid.** G. Vnflat / dicke so sich auff den Grund setzt. Gall. *Le Marc, Marc.* A. Dregs.

MAGNA ARTERIA, idem quod *Aorta.*

MAGNES, est lapis polos mundi ostendens, ferrum chalybemque attrahens, præsertim ferreo circulo armatus. Reperitur circa ferri fodinas in diversis Germaniæ, Norvegiæ, Sueciæ, & Italiæ locis. Vegetior plerumque cæteris esse solet, qui ferri colorem habet. Ingreditur quibusdam emplastris, ut ferrum ex vulneribus attrahatur, sed frustra, cum magnes pulverisatus, & præsertim ustus, vires suas amittat, saltem non ostendit. Sanguinem quoque sistit. Gr. Λίθος Μαγνήτις & Ηράκλειος, dicitur & Sideritis. B. **Magneet-steen / Seil-steen /** quia nautæ eo utuntur. G. Magnet-stein. Gall. *Aimbut.* A. Load-stone.

MAJORANA, Σάμψυχος vel Ἀμάρακος Gr. dictam volunt, quod majori cura, diligentiaque, quam cæteræ colatur: malunt alii eandem Majoranam Marum, & Maro nomen inditum contendunt, fortè Majorana diminutivum à Maro erit. B. **Majolein.** G. Majoran / Maseran / Masoran / Meyeran. Gall. *Mariolaine, Marone.* A. Majoram.

MALA, seu GENA, est illa pars faciei, quæ est infra oculos & supra maxillam inferiorem, sic dicta ob protuberantiam. B. **De wange / de koon.** G. Wangen / backen. Gall. *Une jouë.* A. A cheeke.

MALABATRUM, ab *Acosta* delineatum, cinamomi ramus cum baccis & foliis mihi esse videtur, convenit enim cum folio quod servo, & fortè eadem res erit. Scriptores tamen non conveniunt. *Dioscorides* folia hæc in aquosis crescere locis aquisque innatare scribit, ut lens palustris. *Garcias ab Orto* ut & alii scriptores esse folia arboris ajunt, invenireque copiosè in India ac maximè in Cambaja, procul ab aquis. Utrum ergo *Malabatrum* hodiernum cum

Veterum idem sit, est de quo ambigitur. Forte ob folium quod habet magnum, per excellentiam quoque *Folium* dictum. *Indicum* nomen illud conflatum videtur ex Indorum *Betre*, ut inde constat Indorum *Betre* esse *Malabathrum* Arriani & Plinii, ex *Betre* factum *Bathron*, & inde *Malabathron*. Indi *Tamalapatra* appellant; Arab. *Cadegi Indi*. G. Indianisch Blat.

MALA INSONA, Neapolitanis *Melanzana*, ab aliis *Amoris Poma*, dicta sunt, non quod Lethalia sint, sed quod difficulter concoquantur. *Amoris* autem *Poma* quod propter elegantiam & pulchritudinem digna sint, quæ amentur. B. **Gulden Appel.** G. Gold-apffel. Gall. *Pomme d'Amour*, *Pomme d'oree*. A. Gold-appel. Est & alia Malæ insanæ species. B. **Dol-appel.** G. Doll-apffel. Gall. *Verangêne*, *pomme d'amour*. A. Madd-apple.

MALACHE, est alvum molliens, & tumores duros, à μαλάσσω mollio.

MALACIA, est fames depravata, qua ab usu humano aliena appetuntur: item corporis mollities, à μαλάσσω mollio. B. **Een verdorven honger/ maagde honger.** G. Lust zu unnützen sachen/ falsch Hunger. Gall. *Faim corrumpe*. A. Depraved appetite.

MALACTICA, sive EMOLLIENTIA, sunt, quæ mediocri sua calefaciendi & humectandi facultate, partes inter se firmius cohærentes, dissolvendo, & nonnulla dissipando, molles reddunt. *Malagma* idem majoribus sonat quod *Cataplasma*, à μαλάσσω emollio. B. **Verſagtende middelen.** G. Linderende artzney/ erweichende mittlen. Gall. *Medicine emolliente*. A. Softning remedie.

MALAGMA, idem quod *Malacticum*.

MALAXATIO, est, quando massæ quædam pilularum, in massam cum aliis rebus subiguntur, sive id manu fiat, sive pilâ, vel simili instrumento. B. **Kneding.** G. Das Knäten. Gall. *Pétrissement*. A. A Kneading.

MALICORIUM, quasi corium mali, est mali punici putamen.

MALIGNUS MORBUS, est qui sævit vehementius aut perseverat diutius, quam indoles ejus præ se fert, ut febris pestilens, ulcus cacoëthes &c. B. **Kwaatwillige ziekten.** G. Böse/ gefährliche kranckheit. Gall. *Maladie maligne*. A. A malignant disease.

MALINATHALLA, est Cyperi planta, crescit in terra,

ra, cujus nomen *Malinathalla*, ex ἀνὰ & θαλέω vel θάλλω conflatum videtur, quod Latinis regermino significat; vel ex μαλὰ valde & ἀναθάλλω regermino. Sata enim unica radix innumeras alias producit.

MALLEUS, est ex officulis illis quatuor in aure contentis unum. B. **Het Hamertjen.** G. Der Hamer. Gall. *Petit marteau.* A. Hammer, beetls.

MALLEUS PEDIS, vide *Malleolus.*

MALLEOLUS, sive MALLEUS, Gr. Σφυρὸν, Σφυρὼν, πίζα Polluci, est duplex, *Externus* qui est inferior in pede ossis fibulæ processus: vel *Internus* estque processus inferior ossis tibiæ. B. **De enkele.** G. Die knorren / gelencke im fuße. Gall. *Malleole*, *La Cheville.* A. The Anckle.

MALLEOLUS, in vegetabilibus est novellus palmes innatus prioris anni flagello, cognominatus à similitudine rei, quod in ea parte qua deciditur ex vetere sarmento, prominens utrinque malleoli speciem præbet, vel, quod capillatus utrinque & surculatus solebat seri.

MALTHACODE, est medicamentum cera emollitum, à μαλάσσω emollio, μάλθη est cera emollita.

MALUM MORTUUM, est scabiei genus, dictum quod corpus nigrum & quasi mortificatum appareat; quod est scabies cum livore & nigredine, ac pustulis crustosis, nigris & fœdis, sine sanie & sensu ac dolore, in coxis & tibiis præsertim sæviens.

MALOGRANATUM, & MALUM PUNICUM, seu GRANATUM, est cartilago *Xiphoides*, sic ab Arabibus nominatum, alias Fructum denotat.

MALVA, Gr. Μαλαχὴ, ab emollienda alvo nomen traxit: μαλάσσειν enim mollire significat. Quin etiam Latinis Varro *Malvam* quasi *Molvam*, quod alvum molliat, dictam esse contendit. B. **Haasjes-bladen / Malluwe.** G. Pappeln / Käß-pappeln / Haß-pappeln. Gall. *Maulve*, *Mauve.* A. Mallows.

MALVAVISCUM, vide *Althæa.*

MALUS, fortè à verbo *Malo*, desidero, expeto, propter insignem usum alimentarium, cibariumque: vel à Gr. Μῆλον.

MAMMÆ, MAMMILLA, UBER, Grammaticorum senatus curiosiór *Ubera*, interiora, *Mammas* ipsas eminentias dici voluit, Μαζὸς, Μαστὸς, Τιτθὸς, Τιτθίον, Μῆλον *Suidæ*,

dæ, ob mali in rotunditate similitudinem, Ὕθαρ *Hom.* Ὑπήθρον *Suidæ*, uter propriè pro ubere animalium sumitur. Est corpus globosum, album & molle, utrinque musculo pectorali incumbens, intus ex glandulis conglomeratis constructum, quo mediante lac à sanguine arterioso segregatur, & per tubulos minimos, papillam transeuntes foras in usum fœtus convehitur. B. **De Borst / Mammen.** G. Die Brust / Dütlein. Gall. *La Mamelle.* A. A dug, teat, pappe.

MAMMIFORMES PROCESSUS, sunt duæ ossis occipitis apophyses. B. **Mamwijse Uitsteeksels.** G. Brustgleicher Außwachs. Gall. *Apophyse Mastoide*, *Apophyse Mammiforme.* A. Teatlike Process. Vide *Mastoidei.*

MAMMILLA, idem quod *Mamma.*

MANDIBULA, MAXILLA, Gr. Γαμφήλη, Σιαγὼν, Γένυς, Γένειον, Γνάθος. Estque superior vel inferior, *Superior*, è duodecim componitur ossibus utrimque sex. 1. Ad angulum oculi externum, & cum processu ossis temporum anteriore conjunctum, apophysi suâ os jugale producit. 2. Oculi canthum internum constituit, meatu præditum amplo, per quem ad nares redundans oculorum humiditas descendit. 3. Intra oculi orbitam, reliquis duobus interpositum. 4. Maximum omnium, genarum, & palati potissimam absolvit partem, dentiumque cavernis elaboratum. 5. Juxta cum pari suo nasum constituit. 6. Extrema palati cum osse socio terminat: atque hæc omnia harmoniis potius, quam suturis combinantur *Inferior* vero vigente ætate in os unicum coalescit, duritie, crassitudine, adeoque robore insigne processus duos, acutum unum, qui *Corone* tum retusum alterum, qui in capituli formam collectus *Condylus* appellatur. Foramina interna duo, totidemque externa nervis egressum concedentia; inferiores dentes cavernulis excipit, & ossi petroso coarticulatur. B. **Kinnebakken.** G. Der Back / Kinbacken. Gall. *Maschoire.* A. The jawbone.

MANDIBULARES MUSCULI, idem quod *Masseteres.*

MANDRAGORA, quasi τῆς μάνδρας τὸ γέρας, speluncarum, stabulorumque honos, quod ad mandras pecorum, aliasque speluncas proveniat: Μάνδρα enim est spelunca, pecorum stabulum, Alii derivant à Belgico sermone, quasi à *Man* & *Dragen*, ac si diceres virigeram, hominigeram: idque ob radi-

radicis formam, quam arte viri instar fingere norunt. Alii iterum nomen inditum putant, quod fœcundas reddat fœminas steriles. Gr. Κιρκαία, Pythagoræ Ἀνθρωπόμορφος, Latinis *Canina* aut *Terrestris Malus*. Qui *Circæam* vocarunt, nomen illi à Circe fecerunt, quoniam creditur radix ejus ad amatoria conducere. Pythagoras haud dubiè ab humanâ formâ, quam radix ejus referre videtur, Anthropomorphon appellavit. Hinc sumpta occasione Agyrtæ, & impostores illi circumforanei radices humana effigie insignitas circumferunt, quas Mandragoras esse testantur, cum tamen constet eas esse fictitias, & manu factas ex cannarum radicibus humana specie sculptis, postea plantatis. Nascuntur autem subinde radiculæ parvæ, quæ repræsentant capillos, barbam, pectinis pilos, & ex terra eum acquirunt colorem, ut radices esse appareant. *Terrestrem Malum* Romani dixerunt quod mala proferat, nec in altum ut cæteræ arbores surgat. Mas vocatur Μώριον, & candida est. Fœmina nigra, Gr. Θριδακίας à similitudine foliorum appellata. Nonnulli *Dudaim* appellant. B. **Mandragers kruid.** G. Alraun. Gall. *Mandragore*, *Mandegloire*. A. Mandrake, Mandrage.

MANDUCATORII MUSCULI, idem quod *Masseteres*.

MANIA, est imaginationis & judicii depravatio, cum excandescentia sine febri & timore: itaque nihil aliud est quam majoris ac inordinati spirituum animalium impetus, qui ab anima refrænari non possunt, quod non absurdè liquet ex fortitudine, quam furiosi habent, quæ equidem, deficientibus spiritibus, fieri nequit, à μαίνομαι furo, insanio; dicitur & *Rabies*, *Furor*. Gr. Μανία, Μανικὴ ἔκστασις, Λύσσημα. B. **Dolligheid / rasentheid.** G. Tobsucht / wutende unsinnigkeit. Gall. *Fureur*. A. Madnesse.

MANICA HIPPOCRATIS, est sacculus laneus, figura pyramidali, quo vina aromatica & medicamentosa, aliique liquores percolantur, ex ὑπὸ sub, & κεράγνυμι misceo. B. **Een Hipocras sak / Hippocrates mouw.** G. Spitziger Beutel. Gall. *Chausse d' Hippocrate*, *Une Manche à Hippocras*. A. Hippocrates his sleeve-astrainer with a narrow end.

MANIODES, est delirium Maniæ simile, à μανία furor, & εἶδος forma.

MANIPULUS, est mensura sicca Medicis in præscribendis

dis formulis familiaris; est enim determinata quantitas, quantum sc: unica manu comprehendi potest; hoc pondere plerumque herbæ metiuntur. *Manipulus Celso*, quod *Scribonio Largo* fasciculus, *Simpleri* indicio in nomencl. Rei Nummar. fol. 89. Quo sensu *Esthio* cap. 1. §. 11 de remed. formal. definitur fasciculus, qui manu comprehendi potest *Rondeletio* cap. 2. Meth. cur. p. 17. cæterisque omnibus à Manipulo differt fasciculus, nisi fortè cum *Agricola* lib. 2. de extern. pond. δραμίδιον χειροπληθὲς intelligendum. *Heurnius* lib. 1. Meth. Prax. utriusque discrimen explicatius tradidit, cui fasciculus, quantum plicatis brachiis capi potest. *Ovidius* de Medic. faciei, manipulum scitè circumscripsit: Quantum manus una prehendat. Notatur vulgo signo M. vel Man. B. Een hand-vol. G. Eine hand voll. Gall. *Une poignée*. A. An hand full.

Manna, dicitur esse ros pinguis arboribus adhærens; sed *Th. Bartholinus* Calabriam peragrans, narrat se legisse ex fraxino Mannam. Dicit incolas alternis ictibus truncum arboris fraxini vel orni vulnerare, unde liquor destillat, qui à solis calore exsiccatur. Porro narratur tota examina insectorum (cicadarum, ut *Bartholinus*, vel apicularum, culicum instar, ut *Christ. à Vega*) ex arboribus istis succum dulcem exugere, quem uti apes deponunt, unde manna foliis, lapidibus aliisque herbis sæpe communicatur, iisque adhæresçit. Tempore laboris nullas habent alas, Teste *Herm. N. Grimm.* sed postea cum pluvia decidit, & manna eluitur, mutantur quasi in viscum quendam, qui instar clematis circa arborum ramos circumvolvitur; eo tempore, si tangas, resiliunt, virides crassasque alas obtinuerunt, quibus totum corpus contegitur. Error fortè inde venit, quia in sacris dicitur Manna roris in modum decidisse, sed si quis diversitatem spectet, facile judicabit non esse eandem Mannam. Venit ex Calabria, imo ex India orientali, Syria, Persia, Goa, ex Ormuz, Ceilon &c. Cum carduis adhæret vel cum liquida sit *Tereniabin* strictè appellatur: sed si fuerit durior, *Mastichina* dicitur vel *Granata*, quia in granis est. Item *Mel Aëreum*, seu *Aëromeli*; *Men Siracost*, *Terniabin*, *Thereniabin*, *Trungibin*, *Terengibil*, *Drosomeli* &c. Leviter alvum morantem incitat, sapor est dulcis instar mellis; color debet esse albus, non fuscus aut rufus. Mannam quidam Veterum fuisse saccharum suspicantur. Δροσομέλι & Αἰρομέλι Gr. B. Manna / Honigdauw. G.

G. Wilthaw / Himmelbrot / Manne / Himmel Honing. Gall. *Manne*, *Miel du Ciel*. A. Heavenly Food, Manna.

MANNA CHYMICORUM, ut Mercurii, est destillatum quoddam ex præcipitato albo, nive albissimum; vocatur & *Aquila Cælestis*.

MANNA THURIS, vide *Thus*.

MANSORII MUSCULI, idem quod *Masseteres*.

MANUS, in genere sumitur pro ea parte à summo humero ad digitorum extremitates. Sed strictè dividitur in *Brachiale* vel *Carpum*, in *post brachiale* & *digitos*. Interna post-brachialis pars *vola* seu *palma*, verum exterior dicitur *dorsum*. Gr. χεὶρ. B. **De hand.** G. Eine hand. Gall. *Main* A. The hand.

MANUS CHRISTI, est saccharum perlatum, sic dicitur quod cardiacis ingreditur, quo utuntur morte proximi, fortè sic dicitur, quia Christi manus tunc necessaria est, sive in vita futura sive in morte. B. **Paerel-suiker.** G. Perlen zucker. Gall. *Sucre de Perles*. A. Pearle Sugar.

MARASMODES, est febris, quæ lento gradu tabem accersit, ex μαρασμὸς tabes, & εἶδος forma. B. **Een uitdrogende koorts.** G. Dürre / wan man am leib abnimbt / Verfället / welck wird. Gall. & A. *Marasmode*.

MARASMUS, est summus Tabis seu Atrophiæ gradus; oculi illis sunt concavi, collapsa tempora, nares acutæ, prominentia mala, costæ protuberantes, scapulæ instar alarum & claviculæ instar arcus eminent, exerit se spina dorsi, collabitur venter, clunes pendent, aut consumuntur, manus aridæ sunt incurvatis unguibus, cadunt pili atque tota cutis evadit flaccida, arida, fusca, & in rugas contrahitur, venis interdum conspicuis & eminentibus, corpusque universum aliquando pellucidum & transparens conspicitur. Urget plerumque inexplebilis sitis, fames perit, respiratio existit summe difficilis, tandem alvi fluor, & tandem mors insequitur, hoc morbo senes non raro obnoxii sunt, à μαραίνω marcesco. B. **Uitterende siekte.** G. Verfallen / Mager werden / Schwinden. Gall. *Eticque parfaite*. A. Consuming feaver.

MARATHRUM, est Fæniculum; Antiqui vocarunt ἀπὸ τοῦ μαίρειν, τοῦτ' ἐστὶ λάμπειν, καὶ ἀθρεῖν, quod est videre, lucere, quia visus aciem excitat. Recentiores vocarunt, quod foliis teneris, mollibusque sit, vel quod molliendi vim habeat. Nonnulli tamen deducunt ἀπὸ τοῦ μαραίνεσθαι à

Mar-

Marceſcendo, cum ejus uſus multus cum inaruerit & marcidum fuerit, ad condienda plurima. Vide *Fæniculum.*

MARCASITA, ſive BISMUTHUM, eſt excrementum metallicum, in generatione metalli ex portione aliqua, ad generationem metalli inepta productum, inque corpus minerale albicans, durum ac fragile mutatum. Differt à *Cachymia*, quod illa ex parte magis volatiliori conſtet, quæ primo ſc. dum metalla generabantur, ſequeſtrata fuit, hæc ex portione magis fixa, atque ultimo ſegregata.. B. **Marcaſite / biſmuth.** G. Wißmuth / Marcaſit. Gall. *Marcaſite, Biſmuth.* A. Biſmuth, Marcaſite.

MARCOR, idem quod *Maraſmus.*

MARGA, eſt pinguis quædam materia, & quaſi medulloſa, in nonnullis ſaxis contenta, ideoque *Medulla Saxorum* vocatur. B. **Merg in de ſteenen.** G. Stein-marck. Gall. *La moüelle de Pierres.* A. Marle, vel Marrow of Stones.

MARGARITÆ, *Perlæ* dictæ & *Uniones* ſi magnæ ſint. Sunt lapides rotundi, in conchis nonnullis ex perittomate eodem quo teſtæ generantur, producti: imo & in ipſis animalculis, quæ conchis inhabitant, uti in Oſtreis Anglicis, & Muſculis noſtratibus, ſæpe inveni. Duplices cenſentur, *Orientales* nempe & *Occidentales.* Illæ ſplendidiores ſunt, adeoque cæteris præferuntur & præſertim Perſicæ. Hæ lacteſcunt, minuſque ſunt ſplendidæ. Inveniuntur etiam in multis Europæ locis, uti in Scotia, Sileſia, Bohemia, Friſia, lociſque maritimis aliis, ſed vilioris ſunt notæ. Majores itidem & quæ perforatæ ſunt, cenſentur minoribus & non perforatis maturiores & præſtantiores. In medicina dicuntur cor roborare; ſed præcipue margaritarum vires conſiſtunt in temperando acido. Gr. Μαργαρίτης. B. **Paerel.** G. Perlen. Gall. *Marqueritte, Perle.* A. Pearle. Arab. *Lulu.*

MARIS, eſt menſura decem choarum Atticarum, vel librarum octoginta trium cum unciis quatuor.

MARISCA, idem quod *Ficus.*

MARMARYGÆ, ſunt oculorum fulgores & corruſcationes, à μαρμάιρω reſplendeo. B. **Het vuur dat uit de oogen ſpringt.** G. Feuer das auß den augen ſpringt. A. The glitterings and corruſcations of the eyes.

MARMELATA, & MARMELADA, eſt ſuccus cydo-

doneorum in gelatinam craſſiuſculam cum ſaccharo condenſatus: eaque tum ſimplex eſt, tum aromatiſata, idque pro uſu medico aut domeſtico. Venit à voce Luſitanica & Hiſpanica: *Marmelos* enim & *Marmellos*, illis malum cydonium eſt. B. Marmelade / quee-vleis. G. Quitten apffel fleiſch / Quitten latwerg / marmelat. Gall. *Marmelade*, *Cotignac*. A. Marmelade.

MARMOR, lapis eſt, inſignitur durus ac ad ſplendorem accipiendum, ſi poliatur, ita aptus, ut ſtatuæ vel columnæ egregiè nitentes inde ſculpi poſſint. Genera multa ſunt, cum nec certa illis figura, nec color certus ſit. Alia ſunt *Alba*, uti *Alabaſtrites*; Alia *Rubra*; Alia *Nigra*, ut *Lydius lapis*; Alia *Variis coloribus*, uti *Porphyrites*, *Ophites* &c. Gr. Μάρμαρος (à ſplendore) B. Marmerſteen. G. Marmel-ſtein. Gall. *Du Marbre*. A. Marble-ſtone.

MARMORARIA, ſed corruptè *Mamolaria*, eſt Acanthus ſeu Branca urſina, ſic olim Romanis dicta, quod ejus folia columnarum maximè corinthiarum capitulis inſculpebantur, quarum identidem tam ſcapi quam vertices marmore ſplendebant.

MARMORATA AURIUM, ſunt aurium quædam ſordes, quæ in meatu auditorio ab arteriolarum oſtiis ibidem deponuntur vel cartilaginibus exudantur. Gr. Κυψελὶς & inde Κυψελόδυτα nuncupantur. Item ὦτων ῥύπος, aurium ſordes. Vide *Cerumina*.

MARRUBIUM, ſive Praſſium vocatur, quod marceſcentibus & tabeſcentibus proſit; vel quod ejus folia marcida & ſqualentia videantur, quaſi à rubigine exeſa forent. B. Andorn / Malrow. Weiſſer Andorn. Gall. *Marrube*. A. Hore hound.

MARRUBIUM NIGRUM, vide *Ballote*.

MARS, Belli Deus, ſed à Chymicis ſumitur pro ferro aut Chalybe. Unde *Martialia* dicuntur Medicamenta, quæ ex Marte parantur. B. Yſer / Staal. G. Eiſen / Stahl. Gall. *Fer*, *Acier*. A. Iron, ſteel.

MARSUPIALIS MUSCULUS, ſive BURSALIS & OBTURATOR INTERNUS, habet foramen, uti & externus, inter pubis & iſchium os, dictorum oſſium circuitui extreme lateri affixus, tranſverſim atque exterius, majori infigitur femoris proceſſui. Interim carnoſum veluti marſupium conſtituit, *nonus* eſt ordine ſecundum *noſtram*

ſtram Anatomiam, quo femur movetur. B. De Innerlijk ſtopſpier / beurs ſpier. G. Der taſch gleiche mauß. Gall. *Muſcle burale.* A. The Burſal muſcle.

MARTAGON, eſt Lilium purpureo croceum: eſt & vox Chymica, obſcuræ ſignificationis. *Martagon*, eſt origine Gallica, & fortè ex Turciâ tranſlata.

MARTIALIS, vide *Mars.*

MARTIATUM UNGUENTUM, eſt duplex *Majus* vel *Minus.* Sed minus majori præſtat, ex variis herbis aromaticis, oleis, cera, adipibus, gummis &c. componitur adverſus nervorum & tendinum mala, nomen à Martiato Medico invenit. B. Zenuwſalf. G. Sennſalb.

MARTIUS PANIS, vel PASTA REGIA, fit ex Amygdalis excorticatis, inſtar pulmenti craſſioris cum aqua roſarum contuſis, & Saccharo ana, vel amygdalarum partibus duabus, Sacchari parte una, tum ſupra ignem in aheno diligenter agita, uſque dum ſuperflua humiditas evaporaverit, depſeque ſimul in maſſam manui non adhærentem, ex qua deinde lautia præparantur.

MARU, eſt herba, cujus ſpecies enumerantur quinque. Quidam Cerinthem, alii Majoranam ita appellant: videtur eſſe vox Arabica, cujus ſignificationem ignoramus.

MARUM, planta eſt exotica, Majoranæ figuræ & viribus ſimilis; adeo ut pro una eademque Herba à nonnullis habeatur. Vidi ſpeciem Mari Thymi foliis, altitudine ejuſdem creſcentem, & odore gravem. Ex Syria ad nos defertur. Dici volunt à Rege quodam Thraciæ, cui nomen *Maro* fuit: ſed veriſimilius ab Amaraco, per apocopen, nomen impoſitum, videtur eſſe origani ſpecies.

MAS, quid ſit, omnibus notum; ſed in republica Medica inſtrumentum oblongum eſt, & acuminatum, quod modiolo ſive trepano inditur, ut trepanum in initio firmiter ſtaret, vide *Modiolus.* B. Het Mannetjes pan-boor. G. Der borer / Trepan. Gall. *Trepan maſculin.* A. A borer or trepan.

MASLACH, compoſitio Turcis eſt ex opio præparata, cujus doſis eſt drachma, imo ad tres quandoque innoxiè devorant, præſertim ſi Veneris aut Martis prælium ſint inituri. Vocatur & *Anſion* vel *Amphion.*

MASSA, nominatur ſæpe omnis ſanguis, in toto corpore, ſimul ſumptus. Sic & *Maſſa* dicitur omnis compoſitio ex pulveribus aliiſque rebus ſiccis cum fluidis in unam

ſub-

ſubſtantiam redactis, uti ſunt maſſæ pilularum, maſſæ emplaſtrorum &c. Sic & pro *maſſa* habetur carnis quædam excreſcentia. B. **Een Deeg/ Maſſe.** G. Ein Teig. Gall. *Paſte*, *Maſſe.* A. Paſt, Maſſe.

MASSETERES, MANSORII, ſeu MANDUCATORII & MANDIBULARES, ſunt muſculi maxillæ inferioris, à maxilla ſuperiore & oſſe jugali producti, maxillæ inferiori connectuntur, atque eam dextrorſum, lævorſum, & antrorſum ob fibrarum diverſitatem, commovere poſſunt, à μασσάομαι manduco. B. **Kauw-ſpieren.** G. Käuw-mauſz/ die Mäuſſe der Kinbacken. Gall. *Muſclé Maſſetere.* A. The Muſcles of the lowerjaw.

MASTICATIO, & MANDUCATIO, eſt actio, quæ cibos dentibus comminuit & ſaliva in ore admiſcet. B. **Kauwinge.** G. Das Kewen. Gall. *Mâchement.* A. Knawing.

MASTICATORIUM, eſt Medicamentum quod dentibus maſticatur, ad ſalivam excitandam, ex *Pyrethro*, *ſale*, *maſtiche &c.* præparatum, vide *Apophlegmatiſmus.* B. **Een Kauw-middel.** G. Eine artzney die man Kawt. Gall. *Maſticatoire.* A. Idem.

MASTIX, ſeu MASTICHE, eſt gummi, Reſina aut lachryma ex lentiſco arbore exſudans, venit ex Chio, Syria, Candia, Provencia, Hiſpania &c. ex albo citrina eſt, pellucida, granulata, bene odorata, friabilis &c. à μαστίζω flagello, nam è caudice lentiſci cæſo exſudat. Vel fortè à maſticando, quia maſticatu plurimum ſalivæ elutriatur. B. **Maſtik.** G. Maſtix. Gall. *Du Maſtich.* A. Maſtick.

MASTOIDEI, & MASTOIDES, ſunt proceſſus mammiformes, qui à latiore baſi in obtuſum verticem protenduntur, & vaccinum uber figuræ ſimilitudine exprimunt. Item muſculi capitis flexorii, à ſterno & clavicula orti, & in mammiformem proceſſum terminantur, ex μαστὸς mamma, & εἶδος forma. Vide *Mammiformes proceſſus.*

MASTOIDES, idem quod *Maſtoidei.*

MASTOS, idem quod *Mamma.*

MATER, idem quod *Matrix* ſeu *Uterus.*

MATER, idem quod *Uterus.* Præter hoc ſignificat fœminam, quæ peperit.

MATER DURA, eſt membrana, quæ cranio intus in quibuſdam locis firmiter adhæret, cerebrumque & cerebellum mediatè obducit; quatuor habet ſinus, qui vicem ve-

narum sustinent, & inter cerebrum & cerebellum simul conveniunt, quæ conjunctio ab *Herophilo*, *Torcular* vocatur. **Het dikste hersen-vlies.** G. Daß dicke Hirn-heutlein / vel Hirn-fell. Gall. *Meninge epaisse*, *dure mere*. A. The Thick membrane of the brain.

MATER PERLARUM, MACRA PERLARUM seu MARGARITARUM, sunt conchæ & testæ, quæ intus splendore margaritarum stupent, ubi præsertim sunt ex genere nautilium: unde & nomen diductum. B. **Paerelmoer.** G. Perlen-mutter. Gall. *Mere de Perles*. A. Mother of pearles.

MATERSYLVA, est Caprifolium, fortè ita vocatur, quod in sylvis, quasi mater, priores partes habeat. Vide *Caprifolium*.

MATER TENUIS, est membrana quæ cerebrum & cerebellum immediatè investit, vasculis sanguineis quam uberrimè perfusa; ne spiritus animales à cerebro, cerebellove sparati avolent, apta nata. B. **Het dunne Hersenvlies.** G. Das dunne Hirn-hetlein / vel dunne Hirn-fell. Gall. *Mere* vel *Meninge tenue*, vel *pie*. A. The Thin and inner membrane of the brain.

MATRACIUM, nihil aliud est, quam sacculus cui inest tartarum calcinatum, vel simile quid, etiam crucis in modum interpungitur, ut salia contenta inde in cella humida in liquoris formam, resolvantur: porro dicitur & vitrum tenue & purum, urinis inspiciendis accommodatum, quod etiam *Matula* dicitur, habetque formam ferè rotundam, cum colo satis spatioso. B. **Matras / Pis-glas / Urinaal.** G. Ein harn glaß. Gall. & A. Urinal, matras.

MATRICALIA, sunt, quæ matricis morbis destinantur.

MATRICARIA, Gr. Παρθένιον: ita dicitur, quod matrici prosit.

MATRIIX, seu UTERUS. Inter Vegetabilia tamen denotat Medullam sive cor alicujus plantæ.

MATRONALIS FLOS, seu VIOLA, dicitur quod odoris grati Gratiâ à Matronis atque virginibus coli soleat, iisque in deliciis sit. B. **Damast-bloemen / Damasten / Mast-bloemen.** G. Damast-blum. Gall. *Damas-violette de Dames*. A. Dame violets.

MAZA, est species panis apud Veteres, quæ tempore *Hip-*

Hippocratis & *Galeni* coquebatur: constabat maximâ ex parte ex farina hordei tosta, oleo & melle; sed posterioribus temporibus, compositio ex amygdalis & saccharo, facta fuit, & *Mazæ* seu *Mazæ-panes* & *Gallis Macrons* & *Macarons* dicitur. Appollodorus apud Athen. à μασάω manducare, comedere, derivari scribit: ipse vero Athenæus a μάττω pinso derivat, quem & Eustachius sequitur.

MATURANTIA, sunt medicamenta, quibus tumores & abscessus in pus convertuntur. B. Rijpmakende middelen. G. Reiff machende mittlen.

MATURATIO, Gr. πέπανσις, chirurgica vox est, & dicitur de tumoribus in pus vertentibus, item de Variolis. Chymicis quædam exaltatio est rerum crudarum in maturiorem & gratiorem statum; estque *Digestio*, *Circulatio*, *Fermentatio* & *Projectio*. B. Rijpwerdinge. G. Die Reiffung. Gall. *Meurete*, *Maturite*. A. Ripeness.

MAXILLA INFERIOR, est, quæ inferiores dentes continet: utrimque duos processus habet, anterior *Corone*; posterior vero *Condylus* vocatur, vide *Mandibula*. B. Het Onderste Kaakebeen. G. Der Unterback / Kinnebacken. Gall. *Machoire Inferieure*. A. Under Checke bone.

MAXILLA SUPERIOR, ei ossa sunt undecim, utrinque lateri quinque & unum sine pari. 1. In cantho oculi minore. 2. In cantho oculi majore. 3. Quod maximum, maximam palati regionem constituit, & inferius dentes superiores continet. 4. Cum suo compari constituit partem nasi eminentiorem. 5. Ad palati extremum ubi narium foramina ad fauces tendunt, situm est. Vide *Mandibula*. B. De bovenste Kaakebeen. G. Der ober Back / ober Kifer. Gall. *Machoire superieure*. A. The Upper Cheekebone.

MEATUS, Gr. πόρος, est vas, ut vena, arteria, vasa lymphatica, ductus chyliferi &c. per quod aliquid transit; alii sunt recti, alii ramosi, alii tortuosi &c. B. Een doorgang / weg. G. Ein Gang. Gall. *Passage*. A. A Idem.

MEATUS AUDITORIUS, à concha auris internæ incipit, & tenui cutis amictu ad oras usque tympani vestitur: usus est, aërem & species audibiles excipere, & aurium sudamina sive aurium marmoratum continere. B. Het gehoorgat. G. Der gang des ohrs. Gall. *Le trou de l'oreille*. A. The auditory passage.

MEATUS URINARIUS, vide *Urethra*.

MECHOACANNA, eſt Radix purgans alba, Brioniæ inſtar, ex India Occidentali in taleolis ad nos mittitur, præſertim ex Hiſpania Nova. Duplex habetur ratione loci: Prima ex Mechoaca inſula (unde nomen) affertur, altera vero ex continente circa Nicaragua nata, quæ priore longè præſtantior eſt. Inter Convolvuli ſpecies numeratur. Folia habet magna obſcure virentia & lata, & in acutum deſinentia. Vocatur & Mechoacanna-Peruviana, Rhabarbarum album.

MECON, Latin. *Papaver*, Gr. Μήκων à μὴ χρῆν hoc eſt miniſtrando, quod ſuis fungi muniis veſcentes non patiatur.

MECONIUM, eſt opium ſive condenſatus papaveris ſuccus. *Item* excrementa fœtus, poſt partum inteſtinis adhuc inhærentia, à papaveris ſucci nigredine ſic dicta, à μήκων papaver. Gall. *La colle*, vel *la poix*, ſive *la larme du pavot*. A. Juice of poppies.

MECONOLOGIA, eſt opii deſcriptio, ex μήκων papaver, & λέγω dico.

MEDELA, idem quod *Curatio*.

MEDIANA VENA, eſt illa in cubiti flexura inter Cephalicam & Baſilicam media: ea tumefacta à perito Chirurgo tuto ſatis pertunditur, ſed ab imperito non ſine periculo læſuræ tendinis ſubjacentis, unde convulſiones, gangrænæ &c. procurantur. B. **De mediaan Ader / middel Ader.** G. Die median-ader. Gall. *La veine Mediane*. A. The median veine.

MEDIASTINUM, eſt pleuræ membranæ duplicatura, pulmones cæteraque pectoris viſcera in duas partes dividens; poſterius à dorſi vertebris ortum ducit: anterius porrecta, ſternum attingit & ſepimentum hoc conſtituit. B. **Het middelſchot.** G. Das bruſt fell / mittel fell. Gall. *Le mediaſtin*. A. The Mediaſtin.

MEDICA, eſt Trifolii ſpecies, ſic dicta quod in Mediâ plurimum creſcat, unde nobis primum advecta: quæ & unica ſemente durat annos decem; cum Milium annuam poſtulet curam. B. **Kläver-rupſen.** G. Schnecken-klee / Heilfutter / vieklee. Gall. *Luzerne*, *herbe au limaſſon*, *St. Foin*. A. Trefoil bardned, hedge-hog-trefoil.

MEDICAMENTUM, eſt auxilium conveniens, quo cum alteratione morbi impugnantur, eo fine, ut ſanitas in inte-

integrum reſtituatur: vel quicquid corporis affectum depellit. Eſtque vel *Actuale* quod primo contactu corpus noſtrum eâ, quâ præditum eſt, qualitate, afficit: ut ferrum candens, aqua frigida. Vel *Potentiale*, cujus vis non primo contactu, ſed tum demum ſeſe exerit, cum illa ex aliqua in corpore mora, in medicamento excitatur, ut Piper, Raphanus, ſalia acria &c. deinde medicamentum dicitur vel primis vel ſecundis, vel tertiis facultatibus eſſe præditum. Eæque omnes à temperamento & varia particularum in corpore noſtro actione innoteſcunt. *Medicamentum* eſt triplex *Chirurgia*, *Pharmacia* & *Victus Ratio*. Vocatur etiam medicamen, Γάμμα, Φάρμακον, Λυτήριον, Α'λεξιον, Remedium, juvans, & indicatum. B. Een Geneeſ-middel. G. Mittel / geneß mitteln / artzney. Gall. *Medicine*, *Medicament*, *Remede*. A. A Medicineſ, Remedy.

MEDICINA, eſt ars medendi, ſive qua per convenientia remedia, quantum poſſibile eſt, introducatur ſanitas in corpore humano, à *Galeno* definitur à fine, quod ſit *Ars præſentis ſanitatis conſervatrix, & labefactatæ inſtauratrix*, & libro introductorio, *ſcientia ſanitatis protectrix, & morborum expultrix*, ab *Herophilo* autem ex ſubjectis, *ſcientia ſalubrium, inſalubrium & neutrorum. Medendi Methodus*, à clariſſimo *Sylvio de le Boe*, ſic definitur, *Ars inveniendi & rite uſurpandi Remedia reparandæ ac reſtituendæ valetudini amiſſæ maximè convenientia.* Medicina à *Sennerto* aliiſque rectè in quinque partes dividitur; in *Phyſiologiam* nempe, in qua agitur de conſtitutione humana quatenus ſana; ad hanc etiam pertinet *Anatomia*. 2. *Pathologiam*, in qua agitur de morboſa corporis noſtri conſtitutione. 3. *Semioticam*, de ſignis ſanitatis & morborum. 4. *Hygieinam*, illa de regimine ſanitatis conſervandæ leges pronunciat. 5. Et *Therapeuticam*, quæ docet *Diætam*, *Chirurgiam*, & *Pharmaciam*. Prima & generalis Medicinæ diviſio bimembris tantum eſt, & una medicinæ partem *Theoricam* conſtituit, altera vero *Practicam*. Medicinæ ſubjectum eſt corpus humanum quatenus ſanabile: ejuſque ſcopus ſeu *Finis* eſt *Sanitas*. *Hippocrates* vocat eam *Artem Longam* cum dicit, Gr. ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, è contra *Paracelſus* eam ponit *Brevem*; quidam Arabes eam μικροτέχνιαν appellarunt, artem parvam, revera tamen ars magna & longa eſt, ita ut exclamare cogamur, *Quantum eſt quod neſcimus*. Gr. ab Γάομαι, medeor. B. Geneeſ-

konst. G. Artzney. Gall. *Medicine.* A. Medicine; the art of Physick.

MEDICINALIS DIES, vide *Critici dies.*

MEDICUS, est vir artis Medicæ summè gnarus, modestus, sobrius, & humanus; de quo cecinit poëtarum princeps *Homerus* iliad. XI.

Ἰητρὸς γὰρ πολλῶν ἀνπάξιος ἄλλων.

hoc est: *Medicus enim Vir Multis anteponendus aliis*, & odyss. IV.

Ἰητρὸς δὲ ἕκαστος πιστάμενος περὶ πάντων
Ἀνθρώπων, ἦ γὰρ Παιήωνος εἰσι γενέθλης.

Hoc est,

Unusquisque Medicus peritus supra omnes
Homines est: sane enim Pæonis *sunt ex generatione.*

Et *Hippocrates* lib. de dec. orn. cap. V. Ἰητρὸς γὰρ φιλόσοφος ἰσόθεος. *Medicus enim Philosophus est Deo æqualis.* Jul. Cæs. Scaliger hoc modo Medicum rectè descripsisse videtur, quod oportet esse virum doctum, probum, lenem, diligentem, maturum, fortunatum, *Deo* fretum, non sua vel scientia, vel opera, vel successu tumidum, aut pecuniæ deditum. Quidam nummos exigunt dum morbus urget, juxta distichon.

Exige dum dolor est, nam postquam pœna recessit:
Audebit sanus dicere, multa dedi

quandoque & Medici falluntur, ita ut à debita mercede priventur secundum illud

Medicis in Morbis totus promittitur orbis,
Mox fugit à Mente Medicus, morbo recedente.

non pauci Medici sunt, qui versiculum hunc spectant.

Dat Galenus *opes, dat* Justinianus *honores.*

Nec

Nec non:

Theologis animum subjecit Lapsus Adami
Et *Corpus Medicis*, & *bona Juridicis*.

Gr. Ἰατρὸς, ab ἰάομαι medeor. Vulgo vocatur *Doctor* ob promotionem suam, revera doctus esse debet. B. **Een geneeſs-heer / een geleerde in de geneeſs-konſt.** G. Ein arzt. Gall. *Un Medicin.* A. A Physician.

MEDIMNUS, est Mensura aridorum, Attica continet chænicas quadraginta & octo, sive centum & octo libras mensurales, seu modios sex, non medicos, sed georgicos, ejus nota fuit μ & in summitate ϵ.

MEDITULLIUM, est spongiosum illud inter duas cranii laminas, vide *Diplo.* B. **Tafelſcheidſel.**

MEDIUM, est Viola Mariana, quæ à Media regione nomen habere putatur.

MEDIUS VENTER, idem quod *Thorax.*

MEDULLA, inter mineralia partem molliusculam denotat, quæ in saxis nonnunquam reperitur. B. **Merg der Steenen.** G. Steinmarck. Gall. *Mouëlle.* A. The Marrow, vel softer part in stones. Inter vegetabilia, est media cujuslibet pars mollior ac præstantior, quam & cor & matricem appellant. Quoad animalia, medulla est pars mollior, & pinguior quæ in ossium cavitatibus continetur. B. **Merg.** G. Das Marck in beinen. Gall. *Mouëlle.* A. The Marrow.

MEDULLA CEREBRI, est substantia alba & mollis, exterius corticali substantia obducitur, quæ magis cinerea est, intus corpus callosum constituit: in ea fit spirituum animalium distributio & imaginatio. *Malpighius* eam ex innumeris filamentis constare affirmat, nam nervi exinde oriuntur. B. **Het Herſſen-merg.** G. Das Marck im Hirn. Gall. *Mouëlle du cervelle.* A. The Marrow-like part of the Braine.

MEDULLA LACTIS, sive LACTIS FLOS, est quodvis butyrum.

MEDULLA OBLONGATA, est initium spinalis medullæ, à qua nervi intra cranium originem sumunt, quæ per foramen occipitis & vertebrarum usque ad os sacrum descendit, ex suis lateribus decem nervorum paria ad thoracem, abdomen & artus emittit, etiam sensorium commu-

ne πρῶτον αἰσθητήριον appellatur, quia ubi nervorum origo, ibi est sensuum externorum receptio communis. B. Het Lange Merg. G. Das Lange Marck. Gall. *Mouëlle Oblonge*, vel *Allongee*. A. The long Marrow.

MEDULLA OSSIUM, est substantia pinguis, in ossium cavitatibus, porositatibusve ab arteriis deposita; Medulla hæc membranulis & cellulis continetur, & omni prorsus sensu caret; in fistulis majoribus rubicunda est, in minoribus alba, in ossibus spongiosis mollis & succulenta: etiam conjicere licet, duntaxat exudationes ossium esse, ex eo quod ossa plus materiæ sulphureæ & pinguis accipiunt, quam in nutrimentum vertere possiunt, quæ deinde per ductus adiposos ejusque sacculos, ad ossium interiora fluit, postea à venis recipitur & in sinum sanguinis deponitur. Gr. Μυελὸς. B. Been-merg. G. Das marck in beinen. Gall. *Mouelle d'os*. A. Marow of the bones.

MEDULLA SPINALIS sive DORSALIS, est cauda cerebri. Gr. Μυελὸς Ῥαχίτης, Νωτιαῖος, Διαυχένιος, Ψωίτης Galeno, est illa pars quæ per annulos vertebrales descendit & in os sacrum terminatur, habet etiam substantiam eandem & usum cum cerebro; nervorum coagmentatio est, quorum etiam usum possidet; superius bifida conspicitur; hinc si alterutra obstruatur, *Hemiplegia* sive paralysis unius lateris oritur, utrimque triginta nervorum paria ad artus, ventres, cæteraque corporis partes emittit, si convenienti liquore diligenter lavetur, in plurimas fibrillas dispescitur. B. Het rugge-merg. G. Das marck im ruck grad. Gall. *Mouelle de l'epine vel echine*. A. The Marrow of the back bone.

MEGALOSPHLANCHNUS, qui viscera magna & tumida habet, à μέγα magnum & σπλάγχνον viscus. B. Die grote ingewanden heeft.

MEL, Gr. Μέλι, quid vulgo sit, notum. Pharmacopæis denotat aliquando succum simplicem ad mellis consistentiam inspissatum, melque sapore æmulantem, sic convenit cum sapa sive Robub; uti mel passulatum, juniperinum. Non raro refert Syrupum cum melle paratum, ut mel rosarum, diamorum &c. B. Honig. G. Honig. Gall. *Miel*. A. Honie.

MELA, Gr. Μήλη, est instrumentum Chirurgicum, *Specillum* dictum. Imperitum vulgus à tentando *Tentam* vocat. Conficitur ut plurimum ex argento, vel ebore, idque

ad

ad exploranda ulcera, vel calculum urethræ infixum, extrahendum &c. aptum pro vario usu, varias habet formas. Gr. à μιλίζω trunco. B. **Een tent-pzer / een tintel-pzer / pzobet / pzoef-pzer.** G. Probier-eiser / wundeisen. Gall. *Esprouvette.* A. A Probe.

MELAMPODIUM, appellatur sic Helleborus niger (quoniam Melampus caprarum pastor, furentes in sepreti, filias hoc primum purgasse & sanasse, fertur) foliis platani.

MELAMPYRUM, quasi triticum nigrum, vocatur etiam *Triticum Bovinum* & *Vaccinum*, ex μέλας niger, & πύρος frumentum. B. **Peerds-bloem.** G. Fleisch-blumen / schwartz weitzen. Gall. *Froumant noir.* A. Horse Floure, cowe-wheate.

MELANAGOGA, sunt medicamenta atram bilem (Veteribus putatitiam) evacuantia, ex μέλας niger & ἄγω educo. B. **Geneeş-middelen tegens de zwarte gal / oste zwaarmoedigheid.**

MELANCHOLIA, est delirium, quo ægri sine causâ manifestâ admodum tristantur & metuunt, horrenda, nonnunquam etiam ridicula, imaginantur & sibi persuadent & illa spectant vel ad corpus vel ad animam: nam si corporis illis imaginatio fit, putant nullum habere caput, nates, nasum &c. vel mortuos esse; sed quoad animam, de vita æterna desperant, & sibi persuadent à diabolo tentari, & cum eo sermones miscere &c. B. **Dzoefgeestig / Swaarmoedig.** G. Melancholey. Gall. & A. *Melancholie.* Veteribus de atra quoque dicitur bile, sive de sanguine nigro, crasso & acidis particulis pleno, ex μέλαινα nigra, & χολὴ bilis. B. **Swarte Gal.** G. Boss / schwartz geblüth.

MELANOPIPER, vide *Piper.*

MELANOSMEGMA, est sapo niger, ex μέλαν nigrum & σμῆμα sapo, à σμάω abstergo.

MELANTHIUM, est Nigella, ut & alia florum species: sic appellatur à nigro seminis colore, à μελαίνω denigro.

MELAS, vide *Alphus.*

MELE, vide *Mela.*

MELEAGRIS, est *Fritillaria:* sic dicitur ab ave Meleagride, seu perdice Barbariæ, cujus plumas dicunt referre. Vide *Fritillaria.*

MELIA, eſt Fraxinus, dicitur & Milia, à μελίζω fortaſſe, *Trunco*, quod homines ea truncarentur: Haſtæ enim ex ea fiebant.

MELICERIS, eſt tumor tunica concluſus, ex materia mellea ortus, indolens, rotundus, digitis facile cedens, ſed ilico rediens, ex particulis lymphaticis non ritè circulantibus originem ſumere videtur, quæ, evaporato humido, maſſam melleam relinquunt; eodem modo in Steatomate & Atheromate contingit, ex μέλι mel, & κηρίον favus. B. **Een Honig-gezwel.** G. Ein honig geſchwulſt. Gall. *Melicere.* A. Honey tumour.

MELICRATUM, eſt hydromel, ſive mulſum, quod componitur ex una parte mellis & octo partibus aquæ pluvialis, ex μέλι mel, & κεράννυμι miſceo. B. **Honig-water meede.** G. Meeth. Gall. *Eau miellée*, *Hydromel.* A. Metheglin.

MELIGEION, eſt vox vix uſitata, denominatio ſumitur à μέλι mel; eſtque chirurgis tumor ex ulceribus manans oleoſus & ferè mellis conſiſtentia, ſæpe cum oſſis carie, cum fætore ferè in modum eboris recens raſpati.

MELILOTUS, eſt ſpecies Trifolii odorati, dicitur propter melleum ſaporem, qui ex caule ejus & radice deprehenditur, dum comeduntur, ex μέλι mel, & lotus, nam inter Loti ſpecies etiam recenſetur. Vocatur etiam *Sertula Campana*, quod flos ejus coronamentis dicatus ſit, & quia ex ea antiquitus coronæ & ſerta factitata ſint. *Corona* etiam *Regia* appellatur, quoniam luteis floribus ſupernè coronatur, atque ſuperbit. B. **Meloten / Malloten / wel-riekende klaveren / geele-ſteen-bzeek.** G. Stein-klee. Gall. *Melilote.* A. Melilot.

MELIPHYLLUM, eſt Meliſſa, ex μέλι mel, & φύλλον folium: quia apes Meliſſam amant, & ex ea mel colligunt.

MELISSA, ceu *Citrago*, vel *Apiaſtrum:* ſic vocatur vel à melle, quod apes ejus foliis gaudeant: vel ab apibus quæ Gr. Μελίσσαι & μελιτίδαι vocantur, vel dicitur quaſi μῆλον *Malum*, nempe citreum, & ἵζω ſedere facio, quia citreus odor huic herbæ inſideat, ſeu inhæreat, vel à μέλι mel. B. **Meliſſe / citroen-kruid / limoen-kruid / conſille de grein / Byen-kruid.** G. Meliſſen / Iven-blad / Bien-ſang. Gall. *Meliſſe*, *Citronelle.* A. Balm, Bawm, Bauwme.

ME-

MELISSOPHYLLUM, sive MELIPHYLLUM, Lat. *Apiastrum* & *Citrago*, est Melissa, vel planta ei analoga, ex Μέλισσα Melissa, & φύλλον folium, nihil aliud quam *Apum Folium* significat, quia apes ejus folio magnopere delectentur, vel mellis folium indicat. Sic itaque nominari cœpit quod hinc apes mellis materiam colligant. Pari ratione Latini *Apiastrum* haud dubiè dixerunt, quod ea herba apes plurimum lætentur, adeo ut si ea alvearia confricentur perunganturve, detentum in eis examen non fugiat. *Citraginem* autem ab odore Citri: nares enim si consulantur, citrum malum olebit.

MELITEMA, est Trageæ species ex melle & Medicamentis subacta. B. **Medicinale Honigkoekjes.** G. Honig Kuchlein.

MELO, est cucurbitæ species: dici volunt à numeroso semine, sive millenis seminibus: vel fortasse à μῆλον pomum, quod figura pomum seu malum referat. B. **Meloen.** G. Melaun/ Pfeben/ Melonen. Gall. *Melon*. A. Melon.

MELON, Gr. Μῆλον, fructus arboris mali, fortè à μήλω, quod idem atque φροντίζω, *Curo*, *Sollicitus sum:* quod Prisci, ut nunc, de malis admodum essent solliciti easque omni cum diligentia & studio colerent.

MELOCACTUS, idem quod *Melocarduus*, ex melo & κάκτος carduus.

MELOCARDUUS, MELOCACTOS, POMUM SPINOSUM, OPONTIATUM, ECHINOMELOCACTOS, sunt synomina, est planta exotica, Meloni majori similis, in cujus superficie spinæ erumpunt, ex Melo & Carduus nominatur. B. **Meloen-distel/ Indiaanse doorn Appel.**

MELOCARPUS, est Aristolochiæ fructus, ob melonis minoris similitudimem, dictus ex Melo, & καρπὸς fructus.

MELOPEPON, est cucurbitæ species, inter melonem & peponem media, ex Melo, & Pepo.

MELOSIS, est exploratio chirurgica, specillo facta, à μηλόω specillis exploro. B. **Een Onderzoeking/ tentering.**

MELOTIS, Gr. Μηλωτὶς & Μηλωτείς, idem quidem quod *Mela*, sed minori forma, ut est specillum auriculare, ex μήλη specillum, & οὖς auris. B. **Een klein proovet/ een klein ooztent.**

MEMBRANA, est substantia nervosa, fibrosa, lata, plana, alba, & dilatabilis, viscera, ventres, musculos &c. investiens, exquisito sensu prædita. Gr. Ὑμὴν. B. **Een vlies.** G. Häutlein/ eine dunne zarte Haut. Gall. *Membrane, Taye.* A. A Membrane.

MEMBRANA ADIPOSA, est quæ renes cingit, multo adipe referta. B. **Het vet vlies.** G. Das fett häutlein. Gall. *Membrane Adipeuse.* A. The sat or Adipous membrane.

MEMBRANA CARNOSA, idem quod *Panniculus Carnosus.*

MEMBRANOSUS MUSCULUS, sive FASCIALIS LATUS & FASCIA LATA, tibiam movet, qui superne ilii spinæ, inferne femori ossis extremitati latissima, instar cæterorum ferè hujus partis musculorum involucri, tendineaque alligatur expantione. B. **De vlies-spier / bzeede windel-spier.** G. Der Pergamentgleiche mauß. Gall. *Muscle membranose.* A. The membranous muscle.

MEMBRUM, Gr. Κῶλον & Μέλος, est corpus organicum, ex variis similaribus partibus compositum, actionibus voluntariis perficiendis, destinatum. B. **Een lid.** G. Ein glied. Gall. *Membre.* A. Member or part.

MEMORIA, Gr. Μνήμη, est notarum sive motuum ab objectis venientium, ab anima quædam retentio. Anne ille motus ab anima in medulla oblongata fiat, (quod ob nervorum ex ea egredientium originem, verisimile est) incertum est? B. **Gedeugnis.** G. Gedächtnuß. Gall. *Memoire.* A. Memory.

MENDOSA SUTURA, sive SQUAMMEA, Gr. Λεπιδοειδὴς & Λεπιδοειδὲς πρόσκλισις, est connexio ossium squammosa, ut in osse temporum cum bregmate apparet. Vide *Lepidoides Sutura.*

MENINGOPHYLAX, est meningis sive membranæ cerebri custos, ut laminæ aureæ & argenteæ, quæ aperturis cranii accommodantur. ex μήνιγξ membrana cerebri, & φυλάσσω custodio. B. **Hersen-beschermer.** G. Hirn beschirmer. Gall. *Meningophylace.* A. Preserver of the meninges.

MENINX, vide *Mater dura* & *Tenuis.*

MENSA, est dentium molarium pars latior, quæ cibum conficit atque comminuit, Τράπεζα *Ruffo*, at pars quæ gingivam contingit, Μυλικὸς dens molaris *Poll.* sic & machinæ

chinæ quædam Chirurgis & Anatomicis dicuntur *Menſæ*. B. **Een tafel / de kroon.** G. Ein tiſch / eine tafel. Gall. *Table*. A. Idem.

MENSES, ſunt ſanguinis excretiones, quæ ſingulis menſibus proveniunt, idque ex ipſo utero, non vero ex collo aut vagina. Incipiunt, cum juvenculæ pubeſcunt anno ſcilicet duodecimo vel decimo quarto, deſinunt vero in gravidis, lactantibus & effœtis, etiam vocatur *Menſtruum*, *Profluvium mulierum*, *Lunare virus Ovidio*, *Profluvium genitale Plin.* Gr. Μῆνες, Καθάρσεις Ἐμμηνοι, Ἐμμηνα, Γυναικεῖα *Theop.* Καταμήνια. B. **De ſtonden / ſtonde-vloed / maand-ſtonden / roode bloemen.** Menſtruis laborare, dicitur **niet wel te paſ zijn / het goed hebben.** G. Blůmen / die Monatliche reinigung / monat zeit / Frawen zeit. Gall. *Les menſtrues*, *Mois*. A. Womens courſes.

MENSIS CHYMICUS, ſeu PHILOSOPHICUS, conſtat ex quadraginta diebus.

MENSTRUA ALBA, vide *Fluor Albus*.

MENSTRUUM MULIERUM, vide *Menſes*.

MENSTRUUM, eſt id, quod in vaſe deſtillatorio eſt, & deſtillationi exponitur; vel liquor quo metalla corroduntur, & lapides ſolvuntur, ut acetum, aqua fortis, ſp. vini &c. ſumi poteſt pro capite mortuo à deſtillatione relicto, Gr. à μένω maneo, vel à menſe, quod res diſſolvendæ quadraginta dierum ſpatio, ſive per menſem Philoſophicum agitantur & diſſolvuntur. B. **Een Schei-vocht.** G. Ein Scheid-feucht / Scheid-waſſer. Gall. *Menſtrue*. A. Idem.

MENSURA, eſt tam aridorum quam liquidorum quædam determinata quantitas. Gr. μέτρον. B. **Een maat.** G. Maß. Gall. *Menſure*. A. Meaſure.

MENTAGRA, eſt ſpecies Lichenis feræ, quæ tempore *Claudii* adhuc incognita, erat morbus dictus à mento, à quo incipit & faciem, pectus, manuſque fœdo quodam furfure occupat. Gr. Λειχὴν. B. **Gevlekte of ſchubagtige Lazerie in 't aangezigt.** G. Eine krätze umbs kinn / ſchwinde / Flechte / zittermal. Gall. *Male dartre*. A. A tetter, vel ring-worme.

MENTHA, nomen accepiſſe putatur à *Mintha* Plutonis pellice, in hanc plantam converſa. Alii dicunt nomen accepiſſe, quod odore ſuo mentem excitet, aut quod grato odore menſas percurrat. Nonnulli derivant à Mentula, quia ad coitum excitat, hominesque enervat. Hinc illud proverbium, *Men-*

Mentham nec commodes nec plantes tempore belli.

Gr. Μίνθη, & propter suavem odorem ἡδύοσμον. B. Munt. G. Münz. Gall. *Menthe.* A. Mint.

MENTHASTRUM, est Menthæ species: unde & ei nomen devolvitur.

MENTULA, idem quod *Penis* aut *Clitoris.*

MENTUM, est inferior pars sub inferiori labio. Gr. Γένειον. B. De kin. G. Das Kinn. Gall. *Le menton.* A. The chin.

MERCURIUS, est argentum vivum & *Hermes*, sive Ἑρμῆς dictus; chymicis dicitur omnis liquor, qui non inflammatur, sive sit spirituosus, acidus vel aquosus. Alii sumunt pro spiritu è plantis vel animalibus educto, vel pro liquore quovis acido arte chymica parato, dicitur triplex mineralis, cælestis & chymicus, dicitur sic ab ethnico Deo Mercurio, qui ob agilitatem negotiatoribus præsidere existimetur. B. Quikſilver. G. Queckſilber. Gall. *Vif argent.* A. Quicke silver.

MERCURIALIA, dicuntur omnia, quæ ex Mercurio præparantur. B. Quikbereidſelꝫ. G. Artzeney von Queckſilber. Gall. & A. *Medicine Mercuriale.*

MERCURIALIS, Gr. Λινόζωστις & Ἑρμῆ βοτάνιον, sic dicta quod, ut ferunt à Mercurio sit inventa. B. Bingelkruid. G. Bingel-kraut / Bengel-kraut. Gall. *Mercuraile* A. Mercury.

MEROBALINEUM, est species semicupii, in quo unicum membrum vel plura immerguntur, à μέρος pars & Balineum seu Balneum. B. Een lid-bad. G. Ein Glied bad. Gall. *Bain pour un membre.* A. A Bath for a plariticular membre, or more.

MESARÆUM, idem quod *Mesenterium*, ex μέσον medium, & ἄρχιον tenue, ob vasorum tenuitatem, quibus abundè intertexitur: unde hæc vasa *Mesenterica* & *Mesaraica* appellantur, vide *Mesenterium.*

MESARAICA VASA, vide in *Mesaræum.* B. Scheilvaten.

MESENTERICA VASA, vide *Mesaræum.*

MESENTERIUM, est peritonæi membrana duplicata, glandulis, nervis, arteriis, venis, vasis chyliferis & lymphaticis dotata, medium abdominis occupat, & intestina ordine quodam mirо continet: in medio glandulam magnam

nam habet *Pancreas Aſellii* nominatam, cui aliæ minores glandulæ circumfuſæ ſunt, ad eas lactea primi ordinis vaſa ex inteſtinis tendunt & ab hepate aliiſque partibus vaſa lymphica deſcendunt; ab hiſce iterum lactea ſecundi ordinis vaſa ad ſacculum chyliferum aſcendunt & in ejus ſinum ſeſe exonerant, ex μέσον medium, & ἔντερον inteſtinum. Item *Meſaræum*. Gr. Ἐπιχορδὶς *Aretæo*. Μέσεντερον, Μεσαραῖον, Μεσόκωλον. *Hippoc.* Ἀγωχὴς τῶν ἐντέρων *Ruſo*, Ἐπιχορὶς apud Veteres teſte *Aretæo*. B. Het darm-ſcheil. G. Das Gekröſe. Gall. *Meſentere*. A. The midſt of the guts, vel meſentery.

MESERÆUM, vide *Meſaræum & Meſenterium*.

MESOCOLON, eſt pars meſenterii, quæ craſſis inteſtinis continuatur, ex μέσον medium, & κῶλον inteſtinum colon. B. Het kleine ſcheil. G. Das kleine gekröſe. Gall. *Petit meſentere*. A. The little meſentery.

MESOGLOSSUM, idem quod *Genioglosſum*.

MESONUCTIUM, eſt media noctis pars, ex μέση media, & νὺξ nox. B. Middernagt. G. Mitternacht. Gall. *Le minuit*. A. Midnight.

MESOPLEURII, ſunt coſtarum ſpatia intermedia, ut & muſculi intercoſtales, in utroque latere viginti duo, undecim externi & totidem interni ſunt, ex μέση media, & πλευρὰ latus. Vide *Intercoſtales Muſculi*.

MESPILUS, Gr. Μέσπιλη, arbor Meſpili eſt, & Μέσπιλον fructus, pro quo recentiores dixerunt Μέσπυλον. Unde nomen, me fugit. Fortaſſis nomen impoſuerunt Scythæ, qui lunam Μέσπιλα vocarunt. Heſychius Μέσπιλα ἡ σελήνη παρὰ Σκύθαις. Meſpilum (ſi divinare liceat) vocatur, quod criſtato ſit vertice: Politianus

----- *Regum imitata coronas,*

Meſpila.

ſed hoc nimis longè petitum. Veriſimilius nomen accepit, quod fructus mollior & ſui idoneus, pulpa conſtat ſordida & aſpectu ingrata, Μέσπιλος ergo quaſi Μεσόπιλος. Nugari ſi liceat, à Belgis nomen impoſitum: His *Miſpel* dicitur; & *Miſpel* idem eſt, quod deficit ſpolium, ſive fruſtra in pomario quæras, quod expiles: Meſpila enim quando matura ſunt, tempus eſt, quo nihil in arboribus reſtat ſpoliandum. B. Miſpel-boom. G. Ein Meſpel-baum. Gall.

Gall. *Meſples*, *Mefflier*. A. Medlar-tree, Melder, Medeler.

METABASIS, eſt tranſitus ab una indicatione in aliam, ab uno remedio in aliud, qui cum prudentia & non temerè fieri debet, à μεταβαίνω tranſgredior. B. **Een overtreding.** G. Ubertretung / Verändrung. Gall. *Tranſgreſſion*. A. A. Tranſgreſſing hom one thing wanother.

METABOLE, eſt temporis, aëris, vel morborum mutatio, à μεταβάλλω muto. B. **Verandering der ſaken.**

METACARPUS, & METACARPIUM, eſt manus pars poſterior, conſtituitur ex officulis quatuor oblongis, volam manus expandentibus, quæ dicuntur *Poſtbrachialia*, ex μετὰ poſt, & καρπὸς manus junctura. Vocatur item *Torus Manus*, *Tubercula*, Μεταχάρπιον. B. **De Achter-hand / nahand.** G. Der berg in der Hand. Gall. *Metacarpe*. A. The wriſt, the back of the hand.

METACONDYLI, ſunt poſtremi digitorum articuli unguibus proximi; quemadmodum medii condyli & primi Metacarpio proximi *Procondyli* dicuntur, ex μετὰ poſt & κόνδυλος digitus. B. **De voorſte vinger leden.** G. Die knöbel / oder förderſte gelencke der fingern. Gall. *Metacondyle*. A. The utmoſt bones of the fingers.

METALEPTICUS MOTUS, eſt muſculorum tranſlativus, ſive tranſſumptivus motus, & dicitur de motu quodam, quem muſculi habent, & ſimilis eſt motui, ſive tenſionis ſpeciei illi, quæ à ſuperiori laqueo gloſſocomii perficitur, à μεταλαμβάνω tranſſumo. B. **Een overvoerende beweging.**

METALLUM, Gr. Μέταλλον, eſt ſubſtantia admodum ſolida & rigida, quæ in montibus & cryptis ſubterraneis invenitur: omnia illa hoc verſiculo continentur, ut.

Sol, *Mars*, *Luna*, *Venus*, *Saturnus*, *Jupiter*, *Hermes*.

Inter metalla aurum ſolidiſſimum eſt, cujus tinctura magnis laudibus à Chymicis effertur, ex μετὰ poſt, & ἄλλος alter, quia una inventa vena, altera invenitur. *Hermes* ſive *Mercurius* numeratur quidem inter metalla, ſed quia Metallum malleabile quid eſt, ideoque Metallis accenſeri non poteſt, & potius inter imperfecta, ſive mineralia annumerandus erit. B. **Metaal.** G. Metall. Gall. *Metail*. A. metali.

METALLURGIA, eſt illa operatio, qua metalla ex fodinis eruuntur, ideoque operariorum unuſquiſque vocatur.

METALLURGUS, ſeu METALLICUS, qui in terræ viſceribus

viſceribus metalla ſcrutatur, ut chymici ſolent, ex μέταλλον metallum, & ἔργον opus. B. **Een Metaal-werker / Mijn-werker.** G. Ein ertzgräber / berg-knapp / berg-meiſter. Gall. *Metallique*, *maiſtres de mines*, *Tirers de Metaux*. A. Diggers of Metall.

METAPEDIUM, Gr. Μεταπέδιον idem quod *Metatarſus*.

METAPHRENUM, Gr. Μετάφρενον, eſt pars dorſi poſt ſeptum tranſverſum, ex μετὰ poſt, & φρὴν præcordium. B. **De rug.** G. Der rucken. Gall. *Dos*. A. The back.

METAPTOSIS, eſt morbi in alium morbum degeneratio: ut febris quartana in tertianam & vice verſa: apoplexia in paralyſin &c. à μεταπίπτω recido, relabor, degenero, tranſeo. B. **Verandering van ſiekte.** G. Verânderung der kranckheiten.

METASTASIS, eſt morbi demigratio ab una parte in aliam: quod apoplecticis contingit, cum materia, qua cerebrum eclipſin patitur, ab eo in nervoſum genus excutitur, unde paralyſis, à μετίστημι transſtatuo. Vide *Apoſtema*. B. **Verplaatſing van ſiekte.**

METASYNCRISIS, eſt medicamenti foris applicati operatio, qua ex intimis receſſibus humores evocentur. Vide *Oribaſium* lib. 1. cap. 34. ex μετὰ trans, & συνάγω coagmento.

METATARSUS, ſunt quinque oſſicula, tarſi oſſibus connexa, quæ plantam pedis conſtituunt, ex μετὰ poſt, & τάρσος crates, tarſus. B. **Achter-voet.** G. Der Rieß auff dem Fuß. Gall. *Metatarſe*, *le deſſons du pie*. A. The inſtep.

METHODICA MEDICINA, eſt, cujus Author fuit *Themiſon Laodiceus*, excultor *Theſſalus Trallianus*, qui artem ſex menſium ſpatio addiſci poſſe clamitabat. Hi ſignis & cauſis neglectis ad laxum & ſtrictum in omni morbo reſpiciebant, ex μετὰ cum & ὁδὸς via.

METHODICI, ſunt, qui compendium artis methodo quæſiverunt, ſcil. *laxi*, *ſtricti* & *medii* cancellis omnia comprehendentes.

METHODUS, eſt pars Medicinæ, qua per indicationes auxilia inveniuntur, ut deperdita hominis ſanitas reſtituatur, ex μετὰ cum, & ὁδὸς via. B. **Beleid van geneſinge.** G. Manier zu geneſen. Gall. *Methode*. A. Method.

METOPIUM, vide *Galbanum*.

METOPUM, est frons, sive pars faciei supra oculos, ex μετὰ post, & ὤψ oculus.

METRENCHYTA, est instrumentum quo liquores utero immittuntur, ex μήτρα matrix, uterus, & χέω fundo. B. **Een moeder-trechter.** G. Ein mutter-trechter. Gall. *Metrenchyte.* A. Mothersunnell.

METRETES, est Mensura maxima apud Atticos, capiens choas duodecim sive libras centum & octo. Aliis centum & viginti libras continet, & olei circa centum & quinque.

MEUM seu MEU, Gr. Μῆον & Μῶυ, Arabibus *Mu*, unde fortè nomen, ejus Herbæ folia sunt instar anethi aut fæniculi, ideoque *Fæniculum Porcinum* vocatur, ejus radix in usu est, ingrediturque Theriacæ & Mithridatio, aromatica est; crescit copiosè in sylva Hercinia, aliisque locis montanis, ut & in montibus campestribus & apricis: apud nos non nisi in hortis cultum invenit. Floret Junio ac Julio. B. **Beer-woztel.** G. Beerwurtz / Bär-wurtz / wilder-dill / bärn-dill / barn-fenchel / mutter-wurtz / hertz-wurtz. A. Spignel, meu, wild dil.

MEZERÆUM, seu Chamælæa: est frutex, & Laureolæ species. Estque vox origine barbarica. B. **Berg-peper / zeel-bast / Miserie-boom / kemels-hals / aard-leuw.** G. Zeisant / kellers-halß / Zeidel-bast / Leuß-kraut / Zeel-bast. Gall. *Mezereum.* A. Pepper of the monut, Douch nezereon, spurge olive, widdow-wail.

MIASMA, est inquinamentum contagiosum, quod spiritibus & sanguini (ut in peste & scorbuto) accrescit, à μιαίνω inquino. B. **Besmetsel.** G. Alles was ansiecket. Gall. *Maladie contagieuse.* A. A Contagions infection.

MICLETA, dicitur Medicamentum sanguinem sistens.

MICROCOSMUS, sic homo dicitur quasi parvus mundus & compendium totius, à μικρὸς parvus, & κόσμος mundus. B. **De kleine wereld.** G. Die kleine welt. Gall. *Microcosme.* A. The little world.

MICROPHTHALMUS, est, qui à nativitate parvos & fissos oculos habet, ex μικρὸς parvus, & ὀφθαλμὸς oculus. B. **Een bzaad-barken-oog / klein-oog.** G. Kleine augen. Gall. *Petit oeil.* A. Little eyed.

MIGMA, est mixtio diversorum simplicium, à μίγνυω misceo.

MIGRANA, idem quod *Hemicrania*, sive capitis morbus,

bus, qui modo dextram, modo siniſtram ejus partem occupat, & ad ſuturam uſque protenditur. quæ doloris interſtitium eſt. *Migrana* compoſitum videtur ex ἡμὶ ſemi & κρᾶ caput. Vide *Hemicrania*.

MILIARIS HERPES, vide *Herpes*.

MILITARIS, ſeu STRATIOTES, eſt herba aquis innaſcens, ſic dicitur quod milites vulnerati, eâ ſanguinem effluentem ſiſtunt: idem nomen quoque *Millefolium* obtinuit, vocatur etiam *Aloe paluſtris*, *Sedum aquatile* & *Aizoon paluſtre*. B. Ruiters-kruid / Krabben-klauw. G. Waſſer donderbar / Waſſer bitter. Gall. *Jourbarbe aquatique*. A. Water Houſe-leek.

MILIUM, Gr. Κέγχρος, ſic vocatur à minutis ficuum granis, ſive gigartis numeroſiſſimis, quas Κεγχραμίδας appellant. Fortè nomen illud inditum à Κεγχρὶς avicula, quæ in altis urbium turribus nidificat. Milium itaque derivari volunt à μιλὸν vel μίδη, ſed probabilius eſt dici à ſeminum copia, quaſi milleſimum ferat granum. B. Geerſt / Hirſt. G. Hirz / Hirſchen. Gall. *Miliet*, *Millet*. A. Millet, Hirſe.

MILIUM SOLIS, vide *Lithoſpermon*.

MILLEFOLIUM, dicitur, quod ejus folia in plurima ſegmenta ſunt conſciſſa & diviſa. Gr. Μυριόφυλλον. *Stratiotes* ſive *Militaris* etiam appellatur quod vulnera ferro facta ſanet, atque adeo in militia & caſtris multus ejus uſus ſit. B. Duiſend-blad / Geruwe. G. Garbe / Tauſendblat / Garben-kraut / Schaaf-garbe / Schaafkipp / Jungfern augen / Brauen. Gall. *Mille-feulle*. A. Noſe-blede, Milfoil, Yarrow.

MINA, ſive MNA, patet ex Dioſcoride pondus fuiſſe unciarum ſedecim, ſive drachmarum centum viginti octo. Verum *Atticâ* levior erat Romana, & pendebat drachmas centum, ſive duodecim uncias & ſemiſſem. *Romana* pendebat nonaginta & ſex drachmas, ſive uncias duodecim. *Alexandrina* videtur uncias viginti continere, ſive drachmas centum & ſexaginta, fortè illa differentia oritur à regionibus, in quibus drachmæ differebant. *Mina* ſive *Mna* videtur ſignificare mille. B. Een mine wigts / een pond.

MINERA, eſt terra ſive materia, ex qua mineralia & maximè metallica fiunt, uti ſunt mineræ auri, argenti, cupri, ſtanni &c. B. Mineraal. G. Mineral. Gall. *Mineral*. A. Idem.

MINERALIA, ſunt ea quæ non ſunt Vegetabilia nec animalia: ut *Metalla perfecta* ſex, Aurum, Argentum, ſtannum, cuprum, ferrum, plumbum, & metallis proxima ſeu *Metalla imperfecta*, ut *Antimonium*, cinnabaris nativa, ſulphur, marcaſeta, plumbago, creta, auripigmentum, argentum vivum, boli, & lapidum ſpecies &c. Hiſce accedunt nitrum, ſal gemmæ, ſal marinum, alumen, Vitrioli ſpecies, Borax, ſed illa ſunt ſalia mixta ex alcali & acido compoſita, & mineralium particulis acutis. Succinum quoque addunt, quod tamen alicujus arboris bitumen, ſive reſina eſſe videtur. Item corallum, eſt quoddam vegetabile ſubmarinum. B. **Mynſtoffen / Mineralen.** G. Mineralen. Gall. & A. *Minerals.*

MINYANTHES, ſunt qui Milleſolium exponunt. Si à μύρια mille, & ἄνθος, milleflorſcum denotat. Si à μηύειν prodere, indicare, quod flore ſuo prodat? an à phœniceo colore ſeu purpureo floris: tum derivatio eſto à Minyum?

MIRABILIS PERUVIANA, eſt Solanum odoriferum, ſic dicta, propter admirabilem florum in eadem ſtirpe varietatem.

MIRACH, Arab. vox, idem eſt quod *Epigaſtrium.*

MISCE, ſcribitur plerumque per M ſimplex in fine formularum, & denotat mixtionem duorum vel plurium medicamentorum.

MISERERE MEI, idem quod *Iliaca paſſio*, & *Chordapſus.*

MISTIO, idem quod *Mixtura.*

MISY, eſt minerale, ſive potius chalcitidis efflorescentia, colore aurum imitans, aureiſque ſcintillis, dum frangitur, ſplendens, natum ſuper chalcitim & ex chalciti, non ſecus ac ærugo naſcitur ſuper æs & ex ære.

MITELLA, eſt ſpecies faſciæ ſive linteum, in quo brachium læſum fauciumque ſuſpenditur. B. **Een Arm-band/ Arm-zwachtel / Dwale / daar men de ſeere arm in draagt.**

MITHRIDATIUM, à Rege Mithridate compoſitum, & pro Antidoto habitum ad depellenda è corpore venena, ab antiquis plurimi æſtimatur, verum quia conſtat ex ſimplicibus, quoad effecta, contrariis, nunc temporis non tanti venit: nam ſi *Opium* & pauca calida demerentur, tota compoſitio viribus eſſet orbata. Hujus variæ dantur deſcriptiones. B. **Mithridaat.** Idem G. Gall. & A. Mithridate.

MITRA-

MITRALES VALVULÆ, vide *Episcopales.*

MIVA, est caro sive pulpa mali cydonei saccharo in consistentiam spissam cocta. Vide *Marmelata.*

MIXTURA, MISTURA, MIXTIO, MISTIO, CRAMA, CROMA & CHRAMA, est substantia *Solida* vel *Liquida*, ex variis medicamentis commixta. Mixturæ pro scopi, quem habet Medicus, diversitate variæ admodum sunt: Guttis maximè, vel Cochlearibus, quandoque Haustu usurpandæ, conficiuntur vel ex Liquoribus solis, quales sunt præcipuè Aquæ destillatæ, spiritus, & olea, quovis modo inter se mixtis, sic ut aquæ misceantur aquis, olea Oleis, Aquæ Spiritibus, &c. vel ex iisdem cum Syrupis convenientibus, Pulveribus, Confectionibus, Opiatis, sive Omnia concurrant, sive Unum aut Alterum tantum adsumatur. B. **Een mengsel.** G. Vermischung. Gall. *Mixtion, Mixte, Mixture, Melange.* A. A mixture.

MNA, idem quod *Mina.*

MOCHLIA, est ossium luxatorum restitutio, μόχλος enim vectis est, & μοχλίσκος parva vectis.

MODIUS, Gr. Μόδιος, est mensura continens sedecim sextarios.

MODIOLUS, est *Trepanum*, sive *Anabaptiston*, quo utimur in profundis ossium corruptionibus, contusionibus, fissuris & fracturis: non facile tamen adhibendum, nisi primo ossium prominentiæ & frustula pungant. 2. Cum suprema tabula integra, sed depressa & infima disrupta sit. 3. Cum sanguis extravasatus, corruptione sua, hominem jugularet. *Modus* perforationis hic est, derasis capillis, cutis in formam crucis usque ad pericranium, prudenter musculos temporales & suturas cavendo, est incidenda, & pro hac vice vulnus obligandum, nisi sanguinis profusio tam pauca sit, ut simul etiam pericranium à subjecto cranio diduci possit: deinde post aliquot horas, ægri auribus obturatis, Modiolum masculum sumito, cujus cuspis firmiter in cranio est collocanda, sed tam procul à fissura sive fractura, ne dentibus suis eam, multo minus suturam attingat; quanquam nonnulli suturas non magnopere vitent, & nos certiores reddant, eas tam feliciter, quam alia quævis loca perforasse. Tum modiolum manu sinistra fortiter teneto, eum dextra circumducendo, donec circulum mediocriter profundum incideris, postea fœminam (in

cujus medio nulla cuspis) accipe, & eandem ut ante circumducito: interim scobem auferto & modiolum ad lubricandum & refrigerandum in oleo & aqua tingito & madefac. Sanguis jam apparens, signum est te ad secundam tabulam penetrasse, & tum lenius premendum, ne meninx incautè lædatur, ubi vacillare incipit officulum, vectim inter crepidines inserito, dissolvito, & illud volsella eximito. Gr. Χοινικὸν & Χοινικὶς. B. **Een Been-booz / een Trepaan / Panbooz / Booz-schijf.** G. Ein Bohrerlein. Gall. *Un Trépan.* A. A Borer, or Trepan.

MOGILALOS, est is, qui cum difficultate loquitur, ex μόγις vix, & λαλέω loquor. B. **Swaarbespraakt.**

MOLA, PATELLA, seu ROTULA, est os rotundum & latum, imponitur articulationi femoris & tibiæ, ubi genu, membranoso ligamento cingitur, excepta mola. Gr. Κόγχη, Κόγχος, Μάλη, Ἐπιγναπὶς, Ἐπιμυλὶς Hippoc. Μυλακελὶς Hipponacti. B. **De knie-schijve.** G. Die Kniescheibe. G. *La Rotule, le Jaret.* A. The Kneepan.

MOLA CARNEA, est substantia carnosa quandoque etiam fungosa sine ossibus & visceribus; sæpe instar sanguinis concreti, nigra: & nonnunquam durissima, loco fœtus in utero producta. B. **Een Suiger / vleisige Misdraagt.** G. Monkalb / mutter-gewächs / mutter-kugel / mon-kind / mutterkalb. Gall. *Mole, faul germe, corps molace.* A. A mole or deformed birth.

MOLARES, seu MAXILLARES DENTES, Gr. Μύλοι & Γόμφιοι, vide *Dentes.* B. **Baktanden.** G. Die Backen Zähn. Gall. *Dents masscheliere.* A. The cheek tooth.

MOLLIENTIA, vide *Emollientia.*

MOLLUGO, est Aparines species, ob mollitiem dicta, quod ut Aparine, prætereuntium vestibus non adhæreat. B. **Sagt-kruid.** G. Meyer-kraut.

MOLOPES, *Vibices, Enchymoma, Sugillationes*, idem sunt, dicuntur rubores vibicum instar in febribus malignis, & pestilentialibus producti, Gr. Μώλωψ vibex. Vide *Enchymoma.*

MOLY, Gr. Μῶλυ, est Allii aut cepæ species, dicitur ἀπὸ μὴ τῦ ὄλλω, sive ὄλλυμι, quod *ab interitu conservet*, vel ἀπὸ τῦ μαλύειν τὰς νόσυς, *à mitigandis, sedandisque morbis*, aliud tamen Etymon Ptolomæus Hephæstion adfert. *De Moly deinde herba apud Homerum agit, quam è sanguine interfecti, in Circes insula gigantis, enatam ferunt, habereque candidum*

didum florem. Circes autem in pugna Socium ſolem, etiam gigantem interemiſſe dicitur, *atque inde, quod* Μῶλος *pugnam ſignificet, inditum herbæ nomen.* Vel ἀπὸ τοῦ μαλάσσειν τὰς νόσους, ab amoliendis morbis.

MOLYBDÆNA, ſeu PLUMBAGO, eſt Perſicaria, fortè dicta ob maculas, quibus maculatur, plumbeas, à μόλυβδος plumbum.

MOLYBDÆNA, ſeu PLUMBAGO, duplex DIOSCORIDI eſt: *nativa* & *factitia.* Illa nihil aliud eſſe videtur, quam lapis, ſive plumbi minera, ſeu potius minera Plumbi & Argenti ſimul. Factitia eſt ſpecies lithargyrii, videlicet eſt illud recrementum quod in argenti, aurique purificatione cum plumbo, minerâve plumbi inſtitutâ, fornacis ſolio concretum & peruſtum adhæreſcit.

MOLYNSIS, idem quod *Miaſma.*

MONOCEROS, idem quod *Unicornu.*

MONOCOLUM, eſt *Inteſtinum cæcum.*

MONOHEMERA, ſunt morbi qui uno die curantur, ut *Ephemera* febris, ex μόνη ſola, una, & ἡμέρα dies. B. **Een-daagſe Siekte.** G. Ein Fieber das nur einen tag wäret. Gall. *Maladie d'un jour.* A. A diſeaſe of one days duration.

MONOPAGIA, vide *Monopegia.*

MONOPEGIA, eſt acutus capitis dolor, unum locum occupans, ex μόνος ſolum, & πήγνυω compingo. B. **Een-zijdige Hooft-pijn.** G. Hauptwehe an einer ſeiten des haupts. Gall. *Migraine.* A. An acute fixed pain of the head.

MONS VENERIS, nominatur ſuperior pubis muliebris pars, præ reliquis nonnihil eminentior, & criſpior, quam in Veneris caſtris militaturi omnium primo conſcendere debent. B. **Venus-berg.** G. Venus-berg. Gall. *Montagne de Venus.* A. Mountain of Venus.

MONSTRUM, Gr. Τέρας, nihil aliud eſt quam fœtus, ſive homo perverſe enixus, hoc eſt, capite duplici, pedibus aut manibus deficientibus, vel abundantibus, ita ut perfecto homini ſimilis non ſit. B. **Een Monſter.** G. Eine Wundergeburt. Gall. *Monſtre.* A. Monſter, or de formed birth.

MORA BACCI, vide *Rubus.*

MORA BATI, vide *Rubus.*

MORA VACINIA, vide *Rubus.*

MORA VACCINIA, vide *Rubus.*

MORBILLI, quaſi parvi morbi, ſunt maculæ rubeæ

quæ à contagio aëreo in sanguine contracto excitantur, quæ neque in molem attolluntur, neque suppurantur, à variolis, ut magis & minus tantum differunt, ab Arabibus *Bothor* vocantur. B. **Maſelen.** G. Die maſern / die puepulen / à colore purpureo, Kinds blattern / durchſchlechten / becken. G. *Rougeole.* A. The meaſels.

MORBUS, Gr. Νόσημα, Νόσος, à *Morte* dicitur, unde eſt propinqua diſpoſitio ad eam: etenim quicquid morbi nomine venit, non poteſt non initium eſſe, & velut gradus ad mortem, unde patet differre morbos, juxta majorem vel minorem propinquitatem: diciturque eſſe ejuſmodi corporis conſtitutio, qua actionibus rectè obeundis ſimus inepti: vel, eſt conſtitutio hominis prava, functiones qualeſcunque lædens ſecundum *Sylvium de le Boe.* Morbus eſt duplex, *Pravæ Conformationis* vel *Succorum Incraſſatorum*, vulgo *Intemperiei:* prava *Conformatio*, eſt ſextuplex; conſiſtit enim in Numero, Magnitudine, Figura, Cavitate, Superficie & Situ. *Intemperies* ſive ſuccorum inſpiſſatio eſt venenata ſive contagioſa & peſtilens; vel Benigna, & ſunt morbi vulgares, ut per Idiopathiam, Protopathiam, Deuteropathiam & Sympathiam. Item morbus eſt Simplex, Compoſitus, Multus, Complicatus, Connexus, Disjunctus, Magnus, Parvus, Benignus, Malignus, Brevis, Acutus, Longus, Continuus, Intermittens, Salutaris, Dubius, Lethalis, Sanabilis, Inſanabilis, Exquiſitus, Spurius, Hæreditarius, Nativus, Adſcititius, Sanguineus, Bilarius, Pituitoſus, Melancholicus, Vernus, Æſtivus, Autumnalis, Hybernus, Pandemius, Epidemius, Sporadicus. B. **Siekte / Kranckte.** G. Kranckheit / eine Seuche. Gall. *Maladie.* A. A Maladie, Sickneſſe, diſeaſe.

MORBUS GALLICUS, vide *Lues Venerea.*

MORBUS HISPANICUS, vide *Lues Venerea.*

MORBUS INDICUS, idem quod *Lues Venerea.*

MORBUS REGIUS, idem quod *Ictterus.*

MORETUS, mulierculis noſtris uſitatiſſimum potionis genus aromaticum eſt, quod parari faciunt, ubi præſumtio imprægnationis adeſt, perſuaſum nimirum ſibi habent, falſam imprægnationem eo exturbari, veram corroborari. Moretum dicitur, à Moris ſeu Diamoro ingrediente. B. **Een Moerbeſie dzanck.** G. Ein Maulbeeren tranck / ein iedes gemengtes eſſen. Gall. *Potion de Meure.* A. A Mulberry drink.

MO-

MORIA, *Stupiditas*, *Fatuitas*, *Stultitia*, *Soliditas &c* est judicii & intellectus defectus; oritur præcipuè ab imaginationis & memoriæ deliquiis, à μωραίνω stultè ago. B. **Kranksinnigheyt.** G. Torheit. Gall. *Sottise.* A. Stupidity.

MOROSIS, idem quod *Moria.*

MORPHÆA, idem quod *Alphus.*

MORSELLI, idem quod *Morsuli.*

MORSULI, seu MORSELLI, TABULÆ, medicamenta sunt quadrata figura ut plurimum, parata ex pulveribus, & similibus saccharo soluto exceptis, superque tabulam ligneam, lapideam, cupreamve effusis, ut consolidentur. B. **Koeltjes.** G. Zeitlein / Morsell. Gall. *Tablette.* A. Morsels or tablets.

MORSUS CANIS RABIDI, idem quod *Cynanthropia.*

MORSUS DIABOLI, idem quod *Ornamentum Foliaceum.*

MORSUS DIABOLI seu SUCCISA, vulgus superstitione quadam motum credit cacodœmona, tantæ efficaciæ radicem invidere hominibus, atque hac ratione ubi succreverit, statim eam undiquaque circumrodere. B. **Duivels beet.** G. Teuffels abbiß. Gall. *Mors du Diable.* A. Divils bit.

MORSUS GALLINÆ, est Alsines species, sic dicta quod gallinis gratum pabulum subministret. B. **Hoenderbeet.** G. Hüner-biß. Gall. *Mors gelin.* A. Chickweed. Henbit.

MORSUS RANÆ, est Nymphææ minoris species: sic appellatur, quod Ranæ ejus morsu gaudeant. B. **Vorschenbeet.** G. Frosch-biß. Gall. *Mors de grenouille.* A. Frogbit.

MORTARIOLA, seu CAVERNÆ, Loculamenta sunt quibus singuli dentes sunt infixi. Βόθρια *Galeno*, Ὀλμίσκοι *Poll. Rufo.* B. **Tanden hollen.** G. Die hölen der Zähnen. Gall. *Caverne de dents.* A. Caverns of the Teeths.

MORTARIUM, est vas ex marmore, ære, ferro, ligno, vel vitro confectum, in quo pistillo ligneo, vitreo, ferreo, æreo, vel lapideo res quædam contunduntur. B. **Een Mortier / Vysel.** G. Ein mörsel. Gall. *Un Mortier.* A. A morter.

MORTIFICATIO, idem quod *Sphacelus.*

MORUM, idem quod *Pladarosis*, vel *Thymus*.

MORUS, MORUM, an à morando? proinde cùm hanc germinare viderimus, frigus minimè timendum sit. Sunt qui à Græco hoc nomen derivent, Μαυρὸν enim nigrum denotat: quod ejus fructus ob saturum colorem rubicundum, nigri appareant. Gr. Μορέα, Συκαμινέα, & Μόρον. B. Moerbesien-boom. G. Maul-beer baum. Gall. *Mourier*. A. Mulberry tree.

MOSCHATA NUX & MUSCATA, duplex habetur, *Oblonga* nempe, quæ & *Mas* dicitur; alia est *Rotunda*, quæ *Fœmina*, differentiæ gratia, appellatur. Nascitur arbor in Insula *Banda* Indiæ Orientalis: proceritatem habet arboris pyri: folia persicæ malo haud absimilia, vel ut verius dicam, breviora, & magis subrotunda, imo & latiora sunt. Fructus appositè malum persicum refert: cujus cortex externe per maturitatem instar juglandis non tantum dehiscit, sed ab incolis quoque vescitur. Hac remota, sequitur *Macis*, constans ex variis subrubicundis foliolis: hæc item duram corticem investiunt, quæ ipsam nucem Moschatam inclusam servat. Integram unam cum cortice exteriore servo. Dicitur & *Nux Aromatica*, *Moschocaryon*, *Moschocarydion*, *Nux Myristica*, seu *Unguentaria*. B. Muscaat Noot. G. Muscat-nüß. Gall. *Noix Muscade*. A. Nutmeg.

MOSCHELÆUM, est compositio ex moscho & oleo.

MOSCHUS, quidam esse saniem ex tumore circa umbilicum alicujus animalis promanantem volunt: alii testiculos ejusdem, alii aliud quid censent. Moschifera caprea, capreæ minoris species est, dentibus duobus versus inferiora prominens, quadrupes, ungulis bisectis, sine cauda. Pilorum colore variegatus ex luteo castaninus, & maculis quasi superbit: in abdomine cinerei, in capite ex albo & cinereo castanei, sunt & longissimi. Cæterum in abdomine non longè à posterioribus pedibus, eminentia quædam est, rotunda & dura, ovi gallinacei mediocris magnitudine, pilis albis, iisque non flexuosis, sed rectis, & ad folliculi fastigium porrectis obsita. Circa cujus partem inferiorem unica utrinque caruncula apparet, qualis etiam, licet paulo major, non longe ab istis in sinistro conspicitur latere. Ea autem eminentia, sive tumor nihil aliud est, nisi folliculus quidam in quo moschus, saniei instar, colligitur. Est & alia species sed longe vilior. Colligunt enim hujus animalis sanguinem, quem quieti aliquandiu exponunt, deinde se-

rum

rum ſupernatans decantant : animali mortuo cutim detrahunt, & exenterant; reliquum minutim conſcindunt, cumque ſanguine miſcent, hancque maſſam pelli ejuſdem animalis includunt, terræ committunt, & per aliquot dies urina perfundunt, donec materies putrefacta ſit ; hanc mumiam exiccatam pro Moſcho venditant. Nonnulli inteſtina una cum fæcibus adjiciunt. Venit ex India orientali de Tonquin non procul à China. B. Muſkus. G. Biſem. G. *Muſc.* A. Moſch.

MOTOS, eſt linteum carptum, quod ulceribus inditur, quo etiam ſanguinis fluxus ſiſtitur, vulgo *Carpi*, B. Pluksel/ à μοτὸς linteamentum vulneribus indo.

MOTUS CONVULSIVUS, eſt convulſio, quæ alternatim fit inter muſculos, vel fibras antagoniſtas ſive oppoſitas. Hic vero motus convulſivus multa complectitur, & in multis morbis tragædiam ſuam exhibet, vulgo quidem cum vix intuentur, niſi in una illa ſpecie, quam vocant *Epilepſiam*, quæ fermè univerſalis eſt, ſed altera quædam particularis occurrit, cum in his vel illis muſculis, cum maximè in fibris motricibus, quæ longe, longeque frequentior eſt. B. Stuiptrekkinge. G. Das Gliederſpannen. Gall. *Les motions convulſive.* A. The convulſive motions or fits.

MOTUS PERISTALTICUS, vide *Periſtalticus motus.*

MOXA, venit ex China & Japan. Lanugo quædam eſt ab inferiore parte Artemiſiæ foliis accreſcens, quæ ſcalpello abraditur, & poſtea caro pretio venum exponitur. Inſervit uſtioni, eodem modo ut in Ægypto goſſypium, & olim Hippocratis tempore fungi ſeu Moxas, ſimilem, ſed magis fuſcam lanuginem ex America allatam, vidi.

MUCCUS, idem quod *Mucus.*

MUCAGO, MUCILAGO & MUCUS, eſt extractio viſcida mediante aquâ ex ſeminibus, gummi, radicibus &c. facta. B. Slijm. G. Sleim. Gall. *Mucilagie*, *Limon.* A. Slime.

MUCARUM, idem quod *Mucharum.*

MUCHARUM ſive MUCARUM, vocabulum eſt Barbarum, quo nonnulli infuſionem roſarum per ſe, alii infuſionem cum ſaccharo in ſyrupum coctam intelligunt, fortè illud *Mucharum* ſignificabit ſaccharum.

MUCILAGO, idem quod *Mucago.*

MUCRO CORDIS ſive APEX, eſt inferior pars cordis cuſpidata. B. De punt van't hert. G. Die ſpitſe des

Hertz. Gall. *La pointe du cœur.* A. The point of the heart.

MUCRO, eſt acumen in quod pars quæcunque definit. Sic foliorum multorum, ſiliquarum quarundam, & ſpinarum omnium extrema in mucronem acuminantur.

MUCRONATA CARTILAGO, vide *Enſiformis Cartilago.*

MUCRONATUM OS, vide *Enſiformis Cartilago.*

MUCUS, Gr. Μύξα, Βλέννα, Κόρυζα, eſt excrementum liquidum, craſſum & viſcidum, quod ad nares & palatum defluit. B. **Snot.** G. Butzen / der Unflat / ſo durch die Naſen gehet / Rotz. Gall. *Morue, Morueau.* A. Snevil or ſnot.

MUCUS INTESTINORUM, eſt quædam viſciditas, ex glandulis exſudans, ne inteſtina facile ab acribus aut duris ingeſtis lædantur. B. **Darm-ſlijm.** G. Sleim der Darmen. Gall. *Limon d'Inteſtins.* A. The Slime of the Guts.

MULIEBRIA, vide *Cunnus.*

MULOMEDICINA, idem quod *Veterinaria.*

MULSUM, idem quod *Hydromel.*

MUMIA, ejus habentur quatuor ſpecies, *Arabum* nempe, quæ eſt liquamen ſeu liquor concretus exudans in ſepulchro è cadaveribus Aloë, Myrrhâ, Balſamoque conditis. Altera *Ægyptiorum* eſt, ſive liquamen ex cadaveribus piſſaphalto conditis. Nimirum, hoc condiebantur cadavera & vilioris ſortis adeoque & ipſamet cadavera nonnunquam eo modo condita proſtant. Tertia, *Piſſaphaltum factitium*, id eſt mixtum pici bitumen, quod pro *Mumia* venditant. Quarta, cadaver ſub arena ſolis æſtu torrefactum. Fitque in Hammoniorum regione, quæ eſt inter Cyrenarum regionem & Alexandriam, ubi arenarum Syrtes ventorum turbine ſublatæ incautos viatores obruunt, unde horum cadavera à flagrante ſolis æſtu torrentur & exareſcunt. Omnium præſtat prior ſpecies.

MUNDATIO, ſive PURIFICATIO, eſt, quando medicamenta à pulvere, corticibus, aliiſque immundis purgantur. B. **Suiveringe.** G. Sauberkeit / reinigkeit. Gall. *Mundation.* A. Purifying.

MUNDIFICATIVUM, eſt tale medicamentum quo ulcera ſordibus purgantur. B. **Suiverende dingen.**

MURALIS HERBA, idem quod *Parietaria.*

MUSCÆ CAPUT, idem quod *Myocephalum.*

Mu-

MUSCARI, est Hyacinthi botryoides species: sic appellatur quod ejus flores Moschum oleant.

MUSCARIA, in vegetabilibus sunt in orbem radiatæ herbarum comæ, cacuminaque in fasces coacta, à flabri similitudine, cujus ventilatu muscæ conviviis abiguntur, dicta.

MUSCIPULA, est species floris Armerii, seu *Viscaria*, eò dicitur, quod caules ejus visciditate obducuntur, qua de causa muscæ advolantes visco illo capiantur. B. Vliegenet / Reilkens.

MUSCULUS, est pars Organica, duobus tendinibus & fibroso seu carnoso ventre instructa, cujus officium est membra appensa movere. Motio illa seu contractio fit, quando à cerebro, per nervos ad tendines spiritus animales fluunt, qui propter instinctus è tendinibus versus medium musculi alicujus ventrem proritantur, ipsumque versus medium contrahunt, iterumque actione absoluta, versus tendines recedunt. Veteres musculi corpus in caput, ventrem & caudam diviserunt, accipientes pro capite, musculi extremitatem parti, ad quam fit contractio, connexam; pro cauda, musculi finem seu portionem, parti movendæ insertam, pro ventre denique partem musculi intermediam, quæ carnium mole tumidior conspicitur; deinde pro motu obeundo, supponebant musculum, circa caput & ventrem intumescere, & deinde quoad longitudinem decurtatam, partem appensam sibi propius attrahere, sed quo ritu id fiebat, magnum apud illos silentium est. Musculi sunt vel cavitatibus vel artibus destinati, qui omnes à figuris, locis & actionibus variis diversimodo denominantur. Gr. Μυς. B. Een spier / de muis / musckel. G. Die Fleischmäuß oder mauß. Gall. *Muscles*. A. A muscle.

MUSCULOSA EXPANSIO, vide *Myodes platysma*.

MUSCUS, Gr. Βρύον, & Μυιον: quibusdam Σωλάγχνον & Σφάγνος, Υπνον, Δορκαδία Βοτάνη. Arab. *Usnea*, estque arborum, lapidum &c. efflorescentia: fortè à mucore appellatur, quod instar mucoris efflorescat. B. Mosch. G. Moß. Gall. *Mousse*. A. Mosl.

MUSCUS, est excrementum herbaceum instar lanuginis corticibus arborum, vel ossibus aëri expositis terræque adnascens. Dicitur & Usnea: interdum tamen certis plantis attribuitur. B. Mos. G. Moß. Gall. *Mousse*. A. Moss.

Mu-

MUSTELLANCI, vide *Galiancones*.

MUTUS, vide *Aphonia*.

MYACANTHA, seu RUSCUS, aut BRUSCUS, sic appellatur, quod ejus folia rei conservandæ appendantur, ne mures ob acutas spinas, eam lædant, ex μῦς mus, & ἄκανθα spina. Vide *Ruscum*.

MYAGRUM & MYAGRIUM, nomen accepit, quod insidentes, vel prætervolantes muscas glutino suo implicet, & retineat, nec non captet, à Μυῖα musca, & ἀγρεύω, capio.

MYCETÆ, MYCETES, sunt fungi: Μύκης Gr. Μύκητες vocarunt, ab ensis capulo, vel summo vertice vaginam occludente: μύκη ensis Theca, Gladii Capitulum, à μύω claudo.

MYCTERES, sunt nares, sive humorum pituitosorum receptacula. B. **Snot-ontfangers.** G. Die butzen empfangers / die nasen löcher. Gall. *Receptacle de morue.* A. The receptacles of pituitous humors.

MYDESIS, est corruptio sive putredo, ex nimio madore, à μυδάω nimio humore & uligine vitior.

MYDRIASIS, est nimia pupillæ dilatatio, & diffusio visui hebetudinem adferens, ex ἀμυδρὸς obtusè, & ὄψις videre. B. **Een stomp gesicht.** G. Blöd gesicht. Gall. *Voüe hebeté.* A. Dim sight.

MYELOS, idem quod *Medulla ossium*, vel *Cerebri* vel *Medullæ spinalis*.

MYLE, idem quod *Mola genu*.

MYLOGLOSSUM, est par musculorum quod circa dentium molarium postrema oritur, & ligamento linguæ inseritur, linguamque sursum convertere perhibetur, ex μύλη mola sive dens molaris, & γλῶσσα lingua. B. **De kauwtandens tonge-spier.** G. Der Backen zähnen-zung mauß. Gall. & A. *Mulogloſſe.*

MYLPHÆ, sunt palpebrarum defluvia: item medicamenta adversus capillorum defluvia.

MYOCEPHALUM, est inchoatus uveæ tunicæ prolapsus, muscæ capiti similis, ex μυῖα musca, & κεφαλὴ caput. B. **Een Muggekops-oog.**

MYODES PLATYSMA, est musculosa expansio lata in collo, ibi à carnoso panniculo orta, ex μῦς musculus, εἶδος forma, & πλατὺς latus.

MYOLOGIA, est musculorum enarratio seu descriptio, ex μῦς musculus, & λέγω narro.

MYO-

MYOPIA, eſt quædam viſus in rebus diſtantibus cernendis obſcuritas, ſed tamen in propinquis perſpicacia, ex μῦς mus, quia murium viſum referunt, & ὤψ oculus. B. Byziende / ſtiki-ziende. G. Ein ſtumpff geſicht / der nicht in die länge oder ferne ſehen kan. Gall. *Myopie*, *la Veue courte*.. A Pur blind.

MYOPIASIS, idem quod *Myopia*.

MYOPS, eſt qui *Myopia* laborat; oritur ex eo quod radii ſolares nimiâ copiâ intus ſubeuntes, objectum percipiendum confusè cerebro repræſentant. Medemur myopiæ vitris concavis, ex μῦς mus, & ὤψ oculus. Vide *Myopia*.

MYOSOTIS, id eſt muris auricula, dicitur ſic ob foliorum formam, ex μῦς mus, & οὖς auris.

MYRACH, Arabica vox eſt, & idem ſonat quod *Epigaſtrium*.

MYRACOPUM, eſt Unguentum laſſitudinem auferens, ex μύρον unguentum, & κόπος labor.

MYRICA, eſt arbuſcula, dicitur ἀπὸ τοῦ μύρεσθαι à lugendo: ſed quid impedit quod dicamus à contrario, quod Melancholicis proſit, triſtitiamque & luctum omnem, quæ Melancholiam comitari ſolent, pellat? vulgo *Tamariſcus* vocatur, & *Tamarie*. Gall. *Bruyere*.

MYRIOPHYLLUM, eſt *Milleſolium*, ex μυρία numerus infinitus, & φύλλον folium.

MYRISTICA NUX, idem quod *Moſchata Nux*.

MYROBALANI, propriè ſignificant glandes unguentarias, ideoque procul omni dubio Veteres Medici aliud quid ſub hoc nomine intellexerunt: componitur enim vox ex μύρον unguentum, & βάλανος glans. Qui nobis in uſu ſunt, prunis exoticis annumerari debent, Veteribus græcis incogniti, ab Arabibus primum inventi, ſuntque *Chebuli*, *Citrini*, *Bellerici*, *Indi*, *Emblici*. *Chebuli* omnium maximi ſunt, oblongi, intus nucleum continentes; externè colore fuſco. Vocantur *Quebulia* & *Quebuli*, *Cepula*, *Chepule*, *Chebulæ*, maximi, oblongi, anguloſi. *Citrini*, externè ſunt colore citrino, & teretes, oblongi & ventricoſi, dicuntur lutei, flavi, citrei, Gr. Ξάνθοι Arab. *Delegi azfar*, intus nucleum habent. Ipſius arbor folia inſtar Amygdali habet. *Bellerici* etiam oblongi ſunt, cucurbitam referentes, ejus arbor folia habet inſtar lauri. Vocantur *Belleregi*, *Bellilegi*, *Bellegu*. *Indi*, ſunt oblongi & nigri, prioribus minores; folia habent inſtar Amygdali; vel ut alii volunt ſalicis. Fructus ſunt octan-

octangulares. *Emblici* rotundi quidem sunt, sed semper ferè in frusta fissi. Folia habent tenuia, in modum fere salicis. Appellantur *Emblegi*, *Imblegi*, *Ambegi*, *de Seni*. Omnes illæ species pruni sunt, & inter eas censeri debent, quamvis foliis, regione & fructuum figura ab invicem differant: omnes quoque purgant & astringunt, ferè uti Rhabarbarum.

MYRINX, idem quod *Tympanum*.

MYRMECIA, est verrucarum species, sunt thymo duriora, humilioraque, quæ radices altius agunt, majoremque dolorem movent, infra lata, supra autem tenuia, minus autem sanguinis mittunt: magnitudine vix unquam lupini modum excedunt. Nascuntur in palmis aut in inferioribus partibus pedum, à μύρμηξ formica. G. Meyte-wartz.

MYRON, idem quod *Unguentum*.

MYROPOLA, est Unguentarius qui unguenta vendit, ex μύρον unguentum, & πωλέω vendo. B. Een Salf-verkooper. G. Ein Salb-verkauffer. Gall. *Vendeur d'onguents*. A. A Salve seller.

MYRRHA, cujus arboris sit gummi adhuc incertum est. Est tamen Resina Gummea (concretus gummi resinosus succus) cujusdam arboris exoticæ, quæ, cortice vulnerato, Myrrham profundit, partim in subjectas tegetes destillantem, partim circa caudicem concrescentem. Plurima affertur ex Arabia, tum etiam ex Regione Alexim, quæ Æthiopia est. Debet esse friabilis, levis, undiquaque concolor, minutis glebis, amara, acris, odorata & quæ confracta, venas unguium modo candidas & leves ostendit. Antefertur *Trogloditica*, colore pallescens, seu subviridis, splendens ac mordax. Inutilis est ponderosa, & coloris picei seu nigra. Gr. Σμύρνα. B. Myrrhe. G. Myrrhen. Gall. & A. *Myrrhe*.

MYRRHIS, sive CICUTARIA, sic dicta, quod cicutæ similis sit; an nomen à Myrrhâ, propter odorem, qui tamen non convenit, habeat, non auderem affirmare: an à μύρον unguentum suave olens. B. Wilde kerbel. G. Wilder-kerfvel. Gall. *Cicutaire*, *Persil d'Asne*. A. Hemlock.

MYRRHIS, sive cicutaria, sic dicta quod cicutæ sit similis, an nomen habet à Myrrha, propter odorem?

MYRTUM, est caruncula in muliebri pudendo, circa rimam, à corrugatione vaginæ excitata.

My-

MYRTUS & MURTUS, Gr. Μυρσίνη & Μυρρίνη, à Myrsine Athenienſi puellâ, pulchritudine & robore inſigni: amica Palladi, in quam, occiſa, converſa fuit: at quibuſdam ſic dicta, propter æmulam Myrrhæ quandam odoris gratiam, quæ in baccis recentibus obſervatur. B. Myrten-boom. G. Myrten-baum. Gall. *Meurte.* A. Myrtle tree.

MYSTAX, eſt labium ſuperius, ejuſque pili in lateribus excreſcentes, à μασάομαι mando. B. De knevels. G: Der Knebelbart. Gall. *La Mouſtache.* A. Muſchadoes or whiskers on the upperlip.

MYSTRUM MAGNUM, eſt Antiquorum menſura continens tres uncias, & octo ſcrupulos vini, & olei tres uncias.

MYSTRUM PARVUM, eſt Menſura Antiquorum continens viginti Scrupulos vini, vel ſex drachmas olei.

MYURUS, eſt pulſus decurtatus aut mutilus, ſenſim decreſcens, vel accreſcens, inſtar caudæ muris, ex μῦς mus, vel μίερς, pars diviſa, & οὐρὰ cauda.

MYXA, eſt mucus ſive humor pituitoſus, ex proceſſibus papillaribus ad nares deſcendens. B. Snot. G. Rotz/ butzen. Gall. *Morue*, *Morueau.* A. Snevel.

N.

NO. Deſignat apud Medicos numerum, ex gr. ℞ jujubarum No. VI. hoc eſt *Numero ſex.*

NÆVI, ſunt quædam maculæ nativæ, eæque duplices, protuberantes & planæ, quæ ſunt figurâ variâ & colore diverſimodo. Hi gravidis ex imaginatione falſa, ebrietate, ecſtaſi &c. eveniunt. B. Moeder-vlekken. G. Ein Angebohren Maal am Leib / Flecken. Gall. *Tache*, *Macule* & *Marque de mere.* A. A Mole, marcke in nativitie.

NAKIR, deſcribitur à *Schenkio*, quod ſit flatus furioſus, qui tranſit ab uno membro in aliud, cum dolore. B. Vocari poteſt Een vliegende wind. G. Fliegende wind. Gall. *Vend voland.* A. Flying winde.

NAPELLUS, eſt diminutivum à napus, ſic dictus, quod

quod Napellus radicem habeat quodammodo tuberosam. B. **Wolfs-wortel / Munts-kapjes.** G. Eisen-hutlein / Wolfs-wurtz / Kappen-blumen / Narren-kappen / Teuffels-wurtz. Gall. *Napel.* A. Wolf-bane.

NAPHTHA, est colamen bituminis Babylonii, consistentia liquidum, ignis rapacissimum.

NAPTA, idem quod *Natta.*

NAPUS, est Raparum species: & eadem vox est cum Rapus, vel venit à Νάπυ seu sinapi: dicitur etiam *Bunias.* B. **Stek-raap / Parysche-raap.** G. Steckrüben. Gall. *Naveau, Navette.* A. Navew, Long rapes, Turneps, Wild navaw.

NAPY, vide *Sinapi.*

NARCISSUS, nomen illud derivare student à Narcisso adolescente in florem sui nominis converso, vel quia torporem (qui Gr. νάρκη est) nervis incutiat, gravedinemque torpidam, ideirco Sophocles ipsum vetus magnorum Deorum coronamentum appellavit. B. **Tyloos / Paas-lely.** G. Narciß / Zeit-loß / Hornungs-blum. Gall. *Narcisse.* A. Daffadil.

NARCOSIS, est stuporis inductio, ut fit in paralysi; vel ex ὄπιο, aliisque stuporem inducentibus, à ναρκόω stuporem induco. B. **Een verdoovinge.** G. Unempffindligkeit. Gall. *Narcotique.* A. Stupiditie.

NARCOTICA, sunt medicamenta, quæ stuporem inducunt, & dolorem sistunt, à ναρκόω concilio: Lat. *Torpor, Stupor* & Hebetudo sensus motusque, Gr. Νάρκη, Νάρκημα Νάρκωσις. B. **Verdoovende middelen.** G. Artzneyen / welche schlaff bringen / und unempffindlich machen.

NARDUS, Gr. etiam Νάρδος, à Nardo urbe syriaca, Euphrati contermina nomen accepisse, multorum est opinio. Aliis Ναρδοστάχυς, quam inter aromata Dioscorides recensuit.

NARDUS CELTICA, vide *Spica Celtica.*

NARDUS INDICA, sive SPICA INDICA, in Java magna quantitate crescit, ejusdem in culina apud Javanos usus est, qui calami aromatici, ac junci odorati. Putant ex locis circa Gangem & Syriam quoque adferri. Crescit ferè ut cæpa aut allium, cujus inferior pars fibrosa est, exinde, tanquam basi aliquot bulbi sive spicæ se erigunt, anne hæ infra terram lateant, uti videtur, an supra promineant, mihi adhuc incertum est. Singulæ spicæ sunt quasi fibrillæ

sibi invicem connexæ, castanei coloris, odoris Cyperi: saporem habet nonnihil amaricantem, & aromaticum. B. Spiknard van Indien. G. Indianisch Spicanarden. Gall. *Spic* vel *Nard Indique*. A. Indian Spickenard.

NARES, Gr. Μυκτῆρες, sunt partes concavæ nasi utrimque positæ, quæ meatum præbent spiritibus & odoribus, & exitum concedunt excrementis mucosis. B. Neus-gaten. G. Die Nasen-löcher. Gall. *Narines*. A. The Nostrils.

NASA, idem quod *Natta*.

NASALIA, idem quod *Errhina*.

NASCALIA, sunt globuli, ex eadem substantiâ quâ pessaria formantur, qui matricis cervici immittuntur. Distinguuntur à *Pesso* & *Pessario*, quod *Nascale* sit penicillus in nodi effigiem mollissimus, ex cotonis vel lanæ flocculo &c. qui exsuccatur vel succo idoneo vel unguento convenienti. B. Moeder-setsel.

NASTURTIUM, fortè à nascendo, quod cito crescat. Alii autem appellari volunt à naribus torquendis, quod odore & seminis acrimoniâ sternutamenta provocet. Gr. Κάρδαμον. Vide *Cardamon*. B. Kersse. G. Kresse. Gall. *Cresson*. A. Cresse.

NASUS, est media faciei prominentia; estque externus vel internus. Intus constat ex duabus cavitatibus, nares dictæ, ossibus, cartilaginibus. *Externus*, habet partem superiorem immobilem & continet radicem, dorsum, spinam: & inferiorem magis mobilem; dividiturque in *Globulos*, *Alas* & *Pinnas* &c. Estque odoratus instrumentum. *Nasus* pro diversa conformatione varia accepit nomina, dicitur parvus, simus, aquilinus, acutus, magnus &c. Gr. Ῥὶς & Ῥὶν. B. De neus. G. Die nase. Gall. *Le nez*. A. The Nose.

NATA, idem quod *Natta*.

NATES, est infimi ventris posterior & inferior pars maximè carnosa, qua sedemus. Gr. Γλουτοὶ. B. Billen/ Aars-billen. G. Die Arßbacken. Gall. *Les fesses*. A. The Hippes, vel Buttockes.

NATES CEREBRI, sunt duæ prominentiæ orbiculares, post nervorum opticorum Thalamos, quæ superiori caudicis medullaris parti accrescunt, in homine minores sunt in brutis vero Majores. Gr. Γλουτοὶ. B. De Billen. G.

Des Hirns arßbacken. Gall. *Les fesses de cerveaux.* A. The Buttocks of the braine.

NATTA, est tumor magnus & mollis, sine dolore & colore, in dorso præcipuè excrescens, quandoque tamen in humero & aliis partibus erumpens, ex tenui quidem radice pendens, ita tamen incrementum sumens, ut aliquot libras pendeat & Melonis vel Cucurbitæ quantitatem æquet, ejus materia est adiposa, ideoque ad steatomata referri debet. B. **Een Spek-apostem / Wenne.** G. Ein Speckgeschwulst. Gall. *Steatome.* A. Idem.

NATURA, apud Physicos & Medicos sumitur pro Dei Omnipotentis Auxiliatrice, verum quia Deus tali minimè indiget, etiam non datur. Vox est Ethnicæ alicujus Deæ, cui attribuebant, quod ejus ope omnia proveniebant, ideoque Φύσις Gr. dicta à φύω cresco, nascor; & à nascendo dicta Natura, quia habebatur pro omnium rerum Matre. Figmentum gentilitium ergo est, & Christiano homine indignum: nos non habemus naturam, constamus ex corpore, succis, spiritu & anima; & dependimus ab unico Deo. Familiarissima Philosophis & Medicis vox est, cujus ope, quæ ignorant, explicare volunt: asylum est eorum ignorantiæ, ad quam semper confugiunt. Veriores Medici & Philosophi hac voce, tanquam inutili, non amplius utuntur, imo in meis scriptis non reperietur, quia memet ipsum clarius explicare possum. Vulgo sumitur pro nascendi vi, ideoque partes genitales utriusque sexus appellarunt *Naturam.* Sic & indolem & temperamentum alicujus animalis, aut morbi & sanitatis constitutionem, aut aversionem alicujus, aut appetentiam, Naturam esse dixerunt. B. dicitur **Natuur.** G. Die natur. Gall. & A. *Nature.*

NATURALES FACULTATES, quia nulla datur *Natura*, ut superius dictum, nam substantia non est nec qualitas, ergo non dantur ejusmodi *Naturales facultates* aut *Operationes.* Describitur vulgo à *Naturæ* sequacibus, quod sit actio à cerebello maximè deveniens, qua corpus nobis insciis per spiritus animales & sanguinem temperatum, nutritur, augetur & conservatur; unde etiam excretiones, coctiones & generationes dependent. B. **De natuurlyke werkinge.** G. Die naturliche wirckung. Gall. *Naturelle faculté.* A. The natural faculties.

NAVICULARE OS, dicitur & Σκαφοειδὲς & *Cymbiforme*,

me, est tertium os tarsi in utroque pede. B. **Het scheepbeentjen.** G. Das schiff gleiche beinlein. Gall. *Os naviculaire.* A. Ship bone.

NAUSEA, Gr. Ναυσία, est Fastidii species & ad vomitum conatus, qui aut subsequitur aut non, labiis inferioribus tremore actis, & plerumque humore ex ore fluente. Est etiam nausea non infrequens, quæ à vomitu peracto aliquandiu remanet. Nausea insuper secum trahit Fastidium cibi, potus & medicamentorum, quæ tanta est sæpe, ut nequidem deglutitio fieri possit. Tandem ut Vomitus sic Nausea cum multis morbis complicatur, & iis evenit sæpius, qui in mari aut aquis agitatis à vento peregrinantur. Sumitur & pro *Anorexia*, sive omni ciborum fastidio & aversatione. B. **Walging.** G. Das grauen / der eckel / das wurgen. Gall. *Degoust.* A. Loathing, a list to vomit.

NECROSIS, est sugillatio alicujus partis, à Νεκρόω *morte Afficio.*

NECTAR, est potus Deorum, ut *Ambrosia* cibus. Medicis autem dicitur potus medicamentosus, colore tamen gustu & odoratu gratissimus. B. **Gode dranck.**

NEFRENS, id est, dentibus carens sive in infantia, sive in senectute. Sic dicuntur quia duriora dentibus frangere non possunt. B. **Tandeloos.** G. Zahnloß. Gall. *Edenté.* A. Toothless.

NEMOMENA, vide *Nomas.*

NENUPHAR, est *Nymphæa*, seu *Nenufar:* est vox barbarica. Vide *Nymphæa.*

NEOGALA, est lac recens, ex Νεος novum, recens, & γάλα lac.

NEPENTHES, est Laudanum opiatum, medicamentum vere laudatum. *Theodorus Zwingerus* vir summus & insignis Medicus, primum illud ita appellari censuit. *Nepenthes*, quod Latinè dicitur quasi nullus luctus ob summos & admirabiles quos exerit effectus laudani nomen ei aptissimè & summo jure competit. *Nepenthes* remedium *Helenæ* fuisse dicitur, quo omnes è corde languores & ægritudines sustulerit, & hilaritatem lætitiamque induxerit. Legitur apud *Homerum* Od. δ. φάρμακον νηπενθὲς remedium tristiam animô eximens: dicitur autem à νὴ priv. & πένθος luctus.

NEPETA, vulgo *Cattaria*, aliis *Calamintha:* est Herba cujus Etymologiam deducere quidam conantur à napus,

ex νὲ non, & ποῦς, pes, quasi pedibus carens, sed non convenit cum re. Fortè *Nepeta* derivatur à Belgico idiomate *Nepte* seu *Nipte*, ut *Cattaria* à *Katte-kruid*. B. Katte-kruid / Nepte / Nip. G. Katzen-kraut / Katzen-nept / Katzen-muntz. Gall. *Herbe du Chat*. A. Nip, Nep, Catmints.

NEPHELÆ, sunt tenues oculorum albedines. Item nubeculæ medio urinæ innatantes, dicuntur etiam maculæ albæ, quæ in unguium superficie nubecularum speciem repræsentant. Gr. Νεφέλη & Νέφος nubes, nebula. B Een wolk. G. Eine wolcken. Gall. *Nue*, & *Nuée*. A. Cloude.

NEPHRITICA, sunt medicamenta, renum morbos auferentia, à νεφρὸς ren.

NEPHRITICUM LIGNUM, dicitur & *Santalum Cæruleum*; crescit in Nova Hispania; crassum est & enode; reddit aquam infusione cæruleam. Utimur hoc in in affectibus nephriticis. B. Nier-hout. G. Grieß-holtz. Gall. *Bois nephretique*. A. Nephritick-wood.

NEPHRITICUS, est, qui renum dolore laborat, sive qui ex Renibus laborat.

NEPHRITICUS LAPIS, est opacus & variegatus, ex colore viridi, aliisque permistus. Raro hic lapis in se duos colores habet, semperque viriditatem ex albedine refert, alius viriditatem subflavam, interdum subcæruleam; plerumque ex viridi albo, flavo, cæruleo nigroque colore mixtio est. Poliri exactè non potest, semper enim ipsius superficies pinguis apparet, quasi oleo inuncta fuisset. Adfertur ex Hispania, in nonnullis etiam Hispaniæ locis, & in Bohemia reperitur. Tanta invenitur mole, ut pocula inde fieri possint. Utimur in nephriticis doloribus. B. Graveel-steen. G. Grieß-stein. Gall. *La pierre nephretique*. A. Nephritick-stones.

NEPHRITIS, seu AFFECTIO NEPHRITICA, & NEPHRITICUS DOLOR, est qui dolorem in lumborum regione, ad latera spinæ in sinistra vel dextra parte, rarius in utraque percipit. Ab initio obscurus, sed mox acerbissimus, & sine remissione, usque dum totus intereat: plerumque stupet alterum crus ad illud latus, in quo dolor; urina aliquando supprimitur; vomitus nunquam non adest & maximus quidem, cum inexplicabili nausea, & anxietate & inquietudine; sæpe etiam dolor ad inguina, aut alterum in-

inguen exporrigitur, descendens quasi à lumbis, juxta situm ureteris. Urina solet esse clara, & aliquando instar aquæ puræ, nonnunquam turbida & cum grumis sanguinis, pelliculis, arenulis &c. à νεφρὸς ren. B. Nier-wee / graveel. G. Lenden-stein / nieren wehe. Gall. *Gravelle*. A. Gravel.

NEPHROS, est *Ren*, utrimque in abdomine, unus qui circa lumbos sub hepate & liene, situs est; figura est instar phaseoli, substantia ejus ex innumeris canaliculis exiguis constat, hic in utroque latere serum (à glandulis, arteriis adjacentibus) susscipit & ad caruncolas papillares deducit, ut tandem per pelvim, ureteres, & vesicam foras eliminetur. B. Een Nier. G. Nieren. Gall. *Rein*. A. Rein, Kidney.

NEPHROTOMIA, seu renum sectio, quando calculosi vel ulcere affecti sunt, posset hæc operatio in uno latere instituì, vasis nempe colligatis, eo modo, quo lien eximitur, sed raro aut nunquam instituitur. B. Steen-snijding uit de Nier. G. Das außschneiden des lenden steins. Gall. & A. *Nephrotomie*.

NERION, dicitur *Rhododendron*, & *Rhododaphne*, sic appellari videtur quod circa amnes crescat: Νηρὸς enim est humidus. *Rhododaphnen* autem Gr. dixerunt à Rosæ floribus & Lauri foliis, Barb. *Oleander*, fortè quod ejus folia sint instar oleæ, sed multo majora. B. Rose-laurier / Oleander. G. Lorbeer-rosen / Unholden-kraut / Olander. Gall. *Laurier-rose*, *Rosage*, *Rosagine*. A. Oleander, Rose-baye.

NERVALIA OSSA, idem quod *Sincipitis*.

NERVINA, sunt medicamenta, quæ adversus nervorum morbos in usu sunt. B. Zenuw-middelen. G. Sennader artzney / sehnen artzney. Gall. *Remede nervine*. A. Remedie for the nerves.

NERVUS, est pars fibrosa, rotunda, longa, alba, instar cannæ indicæ porosa, spirituum animalium diductioni inserviens, ut hoc ritu partes corporis mobiles sint. Intra cranium à medulla oblongata decem Nervorum originem sumunt: ut Nervus odoratorius, ophthalmicus, oculorum motorius, patheticus, gustatorius, timidus, auditorius, par vagum, linguæ motorius, & cervicis musculorum motor. Intra cranium septem duntaxat paria Veteres agnoscebant, quæ hoc disticho continentur:

Optica prima; oculos movet altera; tertia guſtat,
Quartaque; quinta audit; vaga ſexta eſt; ſeptima linguæ.

Infra cranium triginta paria enumerantur; nempe ſeptem ex colli lateribus, duodecim ex medulla ſpinali in dorſo: quinque ex lumbis, & ſex ex oſſe ſacro: nervi omnes infra cranium oriuntur à medulla ſpinali, qui per lateralia vertebrarum foramina artubus & ventribus deſtinantur. Nervus, tendo & ligamentum malè à Chirurgis confunduntur. Gr. Νεῦρον. B. Een Zenuw. G. Sehnen / Spannader. G. *Nerf.* A. A nerve.

NEURITICA, idem quod *Neurotica.*

NEURODES, eſt ſpecies febris lentæ, ſic à doctiſſimo *Williſo* dicta; eo quod liquor nerveus ab indole ſua deſciſcens, & craſi ſua vitiatus, Atrophiæ cauſa exiſtit, ex νεῦρον nervus, & εἶδος forma.

NEUROLOGIA, eſt elegans nervorum deſcriptio, quam *Thomas Williſius* & *Raymundus Vieuſſen*, omnium præſtantiſſimè deſcripſerunt, ex νεῦρον nervus, & λέγω narro, deſcribo. B. Een beſchrijvinge der Zenuwen.

NEURON, idem quod *Nervus.*

NEUROTICA, ſunt Medicamenta, nervorum mala auferentia. Vide *Nervina.*

NEUROTOMIA, eſt Anatomica nervorum ſectio, item nervorum punctura, ex νεῦρον nervus, & τέμνω ſeco.

NEUROTOMUS, eſt, qui punctura nervorum laboret, vel qui nervos anatomicè diſſecat, ex νεῦρον nervus, & τέμνω ſeco.

NICOTIANA, eſt Tabacum: nomen ſibi retinuit à Joanne Nicotio, Regis Galliæ conſiliario, cùjus beneficio Galliis primum innotuit, quam Ulyſſiponæ, dum legati munere fungeretur, à Belgâ è Floridâ inſulâ allatam, accepit. Vide *Tabacum.*

NIDOROSA DYSPEPSIA, vide *Dyſpepſia.* B. Salpeterige Maag-koking.

NIDUS, idem quod *Focus.*

NIGELLA, ſeu MELANTHIUM, vel PAPAVER NIGRUM, dicitur à nigro ſeminis colore, inde derivatur *Gith.* B. Nardus / Nigelle / zwarte Kumijn / Bloemtjes in 't hair. G. Nardus-kraut / ſchwartzer Kummich / ſchwartzkümmel. Gall. *Nielle.* A. Gith, Guinny-pepper.

NIHI-

NIHILI ALBUM, idem quod *Pompholyx*.

NITRUM, sive SALPETRA, est sal sapore salsoamarum, estque præter Antiquorum nitrum, quod planè nobis incognitum est, triplex. Primum elixiviatur ex terra; Secundum, muris lapideis adhæresçit, & Tertium quod scopulis seu rupibus adnascitur: Attamen officinis nostris, non nisi unicum usitatum est. Primum videlicet, idque excoquitur ex terris desertis. Nitrum nativum Alexandrinum rosei coloris est, ejusdem Neapolitanum, flavescens Puteolanum. Nitrum crystallinum & purum eligendum est. Tanto autem purius censetur quanto minus salis communis particeps fuerit, quod experiri licet, si injiciatur carbonibus candentibus, nihilque post phlogosin remaneat, derivari videtur ἀπὸ τὸ νίζειν, & τὸ νίπτειν, quod abluendi, purgandique habeat facultatem. B. **Salpeter.** G. Salpeter / Salniter. Gall. *Sal petre*, *Sel de nitre*. A. Salt peter, Salt of niter. Chymicis *Cerberus*, *Sal infernalis*, *Hermes*, *Baurach*, *Algali*, *Sal Anderonæ*, *Anatron*, *Cabalatar* &c. Basilio Serpens terrenus.

NOCTAMBULO, seu NOCTAMBULUS, aut *Somnambulus*, est morbus è somno profundo, in somnis gravibus & motu corporis compositus; adeo ut hic status sit proximus quidem vigiliis, sed ut somnambuli plane excitati nesciant, quæ perpetrarint, unde oblivio hic regnat & somnum non adesse dicendum foret, nisi oculi clausi essent, & sensus externi omnes aboliti, somnambuli vero aliquos musculorum motus cient, surgunt, incedunt, stant aut alia quædam agunt, nonnulli ad vitæ munia accedunt, & id aggrediuntur quod vigiles non auderent, quidam pullos è nido tollunt. Gr. Νυκτοβάτης & Ὑποβάτης. B. **Nacht Wandelaar.** G. Ein Nacht Wandler. Gall. *Promeneur de Nuit*. A. A person thot wass in his sleep.

NODULUS, NODUS, Gr. Κρουνοφάκιον, est sacculus linteus, medicamentis morbo convenientibus impletus, qui in cantharo cerevisiæ aut vini pleno inditur, cujus tinctura ægris propinatur. B. **Een popje / salie.** G. Sacklein / ein Knötlein. Gall. *Sachet*. A. Bagg.

NODUS, idem quod *Ganglion* & *Nodulus*.

NOLI ME TANGERE, vide *Impatiens herba*.

NOLI ME TANGERE, est species cancri, in facie: præsertim supra mentum, circa os & nasum oritur tumor vel ulcus, exulcerati cancri speciem gerens, lentè in initio

creſcens, quaſi puſtula parva, toto anno manet, quod alias minus ſævum quam cancer, & cancer plus rodit uno die quam noli me tangere uno menſe. B. **De Wzet.** G. Der frebs / der freſſende wurm. Gall. *Le loup, chancre.* A. The Wolfe.

NOMAS, & NOMA, eſt ulcus putridum & depaſcens, in glanduloſis oris partibus, cum roſione & ſæpe carie, à νέμω depaſco. Unde apud *Herodotum* νέμω νεκρὸν depaſco cadaver: Nemomena ſunt quæ excreſcentem carnem exedunt. B. **Kwaat-zweer / water-kanker / ſtinkende kanker des monds.** G. Ein Boß geſchwär. Gall. *Ulcere maligne.* A. Putrid Ulcer.

NOSOCOMIUM, eſt domus publica, ſeu Hoſpitium commune, in quo pauperes ægri recipiuntur, decumbunt, & curantur, ex νόσος morbus, & κομέω curam gero. *Noſocomia* eſt ægrorum curatio. B. **Een Gaſt-huis / Sieken-huis.** G. Ein Sich-hauß / Hoſpital. Gall. *Hoſpital, l'hôtel de Dieu.* A. Hoſpital.

NOSOLOGIA, idem quod Pathologia, à νόσος morbus, & λέγω narro.

NOSOS, idem quod *Morbus*, à νοσέω ægroto.

NOTÆ MATERNÆ, idem quod *Nævus.*

NOTHÆ COSTÆ, ſunt coſtæ quinque (in utroque latere) inferiores, ſpuriæ dictæ, ſic vocantur quia non ut aliæ coſtæ cum ſterno cohærent, neque ſunt veluti aliæ oſſeæ, ſed ferè cartilagineæ, à νοθεύω adultero. B. **De Baſtaart-ribben** / vide *Coſtæ. Morbi* etiam nothi dicuntur, qui ordinariam & regularem normam excedunt, ut febres tertianæ, quartanæ, & quotidianæ nothæ; pleuritis notha &c.

NOTHUS, eſt tergum, ſive dorſum, quod eſt poſterior thoracis pars, à νοθίζω terga do, terga verto. B. **De Rug.** G. Der Rucken. Gall. *Dos.* A. The Baſtard Ribbs.

NOVACULA, eſt culter chirurgicus, cujus forma, propter diverſimodam operationem, variat: vix deſcribi poteſt. *Culter Tonſorius* Cic. Gr. Ξύρον, Ξύρος, Ξυστὴς, Μαχαιρὶς. Ammonio, Μάχαιρα Κειρικὴ, eadem licentia à *Plutarcho* in *Dione* dicitur, qua *Culter Tonſorius* à *Cicerone*, ſiquidem tondendo ratio novaculæ aliena eſt, aliud enim eſt ξυρᾶσθαι radi, aliud κείρεσθαι tonderi. B. **Een Scheermes.** G. Ein Scheermeſſer. Gall. *Un Raſoir.* A. A Paſour.

Nu-

NUBECULÆ, sunt particulæ leves, se mutuo, laxo amplexu comprehendentes, urinæque innatantes. Gr. Νεφέλιον. Vide *Enœorema*. B. Wolkjes. G. Wölcklein. Gall. *Petites nuées*. A. Small vel little cloudes.

NUBES, vide *Nubeculæ* & *Enœorema*.

NUCAMENTA, dicuntur ea quæ callo squammatim compactili pendent è ramis nucum, ramorum, piceārum.

NUCHA, est posterior pars colli, cervix dicta in qua Setacea excitantur. B. De Nek / Nek-put / knoop der Nek. G. Der Nacken. Gall. *Nuche*.

NUCIOSITAS, idem quod *Myopia*.

NUCLEUS, est semen nucibus vel fructibus inclusum.

NUMERO, non solum fructus & semina metiuntur, sed & animantium partes, ut vitelli, vulgo sic notatur, No. vel Num.

NUMMULARIA, sic dicitur à foliorum rotunda figura, nummulum referente. Vide *Centum morbia*.

NUTRIMENTUM, idem quod *Alimentum*.

NUTRITIO, est auctio corporis, qua continuum substantiæ corporeæ defluxum, alimentis idoneis restauramus. Item, species quædam est incrassationis, aut potius augmentationis, uti videre est in conficiendo unguento nutrito, in aloë, aliisque rebus. B. Voeding. G. Das Gedeyen / nahrung. Gall. *Nourirture*. A. Nourishing.

NUX, est species doloris capitis, quæ magnitudine nucis sentitur; sicut ovum, clavus, aliæque species. Fructus item quosdam denotat cortice lapideo nucleum occludentes.

NUX UNGUENTARIA, idem quod *Balanus Myrepsica*.

NYCHTHEMERUM, est tempus, denotans spatium viginti quatuor horarum, ex νὺξ nox, & ἡμέρα dies. B. Een etmaal.

NYCTALOPIA, est duplex: prima est visus hebetudo nocte vel in locis tenebrosis, citra ullum in clariore luce impedimentum: altera est hebetudo in clariori diei lumine, nocte vero & in umbris clara perspicuitas, ex νὺξ nox, & ὄπτομαι video.

NYMPHÆ, sunt colliculi seu summa pudendi muliebris labia, sic dicta, quod aquis è vesica prosilientibus adstare

reperiantur. Gr. Νύμφη, Μύρτον, Ὑωδερὶς, Κλητωρὶς, Ἐπιδερὶς, Κέρκωσις, ubi increverit Item cavum inferioris labri. Poll. Τύπος. Gall. *La Canelure.*

NYMPHÆA, seu NENUPHAR, Barbaricâ voce: nomen sibi vendicasse videtur, quod aquosa amet loca: vel, ut ex Veteribus aliqui fabulati sunt, à Nympha, quæ Zelotypia Herculis intabuit & mortua, inque palustrem hanc plantam mutata est. B. **Plompen / water-rosen / meebladen.** G. See-blum / Hertz-wurtz / Mummelken / Wasserlilgen. Gall. *Blanc d'Eau, Lis d'Estange.* A. Water Lilly.

NYMPHOMANIA, idem quod *Furor Uterinus.*

NYMPHOTOMIA, est nympharum excisio, quarum nimiâ protuberantiâ in nupturis virginibus, sponsus copula quandoque frustratur, aut saltem difficulter admittitur; earum excisio *Ægyptiis* frequens est, ex νύμφη Nympha, aquarum & fontium Dea, & τέμνω seco.

O.

O Simplex, Chymicis denotat alumen, verum si triplex fuerit, in basi nempe duo, & in superficie unum, oleum significat. Si Diametrum habeat, à dextris ad sinistrum latus, sal denotat; verum à superficie ad infimam partem nitrum; erit in superficie si aderit crux antimonium, sed in infima parte cuprum significabit; in superficie semilunula recumbens dorso, & in infima parte crux, Mercurii erit signum, è Vertice, ad basin linea, & à dextris crux vitriolum denotat. Si habeat transversim telum Mars sive ferrum aut Chalybs est, in medio punctum Aurum sive Sol esto.

OBELÆA, est *Sutura Sagittalis* in cranio, quæ anterius coronalem & posterius Lambdoidem suturam attingit; fit enim ex mutua ossium bregmatis conjunctione. Gr. ab Ὀβελὸς veru. B. **De pyl-naad.** G. **Der Pfeilnath.** Gall. *La Suture Sagittale.* A. Arrowe Suture.

OBLATÆ LAXATIVÆ, & purgantes, fiunt ex farina cum saccharo & speciebus purgantibus. B. **Medicinale Oblien**

Oblien. G. Purgierende oblat/ morſellen. Gall. *Oublie laxative.* A. A Laxatiut Wafer.

OBLIVIO, eſt rerum antea perceptarum, è cerebro, delapſus. Hoc fit cum impreſſio rerum percipiendarum, cerebrum leviter tetigerit; quemadmodum motus levis vix ſentitur, ita vis leviter impreſſa facile elabitur. Gr. Ἐπιλησμονή, Λήθη. B. **Vergetelheyd.** G. Vergeſſenheit. Gall. *Oubli, Obliance.* A. A forgetting, forgetfulnes.

OBOLUS, eſt dimidium ſcrupuli; pendet grana decem: ſic à Medicis ſcribitur ℈, nunc vero character iſte *Hollandis* in uſu non eſt. Eſt ſexta pars drachmæ Atticæ ſive æreola ſex. B. **Een Half Scrupel.** Gall. *Obole.*

OBSESSUS, eſt, qui, ut dicitur, à Dæmone afficitur: ſed illud interdum verius ſomnium eſt, quam veriſimilitudo. Vulgares Medici non capiunt Chriſti Teſtamentum Gr. ideoque non Chriſti ſenſum, ſed ſi Hebraicæ linguæ eſſent rudes, certè aliud judicium de rebus ferrent. Præjudicium aliquod veteres Judæos obſidebat, qui putabant, omnem morbum, à dæmone aut Diabolo oriri, atque hoc negatur, ergo. Inter epilepſiæ & Maniæ morbos recenſeri debet. B. **Beſetentheid.** G. Ein Beſeſſener menſch. Gall. *Obſedé, demoniaque.* A. Demoniake.

OBSTIPITAS, idem quod *Scoliaſis.*

OBSTRUCTIO, eſt meatuum à contractione, vel corpore impacto, aut alias, occluſio. B. **Verſtoptheyd.** G. Verſtopffung. Gall. *Oppilation, Obſtruction, Bouchement, Eſtoupement.* A. A ſtopping vel Shutting up.

OBSTRUENTIA, ſunt conſtipantia, quæ poros ſudorem nimium effundentes claudunt; aut ſanguinem alibi exiliuntem, ſiſtunt.

OBTURATORES MUSCULI, ſunt ex iis qui femur flectunt & circumagunt. Horum *Prior* foramen inter pubis & iſchium os occupans, dictorum oſſium circuitui extremè latus affixus tranſverſim ſive exterius, majori infigitur femoris proceſſui. *Alter* etiam *Burſalis* dictus; ejuſdem oſſium terminis appoſitus ſuperius inferiuſque ſub pectinæo muſculo, validiſſimo tendineorum faſciculorum acervo, omnes abſcondens quadrigemini tendines magni trochanteris implantatur concavitati. B. **De Stop-ſpieren.** G. Der Schenckel mauß. Gall. *Muſcle Bouchement.* A. The bending muſcles of the thigh.

OBU-

OBULUS, idem quod *Obolus*.

OCCIPUT, Gr. Ἰνιον, est posterior cranii pars. B. Het Achter-hooft. G. Das Hinterheil deß Haupts. Gall. *Le Derriere, de La Teste*. A. The Hinderpart of the Head.

OCCULTA QUALITAS, sic dicebatur olim ea, quæ à nemine explicari poterat: sed nostra ætas qualitates occultas in manifestas mutavit. B. Verborge Hoedanigheden. G. Verborgene gestalten. Gall. *Qualité Occulte*. A. Hidden quality.

OCCULTI MORBI, sunt, quorum causam sæpe ignoramus: vel qui in corpore nostro latent, ut sunt cancri, inflammationes in cerebro. B. Verborge Siekten. G. Verborgene Krancheit. Gall. *Maladie Occulte*. A. Hidden disease.

OCHEMA, est liquor seu vehiculum aliquod, quo medicamenta miscentur. Gr. Ὄχημα τῆς τροφῆς, est vehiculum alimenti, sive serum in sanguine. Gr. ab Ὀχέω, veho.

OCHRUS, Gr. Ὦχρος, OCHRUM & OCHRA, seu PISUM MINUS, ERVILIA, est Leguminis species, à luteo colore, quem medulla referat, nominatur. B. Kleine erwten / Gemeene erwten / Hondt erwten / Heere erwten. G. Erwerbsen. Gall. *Pois*. A. Middelpease.

OCHTHODES, sunt ulcera, quorum labia callosa vel verrucosa sunt, non maligna tamen, ab ὄχθη ripa, & εἶδος forma.

OCIMASTRUM, est Herba & ab Ocimo diminutivum.

OCIMUM seu OCYMUM, vel BASILICUM, dicitur ab ὠκέως, quod valet citò: sed alii, quod citò crescat: vel quod alvum citò citet bubus: nonnulli ἀπὸ τοῦ ὄζειν *Redolere, odoratum esse*, derivant. Gr. Ὦκιμον, Ὦζιμον & Ὄκιμον. B. Balsem-kruid / basilik. G. Basilgen. Gall. *Basilic, Basilique*. A. Basill.

OCREA, vide *Tibia*.

OCTUNX, est unciarum octo pondus.

OCULARES DENTES, vide *Dentes*.

OCULARES DENTES, idem quod *Cynodontes*.

OCULUS, est organum visus externum; componitur ex musculis sex, duobus nempe rectis, totidemque transversis, qui-

quibus in brutis ſeptimus additur. Tunicas habet ſeptem, adnatam, innominatam, corneam, uveam, retiformem, cryſtallinam, vitream. Humores tres, aqueum, cryſtallinum & vitreum. Habet item Nervum opticum, iridem & pupillam. B. Het Oog. G. Das Auge. Gall. *Oeil.* A. The Eye.

OCULI, ſunt etiam florum prodomi, inque flores & folia explicabiles. Quæ *etiam Gemmæ* dicuntur. B. Botten. G. Rebaug/ kriechendes aug. Gall. *Bouton.* A. Buds.

ODAXISMUS, eſt gingivarum pruritus, quando dentes infantibus erumpunt, ab ὀδάξω prurio. Vide *Dentitio.*

ODONTAGRA, eſt inſtrumentum, quo dentes evelluntur. Vide *Forfex.* B. Een Tant-trekker. G. Ein Zahnbrecher zang/ Uberwurff/ Pellican. Gall. *Pincette ou tenaille pour tirer une Dent.* A. A Tooth-drawer.

ODONTALGIA, ſive DENTIUM DOLOR, unus eſt ex maximis doloribus, ſive fit in uno dente, ſive in pluribus, ſive continuus, ſive periodicus. Principio hic dolor ſolus eſt, deinde accedunt plerumque gingivarum tumor, & non raro inflammatio aut abſceſſus: tumor vero ſæpe exterius genas, aut Maxillam inferiorem viſibiliter inflat, adeoque impedit maſticationem, & deglutitionem. Sed caries dentium denique ex diuturno aut ſæpius repetito dolore conſequitur, ita ut dens vel pars ejus excidat, aut variis ſinubus, iiſque mirè contortis perforetur, quos ſi aër frigidus ſubit, ingens ilico dolor ſuſcitatur: jam ut gravidæ nonnunquam hoc dolore graviter, atque toto geſtationis tempore laborent, ita ſolet hic plerumque eos afficere, qui frigus, nebulas & pluviam aëris paſſi ſunt. Invenies rurſum dolorem, qui quietus eſt, ſi quis in aërem frigidiorem prodit, qui vero in calido loco admodum exacerbatur; alii vero ne minimum frigus, & vel potum frigidiorem ferunt: ſunt qui à dulcibus ore aſſumptis, etiamſi à dolore liberi, mox eo afficiantur: denique cum tumor apparet, plerumque dolor ſolet minui, & evaneſcere. Vocatur & *Podagra Dentium*, ex ὀδὼς dens, & ἀλγέω doleo. B. Tandpyn / Tandzweer. G. Zahnwehe. Gall. *Odontalgie*, *Douleur de Dents.* A. Tooth ach.

ODONTIASIS, idem quod *Dentitio*, & *Odontophyia.*

ODONTICA, ſunt medicamenta quæ adverſus dolores dentium adhibentur, ab ὀδὼς dens. B. Middelen tegens tand-

tandpijn. G. Mittelen gegen zahnwehe. Gall. *Remede contre douleur de dents.* A. A remedie for the tooth ach.

ODONTOIDES, quod denti simile est; ut dens secundæ vertebræ & aliorum ossium, ex ὀδὼς dens, & εἶδος forma. B. **Tandachtig.** G. Das den Zähnen gleich ist. Gall. *Danté, Dentelé.* A. A tooth like proceſs of bones.

ODONTOLITHOS, est petrosus ille Tartarus dentibus accrescens, ex ὀδὼς dens & λίθος lapis. B. **Kalk der tanden.** G. Kalck der zähnen. Gall. *La chaux de dents.* A. Lime of the tooth.

ODONTOPHYIA, idem quod *Dentitio*, sive dentium eruptio, ex ὀδὼς dens, & φύω cresco. Vide *Dentitio.*

ODONTOTRIMMA, ex ὀδὼς dens & τρίβω tero. Idem quod *Dentrificium.*

ODORAMENTUM, est Medicamentum odoris gratia adhibendum; componitur ex *Labdano, Styrace, Benzoin, Moscho, Zibeto*, aliisque aromatis. Gr. Ἄρωμα & Ὀσφρητὸν. B. **Reuk-werk.** G. Lieblicher geruch. Gall. *Parfum.* A. Sweet savour.

ODORATUS, sive OLFACTUS, Gr. Ὀσφρησις, est sensus, quo ex motu & irritatione nervorum, nasi membranis insertorum, effluvia odorifera sensorio communi offeruntur & repræsentantur. B. **De Reuk.** G. Der Geruch. Gall. *Odeur, Odorement, Senteur.* A. Smell, Savour, Sent.

ODORIFERUM, idem quod *Odoramentum.*

OECONOMIA, est quidem rei familiaris dispensatio, sed & administratio quædam circa ægrotum dispensationem. Item, succorum in corpore nostro distributio *Oeconomia animalis* appellatur, ex οἶκος domus, & νέμω distribuo. B. **Huis-houding / beschikking.** G. Haußhaltung. Gall. *L'œconomie.* A. œconomy.

OEDEMA, Barb. *Undimia*, ab *Hippocrate* nonnunquam latè sumitur pro omni tumore præter sanitatem excitatus, strictè vero pro tumore à pituita sive viscido humore genitus: quando ejusmodi humor alibi stagnat, albus est, mollis & indolens, sine pulsatione, & digitis facile cedens. Sed si symptomata alterius indolis accedunt, ut pulsus, vel calor vel color sensibilis, vel intumescentia, vel dolor, vel aliud quid, dicitur *œdema phlegmonodes, Erysipelatodes, Scirrhodes* &c. ab οἰδέω inflatus sum, tumeo. B. **Een hout geswel / slijm-geswel.** G. Eine wässerige geschwulst. Gall. *Enflure humide & aqueuse, œdeme.* A. Pituitous tumour.

OENAN-

OENANTHE, dici volunt ἀπὸ τοῦ οἴνου & ἄνθους à *vino* & *flore*, quasi flos vinosus, quod odore & quadantenus colore, sit viti similis. Malunt alii sic dictam, quod viti similem florem ferat, vel quod cum vite floreat, illud nomen imponitur Filipendulæ, Spondylio, Junco odorato &c.

OENOLÆUM, est vini & olei admixtio, ex οἶνος vinum, & ἔλαιον oleum. B. **Geolide Wijn.** G. Wein vermischt mit oel. Gall. *Vin huileux.*

OENOIDES, est vinum dilutum, aut latex, vino analogus, ex οἶνος vinum, & εἶδος forma.

OENOGALA, est compositio ex vino & lacte, vel ut alii volunt, vinum lactei teporis, ex οἶνος vinum, & γάλα lac.

OENOMEL, est mel vinosum, sive mulsum vinosum, vel mulsum cui ingreditur vinum, ex οἶνος vinum, & μέλι mel.

OENOTHERA, putant esse Lysimachium: dicunt radicem exsiccatam vinum olere, ab οἶνος vinum, & τίθημι pono, vocatur etiam *Onagra.*

OESOPHAGÆUS, est musculus œsophagi constrictor, Sphincter dictus. B. **De Sluit-spier.** G. Mauß der Speißröhre. Gall. *Muscle de l'œsophage.* A. The Muscle of the gullet.

OESOPHAGUS, est fistula membranacea, à faucibus ad stomachum tendens, qua cibus in ore masticatus & saliva mixtus ad ventriculum transit: tunicas habet tres; *Extimam* sive *membranaceam* à peritonæo, quo etiam ventriculus vestitur, sumit, vel potius à pleura, quia per thoracis posteriorem partem incedit, cujus interna latera pleura investiuntur: nam ob communem originem, de nomine non est disputandum: videatur Anatomia reformata, nuperrimè à me luci exhibita. *Intima*, est musculosa; videtur totus œsophagus ex duobus musculis constare, qui quatuor parallelogrammos cum fibris oppositis, & se invicem decussantibus efficiunt. *Tertia* seu *Intima* prorsus nervea est, quæ intus crusta villosa obducitur, & pro quarta sumi potest. Fortè ab οἶσος vimen, quia fibræ ejus viminis instar contextæ sunt: vel ab οἴσω Fut. à φέρω feram, quia omnes cibos versus ventriculum fert, & φάγω edo, vocatur item *Gula*, λαιμὸς, στόμαχος, ἰσθμὸς *Eustat.* διὰ τοῦ ἱέντα τὰ σιτία. B. **De Slok-darm.** G. Die speißröhre, die kähle. Gall. *L'œsophage, le gosier.* A. The gullet.

OE-

OESTRUM VENERIS, idem quod *Clitoris.*

OESYPUS, *Plin.* lana succida, vellus succidum *Mart. Ovidius*, OEsypum exponit succum ab immundo ovis vellere demptum. *Plin. lib.* 29. sordes sudoremque lanis ovium adhærentes. Versantur itaque non parvo in errore, qui *OEsypum* interprantur pro scybalis & stercoris pilulis ovium lanæ inhærentibus; cum *Plinius* eodem in loco, nomine alio, eas donet, videlicet sordes caudarum in pilulas coneretas appellans, οἰσυπος, quasi οἰὸς ὑπος, ovis sordes. B. **'t Vet van de ongewasse Schape-wol / wolle met der joeklien.** G. Ungewaschene wolle/ die noch fett und schmutzig=ist. Gall. *Suin de Laine.* A. Fat or yoky Wool of a Sheep.

OFFICINA, Medicis est alia Pharmaceutica, in qua Galeni Medicamenta maximè præparantur: alia est Chymica, in qua essentiæ, ex mineralibus, Vegetabilibus & animalibus, in varia forma extrahuntur, & dicitur vulgo *Laboratorium* à Laborando. Vide *Laboratorium.* Et alia est *Chirurgica*, in qua res ad Chirurgiam pertinentes tractantur. Gr. Ἐργαστήριον. B. **Een Winkel / werk-plaats/ werk-huis.** G. Eine Werck=stadt / werckladen. Gall. *Officine, Ouvroir, Boutique.* A. A Shop, a Ware house, Work-house.

OLEA, à Gr. Ἐλαία, unde quoque *Oliva*, à λεῖος lævis, quod cutis ejus quasi glabra sit & niteat: vel ab ipso fructuum succo pingui, glabro & lævi. B. **Olyf-boom.** G. Oliven=baum / Oel=baum. Gall. *Olivier.* A. Olives, Oliue-tree.

OLEANDER, vide *Nerion.*

OLEASTER, est Olea sylvestris, vide Etymon in *Olea.*

OLECRANUM sive ANCON, est processus major ulnæ sive ossis cubiti primi. Item suprema humeri pars, ab ὠλένη cubitus, & κρᾶνον caput.

OLECRANUS, idem quod *Anconæus.*

OLENE, est *Cubitus*, sive *Focile majus.*

OLEUM, Gr. Ἔλαιον, est pinguedo quædam fluida ex fructibus aut seminibus expressa, uti est olivæ, palmæ, amygdalorum, raparum &c. vel est destillata ex rebus pinguibus, uti ex cinamomi cortice, caryophyllis, anisi semine &c. vel est composita, uti oleum jasmini, castorei, camomillæ &c. B. **Olye.** G. Oel. Gall. *Huile.* A. Oyl.

OLE-

OLEUM PETRÆ, vide *Petrolæum.*

OLEUM TERRÆ, est pellucido-rubicundum, odoris fortis Petrolæum æmulantis, sed gratioris. Ante paucos annos nobis ex India Orientali allatum est, ubi ex monte quodam effluere dicitur, venit quoque ex Bohemia. B. **Aard olie / steen olie.** G. Stein Oel.

OLFACTUS, idem quod *Odoratus.*

OLIBANUM, vide *Thus.*

OLIGOPHOROS, est vinum tenue, paucis spiritibus gaudens, ex ὀλίγος paucum, & φορέω fero.

OLIGOTROPHIA, est imminuta nutritio, ex ὀλίγη pauca, & τροφὴ alimentum.

OLIGOTROPHUS, est cibus minus nutriens, cui opponitur Polytrophus, Ex ὁ ὀλίγος paucum, & τρέφω nutrio.

OLIVA, est Oleæ fructus: derivatur ab *Olea*, Virgilio triplex est, nempe *Orchites* à testium similitudine; deinde *Radii*, ita à Longitudine nominatæ, tandem *Amara Pausia Bacca* sive viridi. Oliva à paviendo, id est tundendo dicta; aliter enim ex se oleum non facit. B. **Olive.** G. Oliven. Gall. *Olive.* A. Olive.

OLOSTEUM, vide *Holosteum.*

OLUS, ab alendo dicitur, quod oleribus alerentur homines, antequam fruges repertæ essent. Vide *Lachanum.*

OLUS ATRUM, est *Hipposelinum*, sive grande Apium: dicitur forte à foliis, quæ atro colore nitent: sed verius à semine aterrimo derivari potest. Vide *Hipposelinum.*

OLYRA, est frumenti species, affinis zeæ an ὄλυρα quasi corruptior zea? ex ὀλύω perdo, corrumpo.

OMASUM, vide *Abomasum.*

OMENTUM, RETICULUM, sive intestinorum operimentum, est membrana duplicata, intestinis instrata, pinguedine & vasis ad instar retis piscarii intertexta, glandulis quoque duabus aut tribus dotata, Ventriculo, Colo, & Pancreati annexa, ut intestina calore suo foveat, utilis: habet lactea quædam vasa & lymphatica, item ductus & sacculos adiposos perplures, de quibus videatur *Anatomia nostra reformata.* Gr. Ἐπίπλοιον. B. **Het net.** G. Das netz des eingeweids. Gall. *Le Coeffe, la taye, qui couvre les entrailles.* A. Thenetlike fat which coverth the Guts, Cawle.

OMOGRA, est dolor arthriticus humerum afficiens, ex ὦμος humerus & ἀγρέω capio, quasi humeri captio. B.

Schouder sierecyn. G. Der schultern fluß. Gall. *La goute d'espaule.* A. The gout in the Shouder.

OMOPLATA, sive HOMOPLATA, Lat. *Scapula*, est os latum & tenue, non tam ad costarum dorsalium tutelam, quibus scuti instar incumbit, quam claviculæ & præcipue humeri, tutam articulationem comparatum. Figura triangulum exhibet, longiore latere in basin porrectum. Angulum habet superiorem & inferiorem; intus concavum, extus gibbum; processus obtinet tres; nempe *Spinam*, *Coracoidem* & brevem, ex ὦμος humerus & πλατὺς, latus. B. Schouder-blad. G. Schulter-bein/ das schulter-blat. Gall. *L'omoplate*, *Paleron.* A. The Shoulder-blade.

OMPHACIUM, est succus ex uvis immaturis expressus. *Agresta* officinis dicitur. Gr. ὀμφάκιον. B. Verjuis. G. Agrest. Gall. *La Verjus.* A. Verdjuce. Item est oleum immaturum.

OMPHALOCARPOS, APARINE, vocatur ab umbilici nempe similitudine, quam semen ejus refert, ex ὄμφαλος umbilicus, & καρπὸς fructus.

OMPHALOCELE, est Hernia Umbilicalis: quando nempe Omentum vel intestina circa umbilicum protuberant: quod fit relaxatione vel ruptione peritonæi, ex ὀμφαλὸς umbilicus, & κήλη tumor. B. Net-breuk / Nabel-breuk. G. Ein Nabel bruch. Gall. *Hernie dans le Nombril*, *Omphaloſe*, *Egression du Nombril.* A. A rupture of the navill.

OMPHALOS, vide *Umbilicus.*

ONAGRA, vel ONOTHERA, dicitur quod bestias feras, maximè asinos, mansuetas reddat, ab ὄνος asinus & ἀγρεύω laboro, laborando enim & ferendo defatigantur: præsertim si lysimachio castigentur. Vide *Oenethera.*

ONITIS, est Origani species, dicta, quod ab asinis impetetur, ac in cibo gratum esset, ὄνος enim est asinus.

ONOBRYCHIS, est Leguminis species: dictam volunt ab asini rugitu, quod eo depasto fremant asini, ab ὄνος asinus, & βρύχω frendo, strideo, vel, quasi ab ἄνω βρύχειν quod sursum una cum scaturiginibus erumperet, vocatur. B. Hane-kammetjens. G. Kerst-wurtz. Gall. *Saint foin.* A. Medick vetcheling.

ONOLOSAT, est vox Arabica significans obolum vel scrupulum dimidium.

ONO-

ONONIS, vide *Anonis*.

ONYX, vide *Unguis*.

OPHIOGLOSSUM, sive LINGUA SERPENTINA, est ejus herbæ quædam excrescentia longa, linguæ serpentinæ æmula, ex ὄφις serpens, & γλῶσσα lingua. B. **Adders-tong / Speer-kruid / Nater-tong.** G. Natten-zungelein. Gall. *Herbe faus Couture*, *Langue de Serpent*. A. Adders-tongue.

OPHISCORODON, sive allium anguinum, est allii species, cujus caulis obscurè rubicundis seu nigris maculis commaculatur, vel est alia Allii species, cujus caput cum suprema caulis parte serpentis in modum contorquetur, ex ὄφις anguis, & σκόροδον allium. B. **Serpent-look / berg-look.** G. Lang-lauch / sieg-wurtz / wald knoblauch. Gall. *Ail Serpentin*. A. Serpents garlick.

OPHITES, est Marmor instar porphyritæ durissimus, colore viridi saturato, dilutis ejusdem coloris maculis quasi aspersus. Sed & alium constituunt colore cinereo, & eadem duritie, nec non & nigriusculis maculis variegatum, & hunc mollitie alabastrita. Veteres Ophitæ genera fecerunt, *nigricans durum*; *cinereum punctis distinctum*; lineis quibusdam candidis interstinctum, candidum, molle. Hinc apparet Veterum Ophitem à nostratibus esse diversum. Foditur noster in locis variis Italiæ, Germaniæ, verbi gratia in Misnia, quod tamen ob mollitiem, rectius Alabastris accensetur, diciturque *Zeblicium*. Gr. Ὀφίτης. Lat. Serpentinus. B. **Serpentijn-steen.** G. Serpentin-stein. Gall. *La Serpentine*. A. Serpentin stone.

OPERATIO, Gr. Ἐργαζία, Ἐνέργεια, est labor non tantum Chirurgis familiaris, ut operationes circa lithotomiam, Herniam &c. Sed & Chymicis, qui suos processus etiam *Operationes* nuncupant. Ita medicamentorum in corpore nostro effecta, appellantur à Medicis Operationes. Ita & Pharmacopæi suas habent Operationes. B. **Werking / verrigting / uitvoering.** G. Wirchung. Gall. *Operation*, *œuvre*. A. A workinge or opration.

OPHIASIS, est capillorum morbus, quo extenuati, hinc inde spatiis intermissis, macularum serpentis instar, decidunt, ab ὄφις serpens, & ἴσον simile. Vide *Alopecia*.

OPHRIS, est *Bifolium*, *Plinius* scribit *Ophrys*, & significat supercilium, an à duobus superciliis, *Bifolium* sit appellatum? sumitur tum pro Orchidis specie, binis gan-

dens foliis, tum pro Lunaria quadam.

OPHTHALMIA, quam *Celsus* Lippitudinem vocat, est tunicarum oculi inflammatio, orta à succis quibusdam ob impeditum refluxum, ibidem collectis & extravasatis, ab ὀφθαλμὸς oculus. B. **Ontsteckinge der oogen / Oog-gezwel.** G. Das Augenwehe. Gall. *Ophthalmie, mal des yeux.* A. An inflammation of the eyes.

OPHTHALMICA, est *Euphrasia*, dicitur sic quod oculorum malis medeatur, ab ὀφθαλμὸς oculus.

OPHTALMICA, sunt medicamenta adversus oculi mala. B. **Oog-middelen.** G. Mittlen gegen Augen wehe. Gall. *Remede pour les yeux.* A. Remedys for the eyes.

OPIATA & OPIATUM, sive Electuarium, medicamentum internum est, quod consistentia opiatæ Officinali (ut *Theriacæ* vel *Mithridatio*) simile, ex variis rebus melle vel syrupo exceptis, in plures doses est concinnatum. Generaliter sumitur pro omni Electuario, sed specialiter pro iis tantum quæ opium, à quo denominatio, recipiunt, uti pro *Theriaca*, *Mithridatio*, *Diascordio*, *Philonio*, *Requie Nicolai* &c. B. **Een Opiaat / een gecomponeerde Confserf.** G. Ein Opiat / Conserv. Gall. *Un Opiat.* A. An Opiat.

OPIOLOGIA, est Opii descriptio, ab ὀπὸς succus, & λέγω narro.

OPISTHOCYPHOSIS, idem quod *Cyphosis* & *Opisthotonos.*

OPISTHOTONUS, est tetanus sive tensio aut convulsio cervicis & spinæ versus posteriora, contractis sursum pedibus, cum rigore aliquandiu perseverante, ex ὀπισθεν à tergo, pone, & τείνω tendo. B. **Agterwaartse spanning.** G. Der krampff / der einen zeucht hinterwerts. Gall. *Opisthotone.* A. Cramp of the neck.

OPIUM, sunt qui Opii ac Meconii nomen confundunt, & duo pro uno eodemque habent, sed malè. *Opium* enim lachryma est, quæ stillavit ex capitibus papaveris, dum matureſcebant, leviter incisis. *Meconium* è contra succus est ex iisdem expressus. Estque triplex, *Album* adfertur ex Cairo, quod & fortè *Thebaicum* vocatur & *Meçeri.* *Nigrum* & durum venit ex Aden. Tertium flaveſcens magis & mollius, ex Cambaja & Decan mittitur. Turcæ ex albo colligunt papavere. *Opium* quod hic in Hollandia divenditur

tri-

nigrum est, amarum & graveolens, forsan nihil aliud erit quam *Meconium*, quod Javanenses *Pouft* vocitant, & eo utuntur infimæ sortis homines: sed quod ex ipsis capitibus stillat, *Affion* dicitur & à ditioribus tantum usurpatur, & in deliciis habent; præsertim si eo uti assueti fuerint. Alias paucula grana ad saporem concitandum sufficiunt, ideo frigidum non est, sed ob penetrandi vim, *Calidum*. Gr. Ὀπὸς. B. **Eulsap.** G. Magsamen safft.

OPOBALSAMUM, vide *Balsamum*.

OPOCHRISMA, tale dicitur unguentum, quò si ensis aut aliud instrumentum vulnerans illinatur, vulnus adactum sua sponte sanetur. Ex ὅπλον arma, & χρίω ungo.

OPODELDOCH, nomen est alicujus Emplastri vulnera & ulcera sanantis: istius descriptiones inveniuntur apud *Paracelsum*, *F. Wurts*, *Mindererum*, aliosque authores. Nomen est Chymicum fictitium, nihil significans: species est Emplastri stichtici. Ideoque etiam B. sonat **Steeli-pleister** & **wond-pleister**. G. Stichpflaster.

OPOPANAX, est gummeus succus ex Herbæ Panacis Heraclei radicibus & caulibus sauciatis stillans, ac concrescens: primo est albidi coloris, sed post siccationem flavum & quasi croceum acquirit colorem, odor est gravis, sapor amarus, friabilis est, intus albescit, & granulatim sæpe invicem adhæret.

OPORTET, quid in simplici sensu sit nemini non notum: sed *Helmontius* ita describit, est, inquit, tribulus & spina terræ, in vita media hominis. Vel restrixit ad *Necessarium*, quo vitæ mediæ qualitates remanent in transmutatis, ideoque vocavit *Magnum oportet*.

OPPILATIO, idem quod *Obstructio*.

OPTICA, vide *Opticus Nervus*.

OPTICUS NERVUS, sive visorius, est, quo species visibiles ab oculo receptæ ad sensorium commune deferuntur; utriusque nervi origo ex thalamis nervorum opticorum provenit, postea hi nervi coëunt, & iterum cranium subituri ab invicem sejunguntur. Ab ὄπτομαι, video. *Optica* sunt medicameni quæ adversus oculorum affectus valent. B. **De oogzenuw.** G. Der augen semader. Gall. *Le nerf optique*. A. Optick nerves.

OPUNTIA, ab urbe Opunte nomen habet: estque fici indici species.

ORBICULARIS, sive CREPITUS LUPI, est Fungi species, sunt vel rotundi, vel semirotundi, sed incertæ magnitudinis. Nascuntur in campis desertis; nullum habentes pediculum, intus spongiosi sunt, & si recentes fuerint, aquam continent: siccati vero spongiosam, & pulverulentam continent materiam instar ochræ subnigræ, extus pellicula obducuntur ejusdem ferè coloris: utuntur Chirurgi in sanguine sistendo. B. **Wolfs-veest / Bovist / Dult / Bult.** G. Bubenfist / Weiberfist / Wolffsfist / Posist. Gall. *Vesse de Loup.* A. Wolfs-fart.

ORCHIS, est *Satyrion*, Latinis *Testiculus*, sic dicitur, quod ejus radices ex duobus, aut tribus constent globulis, quasi tot Testiculis, qui pro variâ formâ, varia quoque obtinuere nomina, ut Cynosorchis, Tragosorchis, &c. B. **Houdekens-kruid / Standel-kruid / Kullekens-kruid.** G. Knaben-kraut / Stendel-wurtz. Gall. *Couillon de Chien, Satyrion.* A. Dog stones.

ORCHIS, est testiculus, cujus substantia in viris nihil aliud est, quam minutissimorum vasculorum semen conficientium congeries: ast in fœminis longè aliter se res habet, componuntur autem in iis, ex multis membranis ac fibrillis laxè sibi invicem unitis, in quarum intercapedine plurima corpora alba reperiuntur: testiculi fœminarum ova pariunt, ideoque rectè *Ovaria* vocantur. Vocantur item *Testes*, *Colei* Cic. & Mart. *Vasa* Plauto, Ὄρχεις, Διδυμαι, Μίζεα Hesiod. Μήδεα Homer. Ὀρχίδια, Ὄλγοι Oppiano. Hoc etiam nomine gaudent radices Satyrii ejusque species. B. **Balletjes / Klootjes.** G. Hoden / Hodlein. Gall. *Testicules, Ovaire.* A. Testicles, Stones.

ORCHOTOMIA, est testiculi excisio. Vide *Orchotomus.*

ORCHOTOMUS, est, qui testiculos exscindit, qua operatione animalia castrantur, ne cum aliis coëant, inde *Orchotomia*, sive testiculorum excisio, ex ὄρχις testiculus, & τέμνω seco. B. **Een Lubber.** G. Ein der die Hoden außschneidet, Gall. *Châteur.* A. Gilder, or Stone Cutter.

ORDEOLUM, Barbaris idem quod *Crithe* & *Hordeolum.*

OREOSELINUM, est Apium seu Selinum montanum, ex ὄρος mons & selinum, vulgo *Petroselinum.*

OREXIS, est ordinarius cibi appetitus, is oritur à fermento acido ab arteriis cœliacis ventriculo inspirato, quo tunica nervosa, ejusque nervi inordinatius movcantur, ad

ali-

alimentum idoneum appetendum, ab ὀρέγομαι cupio. B. Honger / Eet-luſt. G. Hunger / begierd zu eſſen / luſt zur Speiß. Gall. *Faim*, *Famine*. A. Appetite of meat, Hunger, Famine.

ORGANICA PARS, eſt, quæ ex variis partibus, ſibi diſſimilibus, conſtat, uti muſculus conſtat ex carne, membranis, tendinibus, variiſque vaſis &c. ei opponitur *Similaris pars*, de qua *ſuo loco*. B. Een Organyk-deel. G. Ein Theil beſtehend auß vielen anderen. Gall. *Partie Organique*. A. Organick part.

ORGANUM, eſt pars, quæ ad ſui conſtitutionem, actioneſque perficiendas, rectam & determinatam, ſenſibilemque conformationem requirit, ut brachium, muſculus, cor, &c. B. Een werktuigig deel. G. Werckzeug. Gall. *Partie Organique*. A. Organe.

ORGASMUS, eſt impetus & incitatio ſanguinis vel ſpirituum, ut ſi quando ſpiritus animales cum impetu in nervorum genus ruunt, ab ὀργάζω. B. Drift. G. Schnelle Treibung. Gall. *Incitation*. A. Quick Motion.

ORIGANUM, dici volunt quod montibus gaudeat, ἀπὸ τῦ ὄρους à monte, & χαίρω gaudio, ſed alii, quod viſum exacuat, ab ὁράω videre, & γαρῶ clarifico, quaſi aciem oculorum illuſtrans. Nonnulli nomen ex adverſo datum putant, à εἴγω quod eſt algeo, fieri εἴγανον, quaſi rigens, cenſent, & tandem aſcita littera principe O, in Origanum eſſe confictum, contrario tamen ſenſu, quod minimè refrigeret. B. Orego / grove Majolein. G. Doſten / Wolgemuth / Berg-mumß. Gall. *Origan*. A. Origany.

ORMINUM, vide *Horminum*.

ORNAMENTUM FOLIACEUM, extremitas tubæ Fallopianæ fimbriata eſt, eum in modum comparata, ut quaſi tot digitis, ovum ex ovario prodiens melius comprehenderetur. B. Het Loof-werk. G. Der Blätteren zierd. Gall. *Ornement feulienſe*.

ORNITHOGALUM, quaſi diceres *Lac avium*, eſt bulbus flores lactis colore albidos proferens, qui in alis aut ovis gallinarum obſervatur, eſtque Aſphodeli ſpecies, ex ὄρνις avis, gallina, & γάλα lac. B. Veld-ajuin. G. Feld-zwibel / Acker-zwibel. Gall. *Churles*. A. Dogs-onion.

ORNITHOGLOSSUM, ſive lingua avis, ſic vocatur ſemen Fraxini arboris, ab ὄρνις avis, & γλῶσσα lingua. B. Vogel-tong / Muſſen-tong. G. Vogel-zung. A. Aſhen Keyes.

ORNITHOPODIUM, eſt avis pes, ſic dicitur quod ejus ſiliquæ pedem avis cum ſuis digitis, & articulis referat, ex ὄρνις avis & πούς pes. B. **Vogel-voet.** G. Vogel-fuß. A. Birds-foot, Birds-claw.

ORNUS, eſt Fraxinus Sylveſtris, an ab ornatu, ob elegantes rubicundos Fructus? an ab Hebraica voce Oren? B. **Haver-eſſche / Qualſter / Lyſter-beſie / Quartel-beſie / Quaal-boom.** G. Mal-baum / Vogel-beer / Mas-beer. Gall. *Freſne Sauvage*, *Cormier Sauvage*, *Tormigne*. A. Wild Ash.

OROBANCHE, eſt planta Orobum, aliaque Legumina angens & ſtrangulans, ab *Orobus* & ἄγχω ango, ſtrangulo: vocatur etiam *Limodoron*. A. Broom-rape.

OROBOIDES, eſt hypoſtaſis ſive urinarum ſubſidentia, ervis aut orobis ſimilis, ex ὄροβος ervum & εἶδος forma. B. **Erwtachtig geliſtende Pis.**

OROBUS, eſt Leguminis ſpecies: dicitur παρὰ τὸ ὠφελεῖσθαι ὑπὸ τῶν βοῶν, quod boves ea veſcantur & ſaginentur.

ORTHOCOLON, eſt articuli rectitudo, ex ὀρθὸν rectum, & κῶλον membrum.

ORTHOPNOEA, eſt ſpecies Aſthmatis ſive vitiata reſpiratio, qua ægri, ne ſuffocentur, non niſi cervice erecta reſpirare coguntur, ex ὀρθὴ recta, & πνοὴ flatus, ſpiritus, ſpiratio. B. **Een Ademhaling / die alleen recht opſittende geſchieden kan.**

ORVIETANUM, vide *Orvietanus*.

ORVIETANUS, dicitur eſſe nomen alicujus agyrtæ vel circumforanei, alias *Hieronimus Ferrantes* dicti, qui inventione alicujus antidoti ſingularis, vel Electuarii alexipharmaci claruit contra omnia venena. Is enim primus auſus fuit publico foro deglutire ignotum ſibi quodlibet toxicum. Vulgo vocatur *Orvietaan*. Nomen traxit ab urbe Italiæ *Orvieto*, hinc *Orvietanum*.

OS, Gr. ὀστοῦν, eſt ſubſtantia dura, & ſicca; ex particulis terreſtribus & ſalinis maximè conſtans, ut ſic corporis ſtabilimentum, ejuſque motum facilem reddat & in munimentum quibuſdam partibus ſe præbeat, deſtinata. Oſſium numerus *Achangeli* 249. conſtituitur. Alii communiter 304. quidam tot, quot unius anni dies numerant. Numerus tamen incertus eſt, quia oſſa infantium ab adultis differunt, item quod oſſa ſeſamoidea & dentes in ipſis adultis, & ſenibus certo numero non determinantur. Variant figura, quædam rotunda,

tunda, plana, acuta, obtusa, concava, spongiosa, solida, oblonga, triangularia &c. Gr. Ὀστον. B. Been. G. Ein Bein. Gall. *Un Os.* A. A Bone. Os etiam est primus alimenti introitus qui duobus clauditur labiis. Gr. Στόμα. B. De Mond. G. Der Mund/ das Maul. Gall. *Bouche.* A. The Mouth. Phythologici officuli vocabulum imponitur lapideis seu ligneis corticibus, qui nucleos circumdant. B. De Steentjes in de Vruchten. G. Ein Stein/ ein Kern. Gall. *Noyau.* A. Nut-shell.

Osatis, vide *Isatis.*

Oscitatio, est levis convulsio musculorum maxillarium, & omnium fermè, quæ respirationi inserviunt: hæc Febrium quoque ordinarium symptoma est, sub initio incidens: attamen & alibi evenit, & iis quoque, qui sani utcunque habentur: sæpe, dum è lecto surgimus, oscitatione aliqua afficimur, maximè si somno non sumus expleti, aut quando pleno stomacho dormivimus; imo adeo frequens omnibus est Oscitatio, adeo ei assuevimus, ut merito dictum sit, *Oscitante uno, oscitat & alter*, hinc qui imbecilles, pigri, lassi, defatigati, valetudinarii, & ii maximè, qui à morbis reconvalescunt, sæpius de die solent, aut sponte sua, aut aliorum exemplo velut exciti oscitare. Dicitur & *Oscedo.* Gr. Χάσμη, & Χάσμημα. B. Geeuwinge/ Gapinge. G. Das Gähnen. Gall. *Baillement.* A. Gaping, Yawning.

Oscula, sunt extremæ vasorum aperturæ.

Osculum Uteri, est illa cavitas qua conceptio fit & penis virilis admittitur; in virginibus, tam exigua est, ut stylum tenuiorem solummodo excipiat, & nullo conatu vel minimus digitus in eam intrudi possit, ex ea etiam menstrua fluunt. Prominet in vaginæ capacitate, tincæ piscis ori, aut ut *Galenus* mavult, glandi virili persimile est; rimam habet transversam; in virginibus osculum illud exiguum, ast in mulieribus quæ sæpe pepererunt, majus evadit; si nimium laxetur, vel exulceretur, cicatrice obducatur, vel humidum nimis fiat, sterilitas sequitur. B. De Mond van de Moeder/ de Roze/ de Kroon. G. Der Mund der Mutter. Gall. *Bouche de la matrice.* A. The Mouth of the Womb.

Osmunda, est Filicis species, quæ dicitur *Regalis, Palustris, Aquatilis, Florida* &c. An Etymologia sit ficta, an Barbarica, an ab ore mundando, necdum compertum habeo. B. Water-varen. G. Wasser-farn. Gall. *Osmunde.* A. Osmond royal, water-ferne.

Ossa, vide *Os*, dicuntur & *Ossicula*, suntque duri & lapidei cortices, qui nucleos circumdant.

Os Sepiæ, piscis sepiæ os candidum est, superiori autem fungosa quasi medulla ejusdem coloris repletum. Gr. Σήπιον, quia intra vesiculam in corpore liquor ater, ac si esset putridus, reperitur, nam σήπω significat putrescere. B. **Zeeschuim.** G. Fischbein/ Blackfisch/ Blackfittel. Gall. *Séche.* A. The Cuttlefish.

Ostaga, est *Volsella* seu forceps qua ossa eximuntur. Item, est instrumentum Chirurgicum, quo ossa vel attolluntur, vel deprimuntur, vel omnino loco moventur, ex ὀστέον os, & ἄγχω capio.

Osteocolla, est lapis albo cinereove colore ossisque figuram æmulans. Nascitur Darmstatino in agro in Palatinatu, (**aan de Berg-straat.**) item in Saxonia, in Silesia &c. crescit per arenam forma coralli albi. Putant hoc Remedio ossa cito conglutinari, & callo obduci, si intus sumatur, & Emplastris admisceatur. B. **Wal-steen/ Been-lijm.** G. Bein-bruch/ Bruch-stein/ Bein-well/ Walstein/ Sand-stein/ Stein-bein. Gall. *Ostiocolle.* A. A Stone like a bone, bone-binder.

Osteologia, est de ossibus enarratio seu descriptio, ex ὀστέον os, & λέγω narro. B. **Beschrijvinge der Beenen.** G. Beschreibung der Beinen. Gall. *Osteologie.*

Osteon, vide *Os.*

Ostocopi, sunt dolores ossium, sive potius dolores perioștei aut nervorum, ossa subeuntium: ossa enim quatenus ossa non sentiunt, dicitur & *Lassitudo contundens*, ex ὀστέον os, & κόπος labor. B. **Pijn der Beenen.** G. Smertze der Beinen. Gall. *Doleur de l'Os.* A. Pains in the Bones.

Ostrutium, seu Astrantia, vel Magistrantia, est *Imperatoria*, dicitur & *Laserpitium* primum videtur dictum, deinde depravata nomenclatura, *Osteritium*, postremo *Ostritium* cœpit appellari. Qui sanè lapsus admodum fuit, abjecta nempe littera prima *Asteritium*, & dein mutato *a* in *o*, *Osteritium* ac postremo magis concisè *Ostritium* nominare imperiti cœperunt. B. **Meester-wortel.** G. Meyster-wurtz/ Magistrantz/ Ostritz. Gall. *Imperatoire.* A. Pellitorie of spayne, Master-wort.

Osyris, est *Linaria*, sed illud nomen etiam aliis herbis imponitur: vocatur ab hodiernis Græcis *Auxyris*. Vide *Auxyris*.

Ota-

OTALGIA, sive aurium dolor, is sæpe est gravissimus & lacerans, atque adeo nonnunquam, ut non modo somnum omnem impediat, sed delirium inducat. Jam ut hic dolor non fit sine inflammatione, quæ aliquando exterius conspicua est, ita frequenter in abscessum transit, pure ex auribus fluente: aliquando iste dolor per vices affligit, & conjunctam habet odontalgiam, imo tinnitum & surditatem, ab οὖς auris, & ἀλγέω doleo. B. **Oorpijn.** G. Ohr-schmertzen/ ohr pein. Gall. *Otalgie, douleur d'Oreille.* A. Paine in the Eares.

OTENCHYTA, seu CLYSTER AURICULARIUS, Celso, Αὐλὸς Ægin. est siphunculus, quo medicamenta auribus immittuntur, ab οὖς auris, & ἐγχέω infundo. B. **Een Oorspeut.** G. Ein ohr sprütz. Gall. *Siringue d'Oreille.* A. An Auricular Clyster.

OTICA, sunt medicamenta, adversus aurium morbos, ab οὖς auris. B. **Geneesmiddelen der Ooren.**

OVA, sunt prima omnium animalium & vegetabilium rudimenta, in iis enim continetur Hominis, Brutorum ut & Vegetabilium primum stigma, quodque magis & magis solidescens suum producibile producit. B. **Een Ei.** G. Ein Ey. Gall. *Un Oeuf.* A. Egges.

OVARIUM, est testis muliebris, vide *Orchis.*

OVIDUCTUS, idem quod *Tuba Fallopiana.*

OVUM, est species doloris capitis, quæ sentitur magnitudine ovi: & sic à figura, quam ovum occupat, denominationem accepisse videtur. B. **Hooft-pijn een Ei groote.**

OVUM PHILOSOPHICUM seu CHYMICUM, est vitrum inferius rotundum, quodque in superficie fistulam ex eadem materia oblongam habet: hisceque utuntur ad circulandos & exaltandos liquores, dicitur & vas Hermeticum. B. **Een Philosooph Ei.** G. Ein Philosophisch Ey. Gall. *Oeuf Philosophical.* A. A Philosophical Egge.

OXALIS, est *Acetosa*, ex ὀξὺ acidum.

OXELÆUM, est mixtio aceti cum oleo, ab ὄξος acetum, & ἔλαιον oleum.

OXYACANTHA, est Berberis; sic dicitur ab acidis baccis, & spinis, ergo ab ὀξὺ acidum & ἄκανθα. Vide *Berberis.*

OXYACANTHA, est *Spina Acuta*, sive *Vallaris*, aut *Sepi-*

Sepicularis; ὀξὺ enim est acutum, & ἄκανθα spina. B. Hagedoorn. G. Hag-dorn. Gall. *Aubespine*. A. Haw-thorn, Whte-thorn.

OXYCEDRUS, sive acuta cedrus, quod cedri folia in acutam desinant aciem, ex ὀξὺ acutum, & cedrus.

OXYCRATUM, est aceti cum aqua mistio, Pusca vel Posca dictum, ab ὄξος acetum, & κεράννυμι misceo. B. Water en Eelt. G. Wasser und Essig. Gall. *Oxicratus L'eau avec vin aigre*. A. Vinegamixt With water.

OXYCROCEUM, est emplastri cujusdam nomen quod ex croco & aceto mixtum, pice aliisque rebus componitur, ex ὄξος acetum & κρόκος crocus. B. Saffraan pleister. G. Saffran pflaster. Gall. & A. Oxycroce.

OXYDERCICA, sunt medicamenta visum acuentia, ex ὀξὺ acutum & δέρκω video.

OXYGALA, est lac acidum, ex ὀξὺ, & γάλα lac.

OXYLAPATHUM, est Lapathum acutum, ex ὀξὺ acutum & Lapathum. B. Patich / Heerdig. G. Mengelwurtz / Streyff-wurtz / Grind-wurtz / Zitter-wurtz. Gall. *Pareille*. A. Dock.

OXYMEL, est compositio in formam syrupi, ex aceto & melle, ab ὄξος acetum, & μέλι mel. B. Azijn Honing. G. Essig-meth. Gall. & A. Oxymel. Vide *Apomeli*.

OXYREGLIA, est acidus è ventriculo ructus, ab ὀξὺ acidum, & ἐρεύγω ructo.

OXYRHODINUM, est acetum rosaceum, ab ὄξος acetum, & ῥόδον rosa. B. Rosen-eelt. G. Rosenessig. Gall. & A. Oxyrhodine.

OXUS, *Trifolium Acetosum*, *Alleluya*, & *Panis Cuculi*, vel quod Cuculus avis eo vescatur, vel quia hoc erumpente, cuculus vocem suam edere incipiat. *Oxus* vero vocatur ab acido sapore. Vide *Oxytriphyllum*.

OXYSACCHARUM, est compositio ex aceto & saccharo. Nonnunquam in aceto prius infunditur vitrum antimonii, & tunc dicitur *Vomitivum*; aliquando Scilla, & appellatur *Scilliticum*, ex ὄξος acetum, & σάκχαρον Saccharum. B. Asijnige Suyker. G. Essig Sucker. Gall. & A. Oxysacchara.

OXYNOSEMA, idem quod *Morbus Acutus*.

OXYTRIPHYLLUM, est trifolium acetosum, ex ὀξὺ acidum, & τρίφυλλον trifolium. B. Klaver-suring / Hoe-

hoeks-

hoeks-brood / Hoekoeks-look. G. Saurer-klee / Buch-klee / Buch-ampffer / Buch-brot / Guckhugs-klee / Gauch-klee / Hasen-klee / Gauch-brot / Hasen-ampffer. Gall. *Pain de Cocu.* A. Wod-sour, Wood-sorrel.

OZÆNA, est ulceratio interioris naris, tetrum odorem spirans, ab ὄζω olfacio. B. Een stinkende Neus-zweer. G. Näsen Geschwär. Gall. *Ozene*, *Punais*, *Poupe*. A. Stinking of the Nose.

P.

P Simplex Medicis *Pugillum* significat, imo & aliquando *pondo* vel ℔ aut ℔, vel ℔ simplex.

P. Æ. vel PART. ÆQ. denotat partes æquales.

P. N. idem est quod præter Naturam.

PAR. significat *Paria*, Ex. g. Rec. No. par. V.

PART. ÆQ. vide Supra.

PACHUNTICA, sunt medicamenta incrassantia, crassis ramosisque partibus prædita, quæ dum succis tenuioribus permiscentur, partes eorum conjungendo, & inter sese connectendo, crassiorem & stabiliorem consistentiam ipsis tribuunt, ut Bolus armena, Amylum, Nymphæa, Amygdala, Papaver, à παχύω incrasso. B. Verdikkende middelen.

PÆDARTHROCACE, cariem ossis significat; est scorbuti Symptoma, ex παῖς puer, ἄρθρον membrum & κακὸν malum, nam pueri hoc malo plerumque afficiuntur, verum & adultis quoque accidit, confunditur cum *Spina Ventosa*. Nihil aliud ergo est quam caries ossium, maximè circa puerorum articulos cum dolore obscuro & apparente tandem articuli tumore conjuncta, orta à materia acri, dissolvente & corrodente, ab ossium medulla incipiens, ulterius serpendo ulcera sinuosa & maligni moris, fistulasque in vicinia producit. B. Been-breter. G. Bein Fräsſer. Gall. *Devoreur de l'Os.* Vide *Caries* & *Teredo*.

PÆDOTROPICA, est pars Hygienæ, spectans ad puerorum regimen, ex παῖς puer, & τροπὴ ratio, modus, vel à τρέφω nutrio. B. Opvoedinge der Kinderen.

FÆONIA, vide *Pæonia*.

PA-

PALÆTYRUS, eſt caſeus vetus, ex παλαιὸς vetus, & τυρὸς caſeus, à τήκω ſicco, caſeus enim eſt lac ſiccatum.

PALATUM, eſt ſuperior oris pars, inſtar tholi leviter concavum, unde & oris cœlum appellatur. Item Ὑπερῶον, Οὐρανὸς, Οὐρανίσκος Galeno. B. Het Verheimelte des Monds. G. Der Gaume. Gall. *Le Palais.* A. The Pallate.

PALIMPISSA, vide *Pix.*

PALINDROME, eſt morbus recidivus, ex πάλιν iterum, & δρόμος curſus. B. Een wederkomende Siekte.

PALIURUS, dicitur quaſi πάλλω οὖρον, urinam moveo, à πάλλω πάλος, vel dicitur quaſi πάλιν οὖρος iterum urina, id eſt, bis mingens: Paliurus enim inter diuretica à quibuſdam habetur. A. Prickly-bramble, White-thorn.

PALLIATIO, ſive CURA PALLIATIVA, eſt therapeia, qua morbi incurabiles, quantum fieri poteſt, medicamentis localibus, mitigantur. B. Plaats-middelen / Streel-middelen.

PALMA, eſt interior manus pars, *Vola* dicta. B. De Hand-palm. G. Das Flache Hand. Gall. *La Paume.* A. The Palme.

PALMA, in vegetabilibus dicitur majus vitis flagellum, unde naſcuntur uvæ.

PALMA, Gr. Φοίνιξ, dicitur quod comam in cacumine habeat circumtenſam, & ramos in digitorum modum protenſos.

PALMA CHRISTI, eſt *Ricinus*, ſic appellatur, quod ſcilicet ejus folia in humanæ manus effigiem articulentur: ideoque etiam *Pentadactylum* vocatur. Vide *Ricinus.*

PALMA CHRISTI, eſt Satyrion Baſilicum ſeu Regium, Arabibus *Bucheiden*, *Avicennæ digiti citrini:* nomen invenit à ſimilitudine, quam ejus radix cum humana habet manu.

PALMARIA, eſt Planta, cujus folia palmam manus, & ob quinque diviſiones digitos referant. B. Handelens-kruid. G. Kreutz-blum.

PALMARIS MUSCULUS, venit ab interno humeri oſſis tuberculo, tendineo, gracilique carneorum faſcium cœtu ejectus, tendineus mox uſque in volam atque digitorum limites expanditur: cuti exterior pars, nexis, non ſine laceratione ſolubili, cohæret, volamque in rugas contrahit. B. De Palm-ſpier. G. Der Flache-Hand muſk. Gall. *Muſcle de la Paume.* A. The brawne of the palme.

PAL-

PALMITES, dicuntur quæ è ſtirpibus ac ſurculis quotannis prodeunt, ſic nominatæ quod in modum humanarum palmarum virgulas quaſi digitos edunt.

PALMULA, vide *Coſtæ*, & *Palma*.

PALMUS, eſt tremor & palpitatio cordis, à convulſione aut irritatione nervorum, cujus cauſa in ſanguine vel ſucco nervoſo conſiſtit, vel in aquâ pericardii, à πάλλω vibro, quatio. B. Hert-bevinge. G. Herzbebung. Gall. *Tremblement de cœur*. B. Shivering, or palpitation of the heart.

PALPEBRÆ, Gr. βλέφαρα, ſunt integumenta oculos claudentia & tegentia: conſtant ex cute, membrana carnoſa, muſculis, tunica, tarſis & ciliis; ſuntque vel ſuperiores vel inferiores. B. De Oog-ſcheelen. G. Die Augenlieder. Gall. *Les Paupieres*. A. Eyelids.

PALPITATIO, ſeu PULSATIO CORDIS, eſt motus convulſivus non Arteriarum ſed cordis, nam licet violenter & perturbato motu contrahatur, extendaturque, in carpo vix tamen ſentitur; ſed ægri ipſi id percipiunt, non ſine moleſtiâ aliquando maximâ; ſæpe manu pectori applicatâ, palpitatio dignoſcitur, & cum maxima eſt, ſonitum edit, quem è longinquo audimus, aut coſtæ diffringuntur, vel ſi oſſa mollia ſint, extrorſum cedunt, & in ipſo verò corde & auriculis, aut altera tantum, vel principio arteriæ ſæpe maxima extenſio, & Aneuriſma inducitur. Adhæc Palpitatio Gradus habet, neque ſemper adeo ferax eſt, unde per Periodos incidit: at motu corporis vel animi perturbatione, æſtu, vino, &c. intenſior fit, quiete vero & ſomno leniter; cum Dyſpnæa, Scorbuto, Cachexia, Chloroſi &c. plerumque jungitur, aut hi cum iſta. Cauſæ ſæpe ſunt cordis obſtructiones à ſanguine coagulato, oſſiculis, polypo, arteriæ initio anguſtato &c. B. Hert-kloppinge. G. Das Hertz-klopffen. Gall. *Palpitation de Cœur*, *Treſſailement* & *Tremblement de Cœur*. A. Panting of the Heart.

PAMPINI, ſunt frondentium ramuſculorum comæ colliculique fructum foventes & ab impendente vindicantes injuria. Hinc pampinare, eſt pampinos ſuperfluos ex vinea detrahere, poſteaquam fronduit.

PAMPINIFORME CORPUS, ſive VARICOSUM, aut PYRAMIDALE, ſunt arteriæ & venæ ad teſticulos euntes, quæ communi tunica includuntur, & corpus referunt pampinis criſpatis ſimile. Vide *Varicoſum Corpus*. B.

Wijnranks gelijke lighaam. G. Der Reb-blat Gleiche Thiel. Gall. *Corp Pampiniforme.* A. Vine Branchelike body.

PANACEA, eſt medicamentum univerſale, omnes morbos indifferenter curans; ſed an detur dubito: de tabaco, tinctura ſolis, tartaro vitriolato, lapide philoſophico, plurima plurimi jactant, ex πᾶν omne, & ἀκέομαι ſano, medeor. B. Een algemein geneeſ-middel. G. Ein algemeine artzney/ die fur alles hilfft. Gall. & A. *Panace.*

PANARITIUM, idem quod *Paronychia.*

PANATA, idem quod *Panatella.*

PANATELLA & PANATA, eſt pultis genus, ægrotis utile, ex medulla panis triticei vel ſecalicei cum aqua in pultis formam, coctum. Melioris nutritionis gratia ova interdum admiſcent. Sæpe ſemina melonum adduntur, ut magis eſſet refrigerans, à pane nomen ſumpſiſſe videtur, licet Italica ſit vox. B. Brood-pap/ Water-pap. G. Brodt-bruhe. Gall. & A. Panatelle, Panade.

PANAX, & PANACES, dicitur ἀπὸ τῆ παντὸς ἀκέσθαι, hoc eſt, à ſanandis omnibus morbis.

PANCHYMAGOGA, ſunt medicamenta purgantia, quæ dicuntur vim habere, omnes humores vitiatos è corpore educendi; ſed an tale detur, dubitandum, ex πᾶν omne, χυμὸς ſuccus, humor, & ἄγω duco. B. Een algemein buik-zuiverent middel.

PANCOENUS, idem quod *Pandemius.*

PANCRATIUM, dictum videtur, à profligandis & vincendis morbis omnibus, ex πᾶν omne, & κρατέω vincio fortiter teneo.

PANCREAS, *Pancration*, *Pancreon*, *Callicreas*, *Callicreon* & *Lactes*, Synonima ſunt. Gr. πάγκρεας. Eſt glandula conglomerata in abdomine, ſub poſteriore ventriculi parte ſita & duodeno inteſtino alligata, uſque ad hepatis & lienis regiones extenſa, cujus munus eſt ſuccum lymphaticum volatilem & inſipidum, vel ut aliis placet (res enim anceps eſt) ſubacidum, per proprium ductum ad duodenum, ulterioris chyli fermentationis & volatiliſationis, nec non bilis ſubjugationis & attemperationis gratia, ablegare. Glandula hæc maxima eſt in toto corpore, in hominibus mediocris, in canibus ulnæ magnitudinem non raro excedit, ex πᾶν omne, totum, & κρέας caro, quaſi diceres totum carnoſum. Vide *Callicreas.* B. Alvleis/ buik-lilier-bedde/

de / schoon vleis / de groote klier. G. Das Gekrößgedruse / die Grose druse. Gall. *Le Pancreas.* A. The Pancreas, all flesh, vel sweet-bread.

PANDALEA, Neoterici ferè vocant idem quod Electuarium solidum, nisi quod *Pandaleon* integrum remanet. Etenim saccharum ritè coctum pixidi infunditur, ac solidescere sinitur: æger fractam partem accipit instar eclegmatis: Pandaleon à Rotulis, Morsulisve non nisi forma differt.

PANDALITIUM, idem quod *Panaritium.*

PANDEMIUS, sive morbus communis, est morbus ejusdem speciei, qui in una regione plures simul invadit, ex πᾶς omnis, totus, & δῆμος populus. B. **Een Algemeene Ziekte.** G. Eine allgemeine Kranckheit / eine Seuche. Gall. *Maladie Commune*, vel *Pandemique.* A. A Common dissase.

PANDICULATIO, Gr. Σκορδινιασμὸς, Σκορδίνημα, est convulsio brachiorum in altum sublatorum sub certâ figurâ, ac nonnihil versus lumbos contractorum, unde etiam ipsi lumbi nonnihil convelluntur, inflexo, & ad latus alterutrum, commoto corpore, imo etiam collo, ut facies quoque ad latus spectet, caputque versus dorsum inclinetur; verum in Pandiculatione convulsio non est convulsio diuturna, sed cum lenta, tum brevis: atqui plus, quam rigor solitam corporis figuram efficit, qua de causa magis spectat ad Opisthotonon. Imo Pandiculatio sæpe cum Oscitatione una incidit; aut oscitationem excipit Pandiculatio, vel hæc istam, & plerumque mutuæ vicissitudines fiunt inter Oscitationem, Pandiculationem & Horrorem, Rigoremque sese mutuo excipientes, aut alteram cum altera complicantes. B. **Uitrekking.** G. Das Recken und strecken des leibes. Gall. *Estension*, *Pandiculation.* A. Stretching.

PANICULA, dici potest quidquid sublonga vel subrotunda effigie tumet, ut quæ pendet è picearum ramis. Lanosam quoque comam in milio, panico, arundine, & qualem in arvis complures herbæ & in palustribus junci gerunt, Latini Paniculam dixere.

PANICUM, est Milii species: à paniculis dici perhibent, Gr. Ἕλυμος ab ἕλος palus, quia locis paludosis gaudet vel ab εἰλέω involvo, quia multum seminis involvit. B. **Panik koorn.** G. Heydelpfenich / pfenich / fuchs schwants / pfench / sech welscher hirs. Gall. *Panic.* A. Panick.

PANICUS, est repentinus terror & consternatio, dicitur à *Deo Pan*, qui minatus terrorem immittit: *Pan* Pastorum numen olim fuit.

PANNICULUS ADIPOSUS, idem quod *Panniculus Carnosus*.

PANNICULUS CARNOSUS, Gr. Ὑμὴν σαρκώδης, est *Membrana*, ut videtur, *adiposa*, pinguedini subjecta, in plurimis locis satis crassa & musculosa, in aliis iterum membranosa, plurimos ductus adiposos emittit, & velamentum toti corpori præbet. B. **Het vleizig Vlies.** G. Daß fleischerne häutlein. Gall. *Pannicule Carneux*. A. The Fleshy membrane.

PANNICULUS NERVOSUS, idem quod *Panniculus Carnosus*.

PANIS CUCULI, vide *Oxus*.

PANIS PORCINUS, vide *Cyclamen*.

PANNUS, oculi morbus est, quando vasa sanguinea ad angulos oculorum excurrentia, propter obstructionem, sive inflammationem sanguine turgent. Postea crescente hoc malo, tela, quasi carnosa oculum vel ex parte vel in totum in superficie, obducunt, adeo ut oculi à lumine maximè offendantur, & planè rubeant. B. **Een oogslap.**

PANNUS, notat *Maculam* vel *Nævum* in cute sive ex lue gallicâ, sive ex alio morbo maligno dependentem, est macula grandior palmæ interdum magnitudinis, coloris subflavi, vel rubicundi, fusci vel subnigri, in facie sæpius proveniens, & sexum sequiorem deformans. B. **Honingvlekken/ Sonne-brand.** G. Die Honig-flecken/ Sonnenbrand.

PANUS, est species bubonis sub axillis, faucibus, auribus & inguinibus in partibus sc: glandulosis. Sumitur etiam pro *Phygetlo*. B. **Kliergezwel onder d'oxelen.** G. Schliergeschwulst/ drusen geschwülst.

PAPAVER, Gr. Μήκων, dicitur à μὴ κρᾶν non ministrando, quod suis fungi muniis vescentes non patiatur. *Papaver* dicitur nomen habere à formoso puero Papavere, in florem sui nominis verso, alii derivant à papo lacteo infantum, vel quod ejus semen infantum lacti admiscetur, vel quia ejus folia lac fundant. B. **Peul/ maan-kop.** G. Magsamen/ mohn. Gall. *Pavot*. A. Poppy.

PAPILLÆ INTESTINORUM, sunt glandulæ exiguæ, qui-

quibus intima intestinorum tunica referta est, quæ chylum colatum imbibunt & lacteis venis tradunt. Vide Anat. nostr.

PAPILLA, est prominentia rubra in medio mammarum consita, cujus pori recipiunt omnes tubulos lactiferos, à glandulis mammariis, prodeuntes. Gr. Θηλὴ. B. De Tepel / speene. G. Brust-wartzlein / dutten / Wartzlein. Gall. *Le tetin*, *le bout de la mammelle*. A. The Nipple of a breast.

PAPILLARE Os, idem quod *Sphenoides*.

PAPILLARUM processus, sunt extremitates nervorum olfactoriorum, quæ mucosos humores, per fibras, os cribriforme perforantes, in narium cavernas & palatum deducunt. B. De Tepelwijse uytsteeksels van de reuk-zenuwen.

PAPPUS, tam Græcis quam Latinis lanugo ex floribus & fructibus decidua est. Sic etiam lanosi quidam villi, qui defloreſcentibus aliquot herbis remanent & postmodum in auras evanescunt, pappi sunt; ut in senecione, soncho, & plerisque aliis fit.

PAPULÆ, idem quod *Pustulæ*, vide *Exanthemata*. Item species morbillorum, quæ etiam *Boa Sudamina*, *Fervidæ Eruptiones* & *Rubicundæ Cutis Aspredines* dicuntur. B. Rood-jong / rood-honk / rood-jook / rood-bonk. G. Zittermaahl / Hitz blätterlein. Gall. *Bourgeon*. A. A pimples, whelkes, blisters.

PAPYRUS, est arundinis species Niloticæ: à Papyro, Cognomen Papyrii, πάπυρος deductum est, à quo Papyriana tribus, estque res & vox Ægyptiaca, quia radice utebantur proligno ad ignem struendum: dici itaque posset à πάω & πῦρ, quod ignis pabulum esset.

PARACELSISTICA MEDICINA, idem quod *Hermetica*.

PARACENTESIS, sive punctio, est perforatio Thoracis vel Abdominis, per cannulam cuspidatam. In thorace fit, quando repletus sit pure vel aqua, & punctio instituitur in latere, intra quintam & sextam vertebram, in Abdomine vero cum illud Hydrope ascite intumet, ad latus lineæ albæ abdominis, in musculis rectis & oblique ascendentibus: bus: adsint vires robustæ, & purgatio præcedat, etiam sint pulmones, intestina, reliquaque viscera incorrupta, quum umbilicus protuberet, aliam viam ne investigato, ibi vero apertionem moliri necesse erit. Pus

aquamve ne simul educito, sic enim ægrum jugulares, sed per partes, ut septenis diebus libram, aut libram unam & semissem, secundum ægri vires. Operatione peractâ emplastro astringente & conglutinante vulnus obturandum. Si meatus & vasa intus sint rupta, ex Paracentesi auxilium quærere, esset oleum & operam perdere, sibimet hæc committenda, à παρακεντέω compungo. B. **Buik-opening / buik-steking.** G. Eröffnung des Bauches / mitt einem eisen. Gall. *Paracentese*, *Apertion de Ventre*. A. Perforation of the Belly.

PARACHETEUSIS, idem quod *Derivaratio*.

PARACMASTICA, est febris continua decrescens: item ætas declinans, à πάρακμάζω decresco. B. **Een afgaande Hoogte / of afgaande Ouderdom.**

PARACME, vide in *Acme*.

PARACUNANCHE, est inflammatio cum febre continua & respiratione difficili, in musculis laryngis exterioribus, excitata, ex παρὰ de, κύων canis, & ἄγχω ango. Vide *Angina*.

PARADYSI GRANA, vide *Cardamomum*.

PARALYSIS sive RESOLUTIO, est movendi impotentia in his aut illis musculis, qui dicuntur arbitrio nostro subjecti, quod tamen non admodum strictè intelligendum: nullus adest dolor, membra flaccida sæpe etiam macilenta, & ad tactum frigidiora, subinde etiam sanguis quoque ablatus est, aut vermes quasi repentes in partibus percipiuntur. Si in utroque latere *Paraplegia* dicitur, si in uno *Hemiplegia*: si in hoc aut illo membro particularis appellari solet, à παραλύω resolvo. B. **Lammigheid.** G. Der schlag / paralyß / das Gut / troff. Gall. *Paralysie*, *Affolure*. A. The Palsey, Lameness.

PARALYSIS HERBA, seu PARALYTICA, dicitur vulgo *Primula Veris*, & *Betonica Alba*: vocatur, quod paralyticis morbis medeatur.

PARAMESUS, est digitus medio proximus, minimoque vicinus, qui *Medicus* & *Annularis* dicitur, ex παρὰ juxta, & μέσον medium. Vide *Digiti*.

PARAPHIMOSIS & PERIPHIMOSIS, est penis vitium, cum cutis ita curta est, ut glandem adducta, contegere nequeat. Item, cum ea, quæ meatus præter sanitatem claudebant, remota fuerint. Item uteri angustia & contractio, ex παρὰ de, & φιμόω camo obligo.

PA-

PARAPHRENITIS, est delirium cum febre continua ex inflammatione diaphragmatis, cum respiratione difficili, ut Veteres somniabant: verum hanc sententiam *Th. Willis* evidenter refutavit, & dixit materiam morbificam seu phreneticam cerebellum invadere, unde spirituum animalium fluxus inhibetur, & per consequens difficultas circa diaphragma & pulmones excitatur, ex παρὰ ex, & φρενῖτις phrenitis. B. **Bastaart rasende koorts.**

PARAPHROSYNE, sive DELIRIUM, est lævis quædam imaginationis & judicii alienatio, ex παραφρονέω mente sum alienus. Vide *Delirium.*

PARAPLEGIA, est paralysis quæ omnes corporis partes capiti subjectas occupat, ab utriusque trunci medullæ spinalis obstructione, ex παρὰ de, juxta, & πλήττω percutio. B. **Lamheid des gantschen Lichaams.** G. Algemeine Slag des gansen Leibes. Gall. *Paralisie par tous le Corp.* A. Universal Palsy.

PARAPLEXIA, idem quod *Paraplegia.*

PARARHYTHMUS, est pulsus alterius indolis quam ætas fert, ex παρὰ præter, & ῥυθμὸς modulus. B. **Een Pols die tegen de gemeene regel slaat.**

PARASTATÆ, idem quod *Epididymis*, à παρίημι juxta sto.

PARASYNANCHE, est inflammatio musculorum ipsius pharyngis, seu faucium cum febre sæpe continua, ex παρὰ præter, σὺν cum, & ἄγχω strangulo, Gr. Ὑάγχη seu *Angina Porcina Aureliano*, quod suibus familiare sit malum.

PAREGORICA, sunt medicamenta mitigantia & anodyna, à παρηγορέω lenio, mitigo. B. **Versagtende dingen.** G. Smertzen lindrende artzney. Gall. *Mediçament appaisant les doleur Paregorique.*

PAREMPTOSIS, est casus, vel coincidentia; exempli gratia: quando è corde constricto, in arteriam magnam delabitur cruor, à παρεμπίπτω incido. Vide *Coincidentia.*

PARENCEPHALOS, idem quod *Cerebellum*, ex παρὰ juxta, post, & ἐγκέφαλος cerebrum. Gr. Παρεγκεφαλὶς *Herophilo*, Ἔγκρανον *Galeno*, Ἐπίκρανις *Poll.* Ὀπισθίος Ἐγκέφαλος. Vide *Cerebellum.*

PARENCHYMATA, sunt viscera, per quæ sanguis, ad ulteriorem perfectionem & fermentationem, intimè trajicitur, perfunditur & transcolatur: ut Pulmo, Cor, Hepar,

& Lien. Pro omnibus viſceribus aliquando paulo latius ſumitur, à παρὰ χέω transfundo. B. Ingewanden daar het bloed door vlied. Gall. & A. *Parenchime.*

PARDALIANCHES ACONITUM, ſic vocatur quod pantheras necet & pardos; πάρδος eſt pardus, & ἄγχω ſtrangulo.

PARESIS, eſt Paral ſeos ſpecies quæ poſt dolorem colicum inducitur, à παρίημι laxo, ſolvo. Vide *Paralyſis.*

PARIETALE OS, idem quod *Bregma* vel *Sinciput.*

PARIETARIA, MURALIUM, Gr. Ἑλξίνη & Περδίκιον ſic vocatur à parietibus, & muris, quibus accreſcat, vel juxta proveniat. B. Glas-kruid. G. Tag und nacht / S. Peters-kraut / Glaß-kraut / Maur-kraut. Gall. *Parietaire.* A. Pellitory of the wall.

PARIS HERBA, ſeu UVA LUPINA, & UVA VERSA, eſt Aconiti ſpecies. B. Wolfs-beſie / Dolwortel / Wolfs-wortel / Spinne-kop. G. Wolfsbeer / ein beer / Doll-wurtz. Gall. *Raiſin de Renard.* A. One Berrie & Herbe true love.

PARISTHMIA, ſive AMYGDALÆ, ſunt glandulæ duæ, quæ tamen tenui, lataque productione inter ſeſe connectuntur, ſinum habent utrinque unum communem, amplum & ovalem in os apertum; uſus præcipuus eſt, materiam quandam mucoſam, ſive pituitoſam in fauces & os effundere. Vocantur etiam *Tonſillæ*, Ἀμυγδάλαι, Μῆλα, & Σπόγγοι *Hippocrati*, *Antiæ*, ex ἀντὶ juxta, & ἰσθμὸς iſthmus. B. Amandelen. G. Mandeln. Gall. *Amygdales.* A. Almonds.

PARONYCHIA, eſt herbula, ſic fortè dicta, quod malis circa ungues medeatur, ex παρὰ ad, vel, juxta & ὄνυξ unguis, quaſi ad unguem. A. Felon, Whit-low, Whit-low-graſs.

PARONYCHIA, PANARIUM, ſive REDUVIA, eſt Inflammatio ſubcutanea in apice digiti manus, quæ primo vix exterius conſpicitur, dolore nihilominus acerrimo, qui vigilias moleſtas facit, cum ardore & pulſatione: ſed tumore penè nullo in principio, aut rubore manifeſto: tertio autem vel quarto die, cum tumor, tum inflammatio exterius elucent, & ſæpe ad manum vel humerum uſque extenduntur. Originem habet ex acri, & corrodente humore, tendines, nervos, perioſteum, imo os ipſum corrode-

re valente, ex παρὰ juxta, & ὄνυξ unguis. Lat. *Panaritium*. B. **Nijd-nagel/ de Vyt/ Worm/ siekte sonder naam.** G. Finger-wurm/ Grippeln/ das böse ding/ Nagel-geschwär. Gall. *Paronichie*, *Panaris*. A. A felon, or whitlow.

PAROPIÆ, sunt anguli oculorum minores, tempora versus spectantes, ex παρὰ juxta, & ὄπτομαι video. Vide *Canthus*.

PAROPTOSIS, antiqua quædam adustionis species est, quæ in variis morbis usu veniebat, à παροπτάω aduro. B. **Branding.**

PAROTIDES, sunt glandulæ post aures sitæ. Item tumores glandulis, post aures, contingentes, ex παρὰ pone, juxta, & οὖς auris. B. **Oor-klieren/ gezwellen achter 't Oor.** G. Die Ohren-drüsen/ harte Beutzel/ Geschwulst hinter den Ohren. Gall. *Tumeur sous les Oreilles*. A. A Swellings behinde ones eares.

PAROXYSMUS, est pars periodi morborum, qua intenduntur & exacerbantur: estque vel ordinatus, qui certis temporibus intensionis affligit, ut in febri tertiana, vel inordinatus, qui nullum certum intensionis tempus observat; sed nunc hoc, nunc illo die redit; nunc citius, nunc tardius infestat, ut in febre erratica. Vocatur & *Periodus*, *Accessio* Celso, *Exacerbatio* & *Invasio*, aliis Παροξυσμὸς, Εἰσβολὴ Gal. Λήψις Arist. cujus ipsius initium Ἀρχὴ & Ἐπαγκωμασία Galeno dicitur, à Παροξύνω exacerbo. B. **Aanval/ Overval/ Verheffinge.** G. Entzündung/ der Anstoß/ anfall. Gall. *L'acces*. A. Fitte of the disease.

PARS, est corpus toti cohærens, communique vita conjunctum, actionibusque perficiendis comparatum. Partes dicuntur sensibiles, spermaticæ, & sanguineæ: similares & dissimilares; organicæ vel inorganicæ: principales & ministræ: continentes & contentæ &c. Gr. Μέρος & Μοῖρα. B. **Een Deel.** G. Ein Theil. Gall. *Partie*. A. Part.

PARTHENIS & PARTHENIUM, est planta cujus nomen variis imponitur herbis: sic appellatur, quod morbis uterinis mulierum, præsertim virginum, medeatur: sic vocatur Matricaria, & Artemisia: παρθένος enim virgo est, in specie aliquando camomilla fœtida est Fuschio, quod vocat *Amaracum*, *Solis oculum*, *Millefolium*: Thuscis *Canta* est; officinis & Herbariis *Cotyla fœtida* est, vide *Cotyla*.

PARTUS, est fœtus maturi in lucem editio, in partu ordinario fœtus membranis ruptis, caput antrorsum vertit,

eoque versus uteri collum inclinato, egressum conatur, solito more fœtus mense nono excluditur, partus non fit absque motu convulsivo musculorum abdominis, dorsi, Diaphragmatis & aliarum partium: imo etiam non sine dolore, anxietate & molestia, mereturque sane morbis accenseri convulsivis. Gr. Τόκος, Τέξις, Κύησις. B. **De Baring.** Sumitur & pro ipso fœtu, tunc B. **De Vrucht.** G. Geberung/ Geburt/ Frucht. Gall. *Enfantement, Generation, Travail.* A. Delivreance. G. Kinds-noth/ in Kinder nöthen arbeiten. Gall. *l'Accouchement, Travail.* A. Child-Bearing.

PARTUS CÆSAREUS, est, quando infantes in difficili partu, ex abdomine & utero exscinduntur. *Scipionem Africanum* primo ex utero sectum testatur antiquitas, adhuc superstite matre; idem de *Manlio* aliisque creditur, unde omnes Romani Cæsares nomen accepisse vulgo creditur, quia ex eadem familia erant.

Qui Cæsaris nomen sit sortitus,
E Matris Cæsum fuisse utero.

B. **De Keiserlyke Sneede.** G. Der Keiserliche Schnit. Gall. *Section Cesarienne.* A. The Imperial cutting.

PARTUS DIFFICILIS, idem quod *Dystocia.*

PARVIVISCERULUS, Gr. Σπλαγχὸς, est, qui parva viscera habet, & nonnunquam prava. B. **Klein van Ingewanden.**

PARYLIS, est inflammatio, putredo, aut excrescentia, juxta gingivas, ex παρὰ juxta, & οὖλον gingiva.

PASMA, idem quod *Diapasma.*

PASSA, & PASSULA UVA, est uva sicca solem passa.

PASSERINA, est Alsine, quia passeres hac herba gaudent.

PASSIO, idem quod *Pathema.*

PASSIO BOVINA, vide *Phthiriasis.*

PASTA REGIA, idem quod *Martius panis.*

PASTILLUM, est pomum odoriferum, fit ex odoratis pulveribus, qui cera, styrace liquida, Balsamo indico, Tragacantho cum tantulo terebinthinæ excipiuntur, & in globum formantur: usus est ut gratus odor concilietur, sumitur aliquando pro troschisco. B. **Een Muskbal.** G. Ruch Kuglein. Gall. *Pastille.* A. Pomander Balles.

PASTINACA, ejus nomen à pascendo dictum videtur;

alit

alit enim corpus & Venerem ciit, vel quod ſpontè in agris naſcatur, eamque plebs ſæpiſſimè depaſcatur: vel quod paſtinum habeat, & ibidem referat radix (paſtinum eſt ferramentum bifurcum, quo ſemina panguntur, & paſtinaca vulgaris tale ferramentum unica furca refert: ſic & piſcis paſtinaca, à tela paſtino ſimili nomen accepit) certè poſtulat ratio ut paſtinaca eodem modo dicatur. Gr. Σϕυλῖνος. B. **Paſtinaken / Pinſternakelen / witte wortelen.** G. Paſtenach / Weiſſe Ruben. Gall. *Paſtenade.* A. Parſneps.

PATELLA, idem quod *Mola Genu.*

PATHEMA, eſt omnis paſſio, morbus, ſeu affectus præter ordinem, quo corpus noſtrum laborat; Gr. πάθος & πάθημα, παθήματα τῆς ψυχῆς, ſunt animi affectus, à πάσχω patior. B. **Lydinge / beweginge des gemoeds.** G. Bewegung des gemüts. Gall. *Affection, Diſpoſition, Paſſion.* Ita quoque A.

PATHETICUS, eſt nervus quarti paris intra cranium: quarto pari apud *Williſium*, & octavo apud *Fallopium* accenſetur, à πάσχω patior. B. **De lydende zenuw.** G. Die leidende ſpannader. Gall. *Le Patient nêrf, nêrf Pathique.* A. The pathetick nerf.

PATHOGNOMONICUM, eſt ſignum proprium inſeparabile, quod ſoli & omni convenit, ejuſque eſſentiam indicat, quod etiam à principio ad finem durat: ut in pleuritide vera, ſemper adeſt febris continua, reſpiratio moleſta, lateris dolor punctorius & tuſſis, ex πάθος affectus, & γινώσκω cognoſco. B. **Een eigen Teiken.**

PATHOLOGIA, eſt pars Medicinæ, docens morboſam corporis noſtri conſtitutionem, ex πάθος affectus, & λέγω dico, narro. B. **Verhaal der ongeſondheid.**

PATHOS, idem quod *Pathema.*

PATIENTIA, eſt corrupta vox ex Lapathum; ſi enim auferatur *La*, manet Pathum, ut patientiæ nomen reſultare videatur.

PATIENTIÆ MUSCULUS, idem quod *Levator.*

PECHIAGRA, eſt arthritis circa articulationem cubiti, ex πῆχος cubitus & ἄγρεύω capio. Vide *Arthritis.*

PECTEN VENERIS, ACULA, Gr. Σκάνδιξ, eſt ſpecies Chærefolii ſylveſtris: dicitur quod ejus ſeminum thecæ vel pecten referant, vel ſi ſinguli dentes ſumantur, acui ſimiles ſint. B. **Naalde kervel.** G. Wilde Mooren. A. Pinkenelde, ſtorkes-bill, wild chervil.

PECTINIS Os, idem quod *Os Pubis*.

PECTORALIA, seu BECHICA, sunt vel attenuando, vel incrassando & leniendo, ut ea quæ in pulmonibus tussim excitant, ad expectorandum apta reddantur. Gr. Βηχικὰ. B. Boꝛſtmiddelen.

PECTORALIA, idem quod *Bechica*.

PECTORALIS MUSCULUS, brachium pectori admovet, & pectori incumbit. Tam, claviculæ quam sterni, nec non trium aut quatuor costarum à quarta cartilaginum sparsis suis adhæret involucris: infernè autem tendine robusto, complicato ac brevi ossis humeri medio latè à Deltoidis Musculi latere connectitur: Singulæ Musculi hujus à sese invicem dissitæ fibrarum Classes, ut omnibus, externæ interioribus tendinibus longiores, ita pro ab ossis humeri insertione distantia, laxiora intervalla ac spatia relinquunt. Hujus fasciculi ac ordines varii sunt, unde in multiplices etiam, ratione adhæsionis, posset resolvi; separato enim atque elevato fibrarum manipulo Musculum hunc constituente, tortus apparet. B. De Boꝛſtſpier. G. Der Bruſt-mauß. Gall. *Muscle de la Poitrine*. A. The Muscle of the Breast.

PECTORIS Os, idem quod *Sternum*.

PECTUS, Gr. Στῆθος, Θώραξ, est pars thoracis anterior, quæ sub juguli clavicula est usque ad diaphragmatis regionem extensa, cujus posterior pars *Dorsum* appellatur. B. De Boꝛſt. G. Die Bruſt. Gall. *Poitrine*. A. Breast.

PEDAMENTA, sunt, quibus stat recta vinea, hoc est, quibus veluti pedibus nititur. Nominantur quoque *Penamina*.

PEDICULARIA, & PEDICULARIS, dicitur Staphis agria, sic dicitur, quod pediculos necet.

PEDICULARIS, ab effectu nomen habet, si enim à pecoribus, ut fertur, inter cætera pabula devorata fuerit, pediculorum ingentem copiam procreat. Gr. Ἀλεκτοροφόλος ceu crista galli censetur, cui folia similia gallinaceæ cristæ sunt, imo ob rotam congeriem, multiplicis & densæ gallinacei cristæ modo saltigiatam, sic posteriores dici putant: aliqui *Fistulariam* nominant, quod ad fistulas & sinuosa ulcera utilis esse credatur. Vide *Alectorolophos*.

PEDICULARIS MORBUS, idem quod *Phthiriasis*.

PEDI-

PEDICULUS, idem est quod *Petiolus*, quo nempe folium, fructus aut flos dependet.

PEDICULUS, est insectum homini præsertim infestum.

PEDICULUS ELEPHANTIS, est *Anacardus*, sic ob magnitudinem, & fortasse ob analogiam ita appellatur.

PEDILUVIUM, est balnei species, lavandis pedibus utilis, uti ex ipso vocis sono liquet. B. Een Voet bad. G. Ein Fuß bad. Gall. *Bain aux pieds.* A. A Foot-bath.

PEDIUM, idem quod *Planta pedis.*

PEGANUM, vide *Ruta.*

PELECANATIO CHYMICA, idem quod *Circulatio Chymica.*

PELICANUS, est instrumentum Chirurgicum, dentibus evellendis destinatum; forfex est rostro incurvato, dentibusque intus, melioris apprehensionis gratiâ, munito. Item Instrumentum est Chymicum circulatorium dictum à figurâ pelicani rostro pectus suum fodientis nuncupatum, amplo ventre sensim in angustius collum vergente, quod retortum & recurvum os rursum in ventrem immittit. Hoc vas in fundo canalem, per quem liquor infunditur, habet, qui, liquore infuso, hermetico sigillo occluditur, & calori admovetur. B. Een Pellicaan. G. Ein Pellican. Gall. & A. *Pelican.*

PELICANATIO, vide *Pelecanatio.*

PELIDNUS, est color faciei plumbeus & lividus, Melancholicis frequens, à πέλος niger, fuscus. B. Loodverwige Coleur.

PELLICULA, idem quod *Membrana* vel *Tunica.*

PELLIS, cutis est brutorum, pilis aut lana necdum orbata, alias si præparationem subiisset corium appellaretur. B. De Huid/ Vel. G. Die Haut/ Fell. Gall. *Peau.* A. The Skin, Hide.

PELTALIS CARTILAGO, idem quod *Ensiformis Cartilago.*

PELVIS, est locus ille in ventre imo, quo vesica & uterus continetur. B. Het Bekken. G. Das Becken. Gall. *Un Bassin.* A. A Basen.

PELVIS AURIUM, vide *Cochlea.*

PELVIS CEREBRI, vide *Choana.*

PELVIS RENUM, est receptaculum membranaceum in utroque rene, quod urinam recipit & in ureteres effundit.

dit. B. Het Nierbekken. G. Das Nierenbecken. Gall. *Bassin de rein.* A. Basen of the Kidney.

PEMPHIGODES FEBRIS, est, quæ ob caloris intensionem pustulas & bullulas, producit: aliis placet febrem esse ventosam & flatuosam, seu *Ampullosam*, ex πέμφιξ flatus, bulla, pustula, & εἶδος forma.

PEMPTÆOS, Quintana dicitur febris intermittens, quinto quoque die recrudescens. Sed an detur, in praxi mea necdum observare licuit, à πέμπτη quinta. B. De vijf dendaagse koorts.

PENICILLUS, est instrumentum Chirurgicum ex pilis aut linteo carpto accommodatum, eluendisque ulceribus aliisque medelis destinatum. Gr. Κηρίσκος. B. Een Quastjen. G. Ein Pinsel. Gall. *Brosse, Pinceau.* A. A Pencil.

PENICILLA, idem quod *Turundula.*

PENIDIUM, est sacchari clarificati, & depurati species, quæ in baccillos arte redigitur. B. Penijn-suiker. G. Peny-sucker. Gall. *Sucre Peny.*

PENIS, *Muto, Bolis, Colis, Veretrum* Suetonio: *Fascinus Virilis* Arnobio, *Caulis* Lucillo, *Nervus* Juvenali, *Tentum* Catullo, *Verbus, Virile: Virile membrum* Cic. *Scapus* Virgil. *Membrum genitale, Cercolipa.* Catull. & *Sicula, à* Sica. *Mentula, Virga, Priapus; Hasta, cauda salax* Σάθη, Πέος, Ἀναγκαῖον Artemidoro, Σάνιον Cratino, Ταῦρος Suid. Δέμας Plat. in comm. Ἔμβολον, Βάλανος, Aristoph. Ἐρέβινθος, Οὐρά Eupolidi, Μύκης, Σῖφος, Στῆμα, Τύλος, Κάως, Αἰδώς Hom. Κωλὴ Aristoph. Φλὲψ Γονίμη Epigr. quasi genitalis vena. Ῥοδιὰ, Ψωλὴ, Κορώνη in oraculo quodam. Ποδὴ Xenoph. Κελὴ, Νεῦρον, Τερέμβολον, Ψοὰ, Κορκώτης, Ἀνδρεία Artem. est membrum virile, quod constat ex duobus corporibus nervosis, urethra, glande, cute, præputio &c. B. De Mannelijke roede. G. Das Mannliche Glied. Gall. *Virge, Verge, le Membre Viril.* A. A Mans yard.

PENIS CEREBRI, idem quod *Conarium* seu *Glandula Pinealis.*

PENIS MULIEBRIS, idem quod *Clitoris.*

PENSILIS VERRUCA, vide in *Verruca.*

PENTACULA, seu PERIAPTA, sunt signa, sigilla & delineamenta admirandis & incognitis aliquando literis & characteribus implicata, quæ collo appensa creduntur à malignis spiritibus & quovis fascino præservare. Idem quod *Periamma.*

PEN-

PENTADACTYLON, vide *Palma Christi*, ex πέντε quinque, & δάκτυλος digitus.

PENTAMYRON, est unguentum ex quinque ingredientibus compositum: constat enim ex styrace, mastiche, opobalsamo, cera & unguento nardino, ex πέντε quinque, & μύρον unguentum.

PENTAPHARMACUM, non tantum est medicamentum ex quinque constans medicamentis, verum etiam ex quinque alimentis, ex πέντε quinque, & φάρμακον Remedium.

PENTAPHYLLUM, est *Quinque Folium*, quia quinque folia habet, unico insistentia petiolo, ex πέντε quinque, & φύλλον folium. B. Vyf-vinger-kruid. G. Fünff-finger-kraut / Fünff-blad. Gall. *Quinte feuille*. A. Cink-foyl, five finger grass, five leaved grass.

PENTAPLEURUM, est *Plantago* minor, *quinque nervia* dicta, eo quod ejus folia costis quinque tanquam nervis distincta sunt, ex πέντε quinque & πλευραὶ costæ. Vide *Plantago*.

PENTATHETON, est emplastrum ad collisa, vibices flagellorum & cutim excoriatam destinatum, ex πέντε quinque, & τίθημι pono, quasi diceres ex quinque rebus compositum.

PEPANSIS, est vitiati, corruptique humoris in convenientiorem sanitatis statum deductio, à πέπτω excoquo.

PEPASMUS, est humorum coctio, sive (melius) fermentatio & maturatio, quæ iterum in dichotomiam dispescitur; nam una tendit ad finem, ut in *Phlegmone* altera fermentationis expers est, cum nempe morbi ἀκμὴν non superat, à πέπτω excoquo. Vide *Coctio* & *Fermentatio*.

PEPASTICUM, est medicamentum mitigans, & cruda concoquens, à πέπτω excoquo. Gall. *Digestif*.

PEPLION, PEPLIS & PEPLUS, est Esulæ species: sic nominatur, quod ramulorum ambitu, & quasi rotundo amictu velum efformet ac tellurem operiat: peplus enim sive peplum, sindon est, sive vestis prætenuis, propriè mulierum, vel nomen πέπλος accepit, ob purpuream foliorum superficiem sive xerampelinam, quæ huic in vinetis nascenti, & peplidi in maritimis sabuletis degenti, ut plurimum inest. Interdum ob colorem flammeum *Flammeolum* vocant. B. Duivels-melk. G. Teufels-milch. Gall. *Reveille matin des Vignes*. A. Devils-milk, Petty Spurge.

PE-

PEPO, Gr. πέπων, à πέσσω coquo, vel à πεπαίνω maturescere, est Melonum species, quæ mitis est & tenera, ac maturitate nactâ, facile flaccescit. B. **Pompoen / Pepoen.** G. Plutzey / Pfeben / Melonen. Gall. *Pompon, Citrouille, Poupon, Pompon, Pepon.* A. Pompion, Gourde.

PEPSIS, est coctio sive fermentatio humorum & cibi in corporis constitutione, ut cum cibus in chylum, & chylus in sanguinem vertitur, à πέσσω coquo. Vide *Coctio* & *Fermentatio.*

PERACUTISSIMUS MORBUS, vide *Acutus Morbus.*

PERACUTUS, vide *Acutus.*

PERCIPIOLUM, est Medicamentum ad Morbum comprobatum B. **Een gepzobeert middel.** G. Ein probiert Artzney. Gall. *Remede probate.*

PERCOLATIO, est, quando liquor turbidus per pannum linteum, chartam, pannum laneum &c. ut mundior reddatur, percolatur. B. **Een doozzijging / doozkleinsing.** G. Das durchsihen. Gall. *Percolation.* A. Straining.

PERDICIUM, est planta, sic dicta, quod perdices se ad id volutent, terramque suffodiant. Vide *Helxine.*

PERETERION, est Modiolus vel Terebellum rectum & acutum, à περάω transfodio. B. **Een Boozluig.** G. Ein Trepan / Bohrlein. Gall. *Trepan.* A. Borer.

PERFECTA CRISIS, vide *Crisis.*

PERFOLIATA, dicitur, quia folia circa caulem sese ita comprehendunt, ac si essent mutuo coalita, ut vaccariæ, brassicæ &c. species quædam. B. **Deur-wasch / Deur-blad.** G. Durch-wachß / Buch-wurtz. Gall. *Perfoliate.* A. Thorow-wape, Thorow-Teasel.

PERFORANS MUSCULUS, perforato musculo substernitur *Perforans*, qui superiori cubiti, radiique parti adnatus, tendine quadripartito priorem perforans, in tertium usque excurrit articulum. Unde hos duos musculos, ex pluribus suorum generum simplicibus constitutos esse censendum est. Vaginis includuntur, præter quæ ex carpi armilla erumpit, membranaceo cartilagineis, unumquodque circa internodium semicirculari obductis ligamentulo. Emittunt præterea vaginæ hæ varias emissiones atque vincula, & digitos cum perforatore flectunt. Ita ut manus, sic & pes suum perforantem obtinuit. Supernæ tibiæ, ut & tibiæ ex parte ossis extremitati posterius alligatus, in quatuor inferius dissectus tendines, tertiis affigitur digitorum ossiculorum in-

integumentis, perforat hic ut prior tendines musculi perforati. B. De doorborende Spier. G. Der durchbohrende Mauß. Gall. *Muscle Perforante.* A. The perforating Muscle.

PERFORATA, est Hyperici species, cujus folia plurimis punctis videntur pertusa. Gall. *Mille-pertuis.*

PERFORATUS MUSCULUS, prior Musculorum digitis adhærens, *Perforatus* dicitur, interno humeri ossis tuberculo alligatus, circa carpum tendines dispergit robustos quatuor, qui prope finem rima quadam perforanti musculo transitum præbente finditur, tandemque digitorum internodio secundo affiguntur, & cum perforante digitos flectit. In pede in planta situs est, superius calcis ossi adnatus; quatuor adhæret articulationibus secundis. Sic & *Caracoideus* etiam *Perforatus* dicitur. B. De doorgeboorde spier. G. Der durchgebohrte mauß. Gall. *Muscle Perforate.* A. The Perforated muscle.

PERIAMMA, *Periapton*, *Amuletum*, *Xenechton*, medicamentum est quod de collo suspensum morbum arcere creditur, ac præcipuè pestem, ex περιάπτω circumverto. B. Een halsdracht. G. Das man anhengt an halß oder arm. Gall. *Fermalet.* A. An amulet.

PERIAPTUM, vide *Periamma.*

PERICARDIUM, *Involucrum*, *Capsula*, *Bursa*, *Scrotum* seu *Sacculus Membraneus Cordis*, est involucrum membranaceum quo totum cor investitur: à glandulis, supra basin cordis residentibus, per vasa lymphatica (ut cor levius reddatur, vel ut aliis placet, refrigeretur, quod inveteratum est) ad ductum chyliferum, reducitur, ex περὶ circum, & καρδία cor. B. Herte zakje / herte beursje. G. Hertz-bändel / Hertz-haußlein / vel Täschlein. Gall. *Pericarde*, *l'Envelope du Cœur.* A. The purse of the Heart.

PERICARPIUM, illud est, quod semen vel fructum ambit, in quibusdam edule est, ut in pomis pyris, in aliis non, ut in nucibus, castaneis, &c. dicitur & *Folliculus*, & *Siliqua.* B. Peele / Peule. G. Die Hülsen / darinnen der Samen stecht. Gall. *l'Estuy* vel *Gouse de Grains.* A. The Huske of seed.

PERICHOLUS, est præter modum biliosus, ex περὶ valde, & χολὴ bilis.

PERICLYMENUM, est *Caprifolium*, cujus nomine & alii frutices scandentes, & circumvolventes vocantur, à

περι-

περικλύζω circumvolvo: nam circumvolvendo ad se vicinas arbores aut frutices vocat. Vide *Caprifolium*.

PERICRANIUM, est membrana, periosteo cranii superinducta, ex περὶ circum, & κρᾶνιον caput. B. Het Panvlies. G. Das Hirnhautlein. Gall. *Pericrane*. A. The carnous membrane of the Skull of the head, or the Hairy scalp.

PERINÆUM, seu INTERFEMINEUM, est sutura illa ligamentosa inter anum & Scrotum, quam *Aristophanes* Κοχώνιον videtur dixisse, & Πυγαῖον. *Archippus* Περιχώνιον locum sub pudendo, inter femora & nates medium, uti cum *Polluce* sentit *Aristoph. Scholiast.* B. De Bil-naad / Naadsleuf. G. Der Ars-nath. Gall. *Perinée*, *Rhaphé*, *Perine*, *Couture de Cul*. A. The Buttocks suture.

PERINYCTIDES, sunt papulæ, pustulæ & tubercula papulis similia.

PERIODUS MORBORUM, est tempus in morbis intermittentibus ex intensione & intermissione constans, ex περὶ circum, & ὁδεύω iter facio.

PERIODUS SANGUINIS, seu CIRCULATIO, & CYCLOPHORIA, est continua sanguinis per totum corpus circumgyratio, quæ sic peragitur; nempe cruor ex arteriis per fibras, sive carnis sive viscerum, aut partium membranosarum ad venarum oscula transfertur, dicimusque fibras circa venarum oscula terminari, iisque inseri, non secus ac plurimi in renibus canaliculi, uni caruncvlæ renali inseruntur, atque terminantur, per has igitur sanguis ex arteriis transiens continuò venis, ad dextrum cordis ventriculum revehendus, traditur: inde per venam arteriosam in pulmones, in quibus, postquam sanguis à particulis nitrosis, ab aëre inspiratis, accensus fuerit, subit arteriam venosam, hinc sinistrum cordis antrum, quod sese denuo in aortam deplet, ut nutritionis, & vivificationis gratia in totum corpus propellatur, ex περὶ circum, & δεύω iter facio. B. Den Omloop des Bloeds. G. Umbgang des Bluts. Gall. *Circulation du Sang*. A. Circulation of the blood.

PERIOSTEUM, est membrana tenuis, ossa, paucis exceptis, immediatè investiens, ex περὶ circum, & ὀστέον os. B. Het Been-vlies. G. Das Hautlein der Beinen. Gall. *Periosle*, *Membrane des Os*. A. A Nervous membrane covering the bones.

PERIPHERIA, est corporis vel alicuius visceris ambitus aut circumferentia, à περιφέρω circumfero. B. Den Omtrek.

Omtreck. G. Ein umbkreiß. Gall. *Circonference.* A. The roundnes of any body.

PERIPLOCA, ſive APOCYMUM, eſt Convolvuli ſpecies, ſic vocatur quia circumvolvit & implicat cæteras herbas, à περὶ circum, & πλέκω plico, necto, texo. A. Dogsbane.

PERIPHIMOSIS, vide *Phimoſis.*

PERIPNEUMONIA, eſt ſubſtantiæ pulmonum inflammatio, cum febri acuta, reſpirandi difficultate, tuſſi & dolore gravativo conjuncta, ex περὶ circum, & πνεύμων pulmo, à πνέω ſpiro. B. **Een onſiekinge der longe / longe-ſucht.** G. Lungenſucht / entzündung der lungen. Gall. *Inflammation vel Exulceration des Poulmons, Peripneumonie.* A. An Inflammation vel diſeaſe in the Lightes or lungs.

PERISCYPHISUS & PERISCYPHISMUS, eſt ſectionis chirurgicæ genus in ſincipite ad calvariam uſque, una tribuſve lineis.

PERISTALTICUS MOTUS, eſt vermicularis inteſtinorum motus, quo mediantibus ſpiritibus animalibus, excrementa alvina ſenſim egeruntur: item motus vaſorum, quo liquores, ut Lympha, Chylus, Sanguis &c. aſcendunt vel deſcendunt, à περιστέλλω contraho, arcto. B. **Nederwaarts dzukkende beweginge / ingewands beweginge.**

PERISTERON, vocatur *Verbena:* Lat. *Columbina.* & *Columbaris*, quia columbæ hujus plantæ præſentia valde delectantur: περιστερὰ enim eſt columba, dicitur etiam ἱερὰ βοτάνη, ſive *Sacra Herba*, quod ea olim apud Romanos domus purgabatur, familia luſtrabatur, Jovis menſam ad ſacrificium & epulas verrebant, & fœciales in ſacris legationibus illa coronabantur; vel quod in expiationibus ſuſpenſa & alligata mirè utilis ſit. *Sagminalis* etiam vocatur, quod inter ſagmina, hoc eſt, gramina ex loco ſacro, præſertim arce Capitolii, cum ſua terra evulſa, primum hæc honorem haberet. Vide *Verbena.*

PERISTROMATA, ſunt ſtragula, quibus ægri ſolent inſterni. Item, tunicæ viſceribus circumjectæ, ex περιστρωνύω circumſterno.

PERISYSTOLE, eſt tempus quietis inter Syſtolen & Diaſtolen cordis. B. **De ſtilſtand.**

PERITONÆUM, eſt membrana, quæ totum abdomen interius, ejuſque viſcera exterius circumveſtit, conſtat ex

tunica velut duplici. Arab. *Siphac*, à περιτείνω circumtendo. B. **De Peuſſalt.** G. Das Netz ſo umb alle Eingeweiden gezogen iſt. Gall. *Le Peritoine.* A. The paunch-fleece.

PERITTOMA, eſt excrementum, poſt humorum coctionem in corpore, relictum. Item reliquiæ morborum à περισσεύω redundo.

PERIZOMA, eſt cinguli ſpecies herniosis præſertim utilis. Vide *Anima.*

PERLA, vide *Margarita.*

PERNIO, Gr. Χίμετλοι, & Μάλκη, *Theoni* eſt tumor præternaturalis à frigore brumali, præcipue in pedibus & manibus excitatus, qui tandem in ſciſſuras & ulcerationes terminatur. B. **Kalt-hielen / winter-hielen / ſchijt-hielen.** G. Die froſt-beulen / das berſten und auffbrechen der erfrornen ferſen. Gall. *Mules aux talons.* A. A kibe or chiblain.

PERONA, ſive FIBULA, ſic dicta, quod tibiæ muſculos conjungere videtur; etiam *Sura*, *Canna Minor*, *Focile Minus* &c. eſt os minus & tenuius tibiæ extrinſecus atteniùm, ut Radius cubito, unde *Peronæus* tibiæ primus & ſecundus muſculus ſic appellatur. Vide *Fibula.* B. **Het kuit-been.** G. Das waden bein / die Röhre im untern ſchenckel. Gall. *Le Perone*, *l'Os de Petite Focil.* A. A The exſmall bone of the leg.

PERONÆUS, vide in *Perona.*

PERPERACUTUS, vide *Acutus.*

PERSEA, eſt arbor, fortè à regione Perſia, quia ibi, ut malus pertica in Perſide, exitioſa eſſet, ſed ambæ in Ægyptum tranſlatæ, mutari & in cibum recipi dicuntur.

PERSICA MALUS, eſt arbor, cujus fructus in Perſia dicuntur pernicioſi, ſed in Ægyptum tranſlata, exitioſam vim deponere creditur. Hinc ſic fortè appellata, quod ex Perſide primum advecta ſit. B. **Perſik-boom.** G. Pferſich baum. Gall. *Pechier.* A. Peach-tree.

PERSICARIA, ſic dici videtur, quod ejus folia perſicæ mali videantur æmula. B. **Perſik-kruid / bloo-kruid.** G. Mucken-kraut / flöh-kraut / waſſer-pfeffer. Gall. *Culrage*, *Curiage.* A. Fleabane, ars-mart, peach-wort.

PERSICUS IGNIS, denotat morbum cauſticum & igneæ indolis, eſtque vel *Anthrax* ipſa, vel ei ſimilis. Vide *Anthrax* ſeu *Carbunculus*, ſumitur quoque pro *Gangræna.*

PER-

PERSOLATA, est *Bardana*, dicta ob foliorum magnitudinem, quibus si persona faciem tegat, eam à solis calore defendat, idem quod *Personata*.

PERSONATA, & PERSONATIA, Gr. Προσώπιον, Προσωπὶς, Ἄγκιον, est *Lappa* seu *Bardana*, appellata, quod ob foliorum magnitudinem, personæ faciem tegat, atque à solis colore defendat. *Personatia* hac quondam ad personas utebantur, quoties in theatris aliisve locis qui cognosci à populo nollent, egisse quippiam volebant. Vide *Lappa*.

PERSPIRATIO, idem quod *Diaphoresis*.

PERSULTATIO, idem quod *Diapedesis*.

PERVIGILIUM, idem quod *Agrypnia*.

PERVINCA, vulgo Vinca, Gr. Κλημαπὶς Δαφνοειδὴς, quia ejus folia lauro sunt similia, latinum nomen sortitur, quod humi serpat, & se in modum funiculi porrigat, & vicina quæque vinciat. B. **Maagde-palm / Vinkooyde.** G. Jngrün / Jmgrün. Gall. *Lysseron*, *Pervenche du Lisseron*. A. Perwinkle.

PES, Gr. πῦς, sumitur latè pro femore, tibia, & pede ipso. Vel strictè pro ipso, qui dividitur in tarsum, metatarsum & quinque digitos. B. **De voet.** G. Ein fuß. Gall. *Un pied*. A. The feet.

PES ANSERINUS, est species Atriplicis: sic dictus quod ejus folia pedem anserinum referant. Gr. *Chenopus*, vide suo loco. B. **Ganse-voet / Verkens-dood.** G. Gens-fuß / schweins-todt / seutodt. Gall. *Pied d'oye*, *mort aux porceaux* A. Goose-foote.

PES COLUMBINUS, est Geranii species, ob similitudinem cum pede columbino dictus. B. **Duiven-voet.** G. Tauben-fuß / scarter-kraut. Gall. *Pied de pigeon*. A. pigeon- vel dove-foot.

PES CORNICIS, vide *Coronopus*.

PES LEONIS, idem quod *Alchimilla*.

PES LEPORIS, idem quod *Lagopus*.

PESSARIUM, est medicamentum oblongum, quod adversus varios uteri affectus, in crassioris, longioriseque digiti figuram efformatum, in cervicem ejus immittitur. B. **Steek-pillen / Moeder-pillen.** G. Mutter zäpflein. Gall. *Pessaire*. A. Idem.

PESSULUS, idem quod *Pessarium*.

PESSUS, idem quod *Pessarium*.

PESTIS, eſt morbus epidemius, contagioſus ex miaſmate venenato, ab aëris nitro nimis aculeato, & evecto, primum ſuſpecto, deinde per contagium propagato, ortum ducens, qui occultè & latenter homines aggreſſus, ſpirituum extinctiones, cruoris coagulationes, ipſius & partium ſolidarum ſiderationes & Νεκρώσεις infert, cum apparentia exanthematum, Bubonum aut Anthracum, nec non horrendo aliorum ſymptomatum apparatu, ægros in vitæ periculum adducit. Gr. Λοιμὸς. B. De peſt/ beſmette-lijke ſiekte. G. Peſtilentz. Gall. *Peſte*, *Contagion*. A. The peſt or plague.

PETALE, idem quod *Phthiriaſis*.

PETALOIDES, eſt urina foliacea aut ſquammea, ex πέταλον folium, ſquamma, lamina, & εἶδος forma. B. Schubachtige pis.

PETASITES, nomen accepit à foliorum magnitudine, pileum ſeu petaſum referentium. B. Dokke bladen/ peſtilenti-wortel. G. Peſtilentz-wurtz/ negen-krafft. Gall. *Chaperonniere*, *Herbe aux teigneux*, *Glouteron*. A. Butterbur, lagwort.

PETECHIÆ, ſive PETECHIALIS, italica vox eſt, *Pulicaris* dicta, qua cutis maculis, pulicum morſui ſimilibus, variegatur, derivatur à voce italica *Pettechio*, ſignificans variolas purpureas. B. Peper-koorn/ bluts koorts. G. Fleck-fieber/ blut flecken. Gall. *Fievre Petechiale*. A. Petechial feaver.

PETIA, eſt linteamentum ex quo ſacculi formantur in uſum medicum. B. Een ſakjen. G. Ein ſacklein. Gall. *Sachet*. A. Sachell.

PETIGO, idem quod *Lichen*.

PETROLÆUM, ſeu OLEUM PETRÆ, eſt liquamen ſive axungia Macrocoſmi pingue, liquidum, è Petris & ſaxis effluens. In Italiæ regione Mutinenſi ſtillat candidum & ruffum. In Sicilia fontibus innatat. Apud Mejanum pagum in tractu Parmenſi Album eſt. Babylonicum autem in ſuo fonte flagrare dicitur, ſecus Italicum. B. Steen-olij/ Peter-olij. G. Stein-oel. Gall. *Petrole*. A. Stone-oyl.

PETROSELINUM, eſt Apii ſpecies; ſic appellatur, quod in petroſis rupibus, ſaxisve, locisque præruptis naſcatur: vel quod calculi frangendi vim habeat: vel quod Oreoſelinum (id eſt ſelinum montanum) à linguæ græcæ impe-

imperitis, in Petroselinum mutatum sit. B. **Peterseli.** G. Peterlein / petersilg / garten Eppich. Gall. *Persil.* A. Parsly.

PETROSUM OS, est interna ossis temporum facies, sic ob lapidis petrosam duritiem appellatum, ex πέτρος lapis, & εἶδος forma. B. **Het steen-been.** G. Das steinharte-bein. Gall. *Os petreux.* A. The stony bone.

PETUM, est Tabacum, dicitur Americanis *Petun*, hinc quia est vox barbarica, ejus etymologiam describere nescimus. Vide *Tabacum* & *Nicotiana.*

PEUCE, est *Pinus*, *Larix*, an à πικὸς amarus? an quia πῖος ἔχει aut à πίσσα pix?

PEUCEDANUM seu PEUCEDANUS, est Fœniculus porcinus; nomen accepit à pinu, quæ Gr. Πευκὴ dicitur, cui odore, ut & sapore quodammodo par est. Hinc posteriores Lat. *Pinastellum* eum vocarunt. B. **Solfer-wortel / Verkens-venkel.** G. Haar-strang / sau-fenchel / schwebel-wurtz / himmel. Gall. *Queve de Pourceau*, *Peucedane.* A. Hogs-sennel, sulphur wort, horse-strange, horse-strong, sow-fennel.

PEZA, significat imam plantam vel pedis malleolum.

PHACE, Gr. Φακὴ & Φακὸς, est *Lenticula*, quasi ἡ τὰ φάη κακοῦσα, οἷον φακάκη, vel φάκακος, quod oculos lædat & hebetet. Vel dicitur, quod semen ejus formam & ideam maculæ faciei, sive oculi referat. B. **Linse.** G. Linze. Gall. *Lentille.* A. Lentil.

PHACIA, idem quod *Lenticula.*

PHACOS, est macula faciei lentem referens; unde *Lenticula* & *Lentigo* appellatur. B. **Een Sproete.** G. Schweiß-flecke / Sommer Flecken. Gall. *Lentilleux.* A. Freckle.

PHACOTOS, est scalpri Chirurgici genus, lentem referens, à φακὴ lens.

PHÆNOMENA, sunt omnia quæ secundum & præter sanitatem in corpore nostro apparent, à φαίνω appareo. B. **Verschijnselen.** G. Erscheinungen / zeichen. Gall. *Apparitions.* A. Anappeel. anc. or sign.

PHAGEDÆNA, est cancer exulceratus, à φάγω edo & δάκνω rodo. B. **De Wolf.** G. Der Wolff. Gall. *Coup.* A. Wolfe. Item inormis edacitas, ut in *Bulimia.*

PHAGEDÆNICA, sunt medicamenta carnem superfluam ulcerum, eorumque latera callosa exedentia; à φαγω edo, & δάκνω rodo.

PHALACROSIS, eſt calvities ſive capillorum decidentia & profluvium, ex ἀκρὸς ſummus & φαλὸς albus. B. **Uitvallen des Hairs.** G. Das außfallen des Haars. Gall. *Pelade.* A. The falling of ones Haire.

PHALANGIUM, & PHALANGITES, eſt planta florifera, ſic vocatur, quia creditur morſus Phalangii animalis poſſe ſanare.

PHALANGOSIS, eſt palpebrarum vitium, quando duplicem aciem pilorum repræſentant, vel quando interius creſcunt, ita ut oculos pungant & lachrymas excitent, à φάλαγξ acies.

PHALANX, eſt oſſium digitorum ſeries, velut in aciem ſtructa. B. **Een Order.** G. Ein Ordnung. Gall. *Phalange, Ordre, Diſpoſition.* A. An Order.

PHALARIS, eſt Canarina, nomen habet ἀπὸ τῆ φαλακρότητος, quod ſemen ſplendidum, candidumque reddat. B. **Kanarí-zaad.** G. Kanarien-kraut. Gall. *Semen de Canarie* A. Graſſe-corne, Petie panick, Canary-ſeed.

PHANTASIA, eſt ſenſus internus ſeu *Imaginatio*, qua aliquid menti repræſentatur & imprimitur, ut ſuo tempore cum ejus expreſſione proferatur. Videtur quod imaginatio ſit ſpirituum animalium quædam undulatio, interius in cerebri meditullio, & deinde verſus ambitum ejus undequaque expanſa, à φάινω repræſento. Gr. Φαντασία. Lat. *Imaginatio.* B. **Inbeelding.** G. Einbildung. Gall. *Imagination.* A. Imagination.

PHANTASMA, idem quod *Phantaſia.*

PHARMACEUTICA, idem quod *Pharmacia*, vel ſunt ea, quæ ab arte Pharmaceuticâ dependent.

PHARMACIA, eſt ars medicamenta colligendi, eligendi & componendi: pharmacopolæ tamen hodie pleriſque in locis corrumpuntur, partim propter exotica quædam adulterata, partim avaritiâ pharmacopœorum; ideoque Medicus monendus, ſi citò, tutò, & jucundè medicinam facere velit, ne medicamenta ex pharmacopoliis, ſed [illegible] ſua ægris propinet: expertus loquor, à φαρμάσσω medicamentis purgo. B. **Konſt der Apotheken / Artzeny-bereiding / Kruid-meng-konſt.** G. Der Artzeykunſt / der Apothecker-kunſt. Gall. *l'Art de l'Apothecarerie* vel *Preparation de Medicine.* A. Preparing of Medicaments.

PHARMACOPÆA, eſt doctrina ſive deſcriptio rerum medicamentalium ad bene medicandum: ſeu eſt doctrina medi-

medicamentorum, adeoque & *Pharmacologia* eodem sensu dicitur. Vide *Dispensatorium*, à φάρμακον Medicamentum, & ποιέω facio. B. **Artzeny-konst / Kruid-meng-konst.** G. Apothecker Tax. Gall. *Apoticairerie, boutique D'apoticaire.* A. an Apothecaries Shop.

PHARMACOPÆUS, sive SEPLASIARUS, est vir pharmaciæ peritus, qui novit medicamenta colligere, eligere & componere: estque Medici manus sinistra, quamvis arte & scientiâ Chirurgus anteponendus.

Læva manus *Medici Doctoris*, *Pharmacopæus:*
Dextraque *Chirurgus* jure vocandus erit.

Ex φάρμακον medicamentum, & κάπλω tundo, vel ποιέω facio. B. **Een Apothelier / Artzeny-bereider / Kruid-menger.** G. Ein Apothecker / ein neun und neunziger. Gall. *Apoticaire.* A. A seller or preparer of medicin.

PHARMACOCHYMIA, est illa chymia quæ tantum præparationes tradit, quæ sanitati humanæ inserviunt, ideoque hac in parte à *Metallurgia*, arte *Spagyrica* & *Chrysopojetica*, facile distinguitur. B. **Een Chimische Artzeny / Scheikonstige Kruid-menger.** G. Chymische Artzney. Gall. *Medicine Chymique.* A. Chimical Medicine.

PHARMACOPOLA, est is, qui medicamenta divendit, ex φάρμακον Medicamentum, & πωλέω vendo. B. **Apothelier / Kruid-bereider.** G. Apothecker. Gall. *Apothecaire.* A. A Seller vel preparer of Medicin.

PHARMACUM, REMEDIUM, seu MEDICAMENTUM, est quicquid contraria agendi vi morbum impugnare est aptum, estque vel *actuale* vel *potentiale: simplex* vel *compositum: dogmaticum* vel *empiricum: externum* vel *internum: naturale* vel *artificiale*, à φαρμακεύω medicamenta conficio, vel à φέρω ferre, & ἄκος medela. B. **Een Medicament / Geneeş-middel / Kruid-mengsel.** G. Eine Artzney. Gall. *Medicine, Remede.* A. A Medicine, Remedie.

PHARYNGETRUM, nunc pro pharynge nunc pro osse hyoidis sumitur.

PHARYNGOTOMIA, idem quod *Laryngotomia.*

PHARYNX, est superior pars Oesophagi, movetur & constat ex tribus musculorum paribus, *Cephalopharyngæo*, *Sphenopharyngæo*, & *Stylopharyngæo*, quibus accedit *Sphincter*, qui & *OEsophagæus* vocatur, à φάγω comedo, deglutio. Latinis & *Fauces* & *Frumen* Donato. Gr. Φαρύγξιτος, Ἀ Φά-

φάγος, βρόγχος. B. Het Keel-gat. G. Der Rachen/Schlund. Gall. *l'Orifice de l'Estomac*. A. The Upper part of the Gullet

PHASEOLUS & PHASELUS, Gr. Δόλιχος, utrumque nomen ab effigie & longitudine siliquarum, aut fructus accepit, qui lintrem, Lembumque seu Naviculam exprimunt. B. Turkse of Hoomse-boon. G. Welsche-bonen. Gall. *Fasioles*, *Phaseoles*. A. Kidney Beanes.

PHEGOPYRUM, idem quod *Fagopyrum*.

PHEGUS, idem quod *Fagus*.

PHELLANDRIUM, est aquatica planta cicutæ ferè æmula, odore Sii, fortè à φελλόω fluito suberis more, & ἀνδρόομαι virile robur assumo, in aquis enim non tardè fluentibus intrepidè quasi & viriliter se erigit.

PHELLODRYS, suberis est arbor, à φέλλος suber, & δρῦς quercus, quævis arbor.

PHELLOS, vide *Suber*.

PHEUTEUMA, an à φυλεύω dicatur, dubium non puto. Φυτεύω non tantum *plantare* significat, sed etiam *producere*, *generare*, ac *parere*.

PHIALA, dicitur vas vitreum ex ventre in modum sphæræ rotundæ gracilem canalem in proceritatem emittens; ejus usus frequens Chymicis in coagulationibus & solutionibus. B. Een Phiool Glas. G. Ein Viole/Phiol. Gall. *Une Phiole*. A. A Vial, phial.

PHILADELPHUS, est Aparine, sic dicitur, quod ob asperitatem vicinis herbis tanquam fratribus adhæret, ex φίλος amator, & ἀδελφός frater. Vide *Aparine*.

PHILANTHROPOS, est Aparine: sic dictus quod præterеuntium vestibus adhæret, ex φίλος amans, & ἄνθρωπος homo. Vide *Aparine*.

PHILIATHROS, est is qui Medicam artem amat & in ea studet, ex φιλὸς amator, & ἰατρὸς Medicus. B. Een Liefhebber der Artzeny.

PHILIPENDULA, est idem quod *Filipendula*.

PHILLYREA, & PHILLYRA, est Tilia. Dictam volunt, quod in tenues assulas, sive Philyras discerpatur, alii derivant à φλοιὸς cortex, propter corticis utilitatem, vel dicitur à Phillyra Saturni filio. *Philyrea* propriè arbor est alterius generis.

PHILOCHYMICUS, dicitur is qui Chymiam amat, ex φιλὸς amator, & χυμικὸς artis Chymicæ peritus. B. Een Liefhebber der Chymie.

PHI-

PHILONIUM, est Medicamentum Electuarii consistentia, & quia recipit Opium, Opiatis annumeratur. Ita ab inventore *Philone* vocatur: sed hujus Medicaminis variæ occurrunt Descriptiones.

PHILOSOPHICA CALCINATIO, vide *Calcinatio Philosophica.*

PHILTRUM, est concavitas labro superiori impressa & dividens, sic quasi amabile dicitur. Sumitur quoque pro medicamento amorem conciliante, *Amatorium virus* Plin. *Amatorium poculum* Cic. est, quale *Deliniamentum* vocat Afranius. Gr. Φίλτρον, Ἴυγξ. B. **Minne-dranck / volgt my na.** G. Ein Liebtrunck / das nach lauffen. Gall. *Philtre.* A. A Love Drink.

PHIMOSIS, est quando præputio arctè adeò obtegitur glans, ut denudari nequeat, à φιμὸς obturamentum.

PHLEBORRHAGIA, est venarum ruptio, à φλὲψ vena, & ῥήγνυμι rumpo. B. **Een Ader berst.** G. Ader bruch. Gall. *Ruption de Veine.* A. The Breaking of a Vein.

PHLEBOTOMIA, est venarum sectio per lancettam. Vide *Venæ sectio*, ex φλὲψ vena, & τέμνω seco. B. **Bloed-lating / Aderlating.** G. Das Aderlassen / öffnung der Aderen. Gall. *Saignée.* A. Cutting of a Veine or bleeding.

PHLEBOTOMUS, est is, qui venas secat, item instrumentum quo venæ secantur, ex φλὲψ vena, & τέμνω seco. B. **Vlijm / Lancet / Laat-yser / Laat-mes.** G. Ein Lancet / Flieten / Laßeysen. Gall. *Lancette.* A. Idem.

PHLEGMA sive PITUITA, est viscidum sanguinis excrementum, quod à nimio frigore & viscidis alimentis non raro provenit, unde lympha, instar carnium juris coagulatur. B. **Slijm / Snot / Fluimen.** G. Rotz / Schleim. Gall. *Flegme, Pituite, Fleume.* A. Fleame, Snevill. *Phlegma* item est destillatus aquosus, spirituoso liquori contradistinctus, liquor: item nubeculæ illæ quæ in aquis destillatis aliquando apparent *Phlegma* vocantur. B. **Slijmigsetsel in 't gedistilleerde Water.** G. Schleim. A. Phlegm & Flegm. Apud *Hippocratem* inflammationem sæpè sonat. Sumitur interdum pro excretione viscida. Item morbus gallinarum est. B. **De Pip** / à φλέγω uro, incendo.

PHLEGMAGOGA, sunt Medicamanta pituitam educentia, ex φλέγμα pituita, & ἄγω duco. B. **Slijmdrijvende Middelen.** G. Schleim außtreibende Mittlen.

PHLEGMASIA, est inflammatio, æstus, ardor, à φλέγω uro. Vide *Phlegmone.*

PHLEGMATICI, sunt qui nimiâ pituitâ abundant. B. **Slijmige Luiden.**

PHLEGMONE, sive INFLAMMATIO, Gr. Φλεγμονὴ & Φλεγμασία, est tumor ex succis in membranosis partibus stagnantibus, unde cutis, subjectique musculi, viscera, aliæque membranæ, uti in Pleuritide, Angina, Ophthalmia, Paronychia &c. calore, rubedine, eminentia satis alta, pulsione & tensione afficiuntur, à φλέγω inflammo, uro. B. **Een Ontsteking.** G. Entzundung. Gall. *Phlegmon.* A. Inflamming, Inflammation.

PHLEGMONODES, est inflammatio phlegmoni similis, ex φλεγμονὴ inflammatio, & εἶδος forma.

PHLOGIUM, est violæ species, ejus nomen videtur impositum ἀπὸ τῆς φλογὸς à flamma, & ἴον viola, quod ex violæ sit genere, floremque in quo flammei quid emicet, habeat.

PHLOGOSIS, idem quod *Phlegmone*, à φλογόω incendo.

PHLOGMOS ut & PHLOMOS & PHLOX, vocatur *Verbascum*, quia flammæ seu facis in modum assurgit, φλὸξ enim est flamma. B. **Wolle-kruid/ Wolle-bladen/ Toorts-kruid.** G. Wull-kraut / Kertzen-kraut / Brenn-kraut / Himmel-kraut / Königs-kertz / Himmel-brand / Unholden-kertzen. Gall. *Bouillon*, *Cocon.* A. Higtaper, Wolwort, Mulien, Milleyne.

PHLYCTÆNA, sive PAPULA, est pustula vel vesicula in cute excitata. B. **Waterpuist / Blaren.** G. Wasser-bultz / Hitz blätterlein. Gall. *Bouton*, *Phlictene*, *Bube.* A. Blisters. Item sub cornea tunica, ab ulcusculo puris collectio, vocantur & Φλυκτίδης, Φλυζάκια, & Φλύζις. Arab. *Saphati* ab aliis *Ignis Silvestris* appellatur. Item Φλύκταινα, Φλυκτὶς, Φλυζάκιον Galeno, à φλυκταινᾶσθαι in pustulas erumpo, vel ἀπὸ τοῦ φλύειν vel φλύζειν quod bullire & fervere est, pustulæ & vesiculæ quasi à ferventibus & acerrimis humoribus excitatæ, iis, quæ ab igne vel fervente aqua excitantur, similes. B. **Het wild vuur.** G. Hitz-pocken / hitzige Blattern / das wilde feur / Nachtbrandt / Blasen / Blattern. Gall. *Flictene*, *Flictaine*, *Phlictene*, *Feu volagie.* A. The Wilde Fire.

PHLYCTÆNODES, sunt pustulæ phlyctænis similes.

PHLYSIS, idem quod *Phlyctæna.*

PHLYSACIUM, idem quod *Phlyctæna.*

PHOENICIUS MORBUS, idem quod *Elephantiasis*, sic

sic vocatus fortè, quia in Phœnicia aliisque orientalibus plagis grassatur, vel à colore rutilante, est & nomen alicujus Emplastri.

PHOENIGMUS, est Medicamentum, quod in cute rubedinem excitat, uti & *Dropax* & *Sinapismus*, à φοινίσσω rubefacio. B. 't Vel roodmakend en blaartrekkend middel.

PHOENIX, est palma seu dactyli arbor, quasi φόινιξ, à sanguineo cruentoque quarundam palmarum dicitur colore, à φοινίσσω rubefacio. B. Dadel-boom. G. Dattelen-bamm. Gall. *Arbre de Dattes.* A. Date-tree, Palm-tree.

PHOSPHORUS, est lapis Bononiensis, qui certo modo calcinatus, in tenebris lucem de se mittit. Vel conficitur ex urinâ, & servatur in aquâ, ex φῶς lumen, & φέρω fero. B. Ligt-bzenger. G. Liecht-trager / phosphorus. Gall. *Phosphore, Porte Lumiere.*

PHRAGMITES ARUNDO, sic dicitur, quod inde sepes fiant, à φράσσω sepio: φράγμὸς enim est septum.

PHRENES, sunt *Præcordia*, idem quoque quod *Diaphragma.*

PHRENESIS, idem quod *Phrenitis.*

PHRENITIASIS, idem quod *Phrenitis.*

PHRENITICI NERVI, sunt qui ad diaphragma pertinent.

PHRENITIS, PHRENITIASIS, seu PHRENESIS, est insania febricitantium, sive delirium cum febre continua, sæpè cum furore & excandescentia, à spirituum animalium inordinato motu, ab excessionibus meningum, inflammationibus &c. ejusmodi Symptomata producuntur: nam ab irritationibus illis convulsiones totius cerebri fiunt, unde imaginatio perturbatur, & objecta animæ non debitè repræsentantur. Clariss. *Willisius* phrenesin hoc modo definit, quod sit nempe, totius animæ sensitivæ, sive spirituum animalium quoad totam eorum Hypostasin, phlogosis sive inflammatio, à φρὴν mens, quia mens laborat. B. Rasende koorts. G. Taub fieber / taub sucht. Gall. *Phrénésie.* A. The Frensie.

PHRICE, idem quod *Horror.*

PHRICODES, est febris horrifica, in qua una cum calore horrores sentiuntur, ex φρίξ horror, & εἶδος forma. B. Bevende koorts. G. Zitternde Fieber. Gall. *Fievre Tremblante.*

Tremblante. A. Trembling Feaver, dreadful Feever.

PHRYGANIUM, ſive CREMIUM, eſt Suffrutex: ſic fortè dicitur à cremando, φρύγειν enim ſeu φρύττειν enim eſt cremare, arefacere, quia ejus ſarmentis igues ſtruuntur.

PHTHARTICUM, eſt Medicamentum corrumpens & deleterium, à φθείρω corrumpo.

PHTHEIROCTONON, eſt *Staphys Agria*, ſic dicitur quia ejus ſemen pediculos enecat, à φθεὶρ pediculus, & κτείνω occido.

PHTHORA, eſt Napelli deleterii ſpecies, à φθίω corrumpo, perdo. Vide *Staphys Agria.*

PHTHIRIASIS, ſive MORBUS PEDICULARIS, eſt affectio qua verminat corpus, ſcatetque pediculis. In hominis corpore primo exiguæ excitantur puſtulæ quæ ſi aperiantur, facile curantur, ſin minus in gravem morbum pedicularem incidunt. B. **Luiſ-ſiekte.** G. Lauß ſucht. Gall. *Maladie Pédiculaire*, *Pouilleus.* A. The Lowſie Evil. Aliud genus eſt quod dicitur ἄκρον ſive ferum, quia ita corpori tenaciter adhærent, ut divelli nequeant, ne priori durius eſt. Gall. *Morpion* & *Paetas.* G. Filtzlauße. Aliud Genus dicitur *Petale:* ſunt lati pediculi in barba, palpebris, pectine & ſub axillis nidificantes. B. **Platluiſen.** G. Filtzlauß. A. Crab-louſe. Huc referuntur *Syrones*, *Dracunculi*, *Paſſio bovina*, *Ricinus* &c. quandoque infantibus *Pedicelli* ſuccreſcunt in pedibus. B. **Luiſ-ſiekte / Luiſ-ſucht.** G. Seuren / Lauß ſucht. Gall. *Maladie Pediculaire.* A. The Lowſie evil.

PHTHIRIASIS, eſt palpebrarum ſcabies furfura cea & ſquamoſa, à φθειριάω pediculis ſcateo.

PHTHIRION, idem quod *Phtheiroctonon.*

PHTHISICUS, eſt, qui pulmonum tabe laborat, à φθίω corrumpo. B. **Die een Teeringe heeft.** G. Der die Schwind ſucht am halſe hat. Gall. *Etique.* A. Aconſumption.

PHTHISIS, TABES, Gr. Φθὶη, φθίσις, φθίνας νόσος Plutarch. Τηκεδὼν πνὴν Aretæo, eſt univerſi corporis conſumptio, ex pulmonum ulcere orta, cum febri lenta & continua conjuncta; cui ſæpe anhelitus fœtens & tuſſis comitatur, à φθίω corrumpo. B. **Longe-zweer / Teering.** G. Darre / Ettich / Schwin-ſucht / Lungen-ſucht. Gall. *Phthiſie*, *Etique.* A. Ulceration of the lightes, conſumption.

PHTHOE, idem quod *Phthiſis.*

PHU seu PHY, est Valeriana: illa vox à Ponti incolis Græcis mutuata: dici volunt à putore gravique odore, mixto nardeæ suavitati, quem *Phu* seu *Phy* adverbio admirantis, & abhorrentis adversamur subodorati. Vide *Valeriana*. B. Speer-kruid / St. Joris kruid / Valeriane. G. Baldrian / katzen-wurtzel. Gall. *Valeriane*. A. Valerian.

PHYGETHLON, sive PANUS, est tumor ex inflammatione glandularum ortus, ut in Peste circa inguina &c. B. Een Buil. G. Ein Geschwulst. Gall. *Tuberosite*. A. Tumour.

PHYLACTERIUM, est amuleti species, qua venenati Morbi arcentur, ut Zenexton & alia.

PHYLLITIS, est Scolopendriæ species: sic dicitur quod folioſus cespes appareat, ex φύλλον folium.

PHYLLUM, est Mercurialis: an sic dicatur, per excellentiam ob frondes & folia? frondosa & folioſa enim est planta & φύλλον est folium.

PHYMA, sive TUBERCULUM, Gr. Σύμα & Φυσὸν quatuor vel quinque generum sunt, Verrucæ, Calli, Vari, Furunculi & Hydroa sive Desudationes, de quibus suo loco, aliis est tumor glandularum duntaxat qui statim augetur & ad suppurationem festinat, à φύω cresco.

PHYMATODES, est tuberculum *Phymati* simile.

PHYMOSIS, idem quod *Phimosis*.

PHYMUS & PHYMOSIS, idem quod *Phyma*.

PHYSALIS, est lupulus, vel potius ejus flores seu umbellæ; fortè dicitur à φυσάω inflo, quia cereviſia cum lupulo cocta facile in bullas elevatur. Eodem quoque nomine etiam vocatur Solanum vesicarium ob vesicas, φυσαλις enim est bulla, vesica. Vide *Lupulus*.

PHYSALOS, est Bufo, qui se mirum in modum inflare potest, à φυσάω inflo.

PHYSEMA seu PHYSESIS, est inflatio in quacunque corporis parte, intestinis vel abdomine, ut in Tympanitide. Item Resina pini, à φυσάω inflo.

PHYSESIS, idem quod *Physema*.

PHYSIOGNOMICA, sunt signa, quibus nonnihil ex vultu præsagiri potest, ex φύσις natura, & γινώσκω cognosco.

PHYSIOGNOMIA, est peritia in natura, hoc est, in creatis cognoscendis, à γινώσκω cognosco.

PHYSIOLOGIA, est medicinæ pars, quæ docet corporis

ris humani constitutionem quatenus sana est, ex φύσις natura, & λέγω narro.

PHYSIS, idem quod *Natura*.

PHYSOCELE, idem quod *Pneumatocele*.

PHYSODES, est quod flatibus abundat, à φυσάω inflo, & εἶδος forma.

PHYTEUMA, est species Linariæ vel Stæbes &c. hujus Etymon etsi omnibus plantis commune videatur (quia φυτεύοντα omnes) tamen φυτεύειν non tantum *Plantare*, sed *Producere*, *Generare* ac *Parere* significat. Hæc cum ad amatoria maximè apta sit, & sic ad generationem, præ aliis φύτευμα est appellata.

PHYTOLOGIA, est pars Medicinæ, quæ strictè ad *Pharmacologiam* & latè ad Physicos pertinet. Est enim vegetabilium & plantarum cognitio, ex φῦτον planta, & λέγω dico. B. Plantkenning.

PIA MATER, vide *Mater Tenuis*.

PICA, vide *Citta*.

PICATIO, vide *Dropacismus*.

PICEA, Gr. πίτυς, est abietis species, picem proferens.

PICRA, vide *Hiera Picra*.

PICRIS, sic nominatur Cichoreum, aliquando Hieracium, idque propter amaritudinem: πικρὸν enim est amarum.

PICROCHOLUS, est is, qui amaram bilem eructat, eaque abundat, ex πικρὸς amara, & χολὴ bilis. B. Galachtig. G. Choleriſch / voll von Gall. Gall. *Bilieux*. A. Galliſh.

PIESTRUM, est instrumentum chirurgicum ad contundenda ossa capitis in extrahendo fœtu mortuo; dicitur & *Pissorium* & *Contusorium*, & *Embryothlastes*.

PIGRITIA, est maxima tarditas cum appetitu otii & somni, metuque defatigationis, lassitudinisque, sed pigri raro sunt macilenti, unde Pigritia non tantum in macie vel tabe pinguedinis carnisque & succorum defectu, quam in succis non satis agilibus & fibris motricibus, hinc inde obstructis, consistit. Ideo qui pingues, carnosi, crassique sunt, longi item & ventre tumidi, solent pigri esse: at pigritia unum est ex præcipuis scorbuti dicti symptomatis; quæ vero Pigritia aliquos tenet, qui cum alacres sunt uni rei, ad aliam segnes existunt: Exempli gratia, qui ad studia lenti, magis amant vitam in strepitu, in militia, labore, peregrinatione, venatione, lusu, alea, joco, saltatione &c. quam

quam tranquilliorem & ſedentariam: ea ſegnities non morbus in motu corporis tardiore, ſed animi ægritudo ex aliis cauſis cum corpore nimium agili. Gr. Ὀκνηρία. B. Lupheid / Traagheid. G. Faulheit / Tragheit. Gall. *Pareſſe.* A. Slothfulnes, idlenes.

PILA, ſpecies mortarii eſt, ex varia materia fabricata, ut ænea, lapidea, vitrea, fictilitia &c. ſumitur & pro piſtillo. B. Een moztier. G. Ein mozſel. Gall. *Un Mortier.* A. A Morter.

PILARIS MORBUS, idem quod *Phalangoſis* & *Trichiaſis.*

PILI, ſunt corpora teretia & tenuia, conſtant ex plurimo ſulphure & terra; pro diverſo temperamento, diverſum colorem obtinent, creſcunt ex poris cutis, ut per eos, tanquam tubulos, omnes vapores & fumi facilius foras exhalentur. Microſcopium noſtrum in iis plurimos nodulos externe aliquando detexit, ſed & interiorem partem, mirum eſſe vaſculorum contextum. Dicuntur & *Crines*, & *Capilli*, quamvis capilli capiti ſolummodo attribuuntur, quaſi eſſent pili capitis. B. Hair. G. Das Haar. Gall. *Cheveux*, *Poil.* A. The Haire.

PILOSELLA, eſt Gnaphalii ſpecies, dicta à copioſis pilis, quibus folia inveſtiuntur, Vide *Filago.*

PILULA, ſive CATAPOTIUM, eſt Medicamentum ſolidum ſphærica figura, piſi magnitudine, ex pulveribus, gummis, extractis &c. glutinoſo liquore exceptis, efformatum. Suntque *purgantes*, *vomitum concitantes*, *ſudoriferæ*, *acidum concentrantes* &c. B. Pillen. G. Pillulen. Gall. *Pillules.* A. Pilles.

PILUM, idem quod *Piſtillum.*

PIMPINELLA, PAMPINELLA, BIPINELLA, ſeu BIPENNULA, quibuſdam *Pompenella*, quia pepones olet: ideoque corrupta vox à pepone erit: niſi velis deducere à Germanica voce *Bibinell*, ſive à bibendo, quod vino indita illud ob meliorem ſaporem & gratitudinem, bibere facit: mutatis nempe ambo b in p. facile invenies nomen Pimpinellæ. B. Pimpernelle. G. Bibernell / Bibinell / Stentzeterlein / Boks-peterlein / Kolbles-kraut / Blut-kraut / Megelkraut. Gall. *Pimpinelle*, *Pimpernelle d'Almagre*, *Sanguiſorbe.* A. Burnet, Stone-parſley.

PINEALIS GLANDULA, vide *Conarium.*

PINGUEDO, vide *Adeps.*

PINNA

PINNA AURIS, eſt ſuperior & latior pars ipſius auris, quæ *Ala* dicitur. B. De Oor-top.

PINNA NASI, vide in *Pterygium*, & *Ala*.

PINUS, Gr. Πεύκη, an pinus à πίτυς picea? mutato *t* in *n* an à ſpina, quod folia habeat quaſi ſpinoſa, ablato tantum *s*, quaſi ſpinus? B. Pyn-boom / Pyn-appel-boom. G. Hartz-baum / Fichten-baum / Kin-holt / Foren-holtz. Gall. *Le pin* & *pignet*. A. pine-tree.

PIPER, ejus ſunt variæ ſpecies, uti *vulgare piper* ſive *nigrum*, *Melanopiper* Gr. dictum. Secundo, *Album*, ſive *Leucopiper*, & *Longum* Gr. *Macropiper*; in Malavar maxima piperis provenit quantitas; naſcitur & in Malacca, inſulis Javæ vicinis, Sunda & Cuda, aliiſque locis. Seritur ad radices alterius arboris, ad cujus uſque faſtigium ſeſe convolvendo ſcandere ſolet: foliis raris, mali aſſyrii effigie, ſed minoribus, & per extremum acutis, virentibus guſtu acri. Fructus uvarum ferè modo racematim cohæret, quamvis racemi & fructus minores ſint; inter nigri & candidi plantam tam exigua eſt differentia, ut à nemine quam ab incolis dignoſci poſſint. Longum naſcitur in Bengala, cujus planta eadem quidem, ſed folia teneriora & pallidè vireſcentia habet, imo & petiolum breviorem. Virtute omnia calefaciunt, ſed album ſuperat nigrum, & illud iterum longum ſua præſtantia. B. Peper. G. Pfeffer. Gall. *Poivre*. A. pepper.

PIPERITIS, eſt planta cujus folia & præſertim radices acrem & mordicantem habent ſaporem, ideoque à piperis acrimonia nomen mutuatur. Gr. Λεπίδιον. B. Peper-kruid. G. Pfeffer-kraut. Gall. *Paſſerage*, *Poivree*. A. Dittammer, pepper-wort.

PISO, idem quod *Mortarium*.

PISSASPHALTUS, eſt nativus vel factitius. *Nativus* deſcribitur à Dioſcoride, quod naſcatur in Apollonia Epirotarum. Item, quod ex Ceraunïis montibus devolvatur, & impetu fluminis raptum rurſus æſtu in littus expuatur, ibique concreſcat. Et hac ratione nihil aliud eſſe videtur quam *Aſphaltus*, de quo vide ſuo loco. *Factitius*, eſt mixtura ex pice ac bitumine, (unde & nomen accepit) videturque id eſſe, quod noſtrates *Aſphaltum* vocant, ſeu *Bitumen Judaicum*. Non deſunt qui putant Arabum eſſe *mumiam*.

PISSELEON, vide *Pix*.

PISTACIA, PISTACIUM, eſt arbor nucifera, cujus nomen

nomen à Syris inditum, ideoque ejus originem nescimus. B. **Pistassi-boom / Fistucen.** G. Pimper-nuss baum. Gall. *Pistachier.* A. pistach-tree.

PISTILLUM, est instrumentum Pharmaceuticum, quo res in mortario tunduntur. B. **Een Stamper.** G. Ein Ruhrpistill / Stosser. Gall. *Un Bistortier.* A. A pestle.

PISTOLOCHIA, est Aristolochiæ species fideliter partum expellens: hinc ejus nomen à πιστὸς fidelis & λοχὸς puerpera, gravida, à λέχω, id est κεῖμαι jaceo, scil. ἐν τῇ λέχει, in lecto.

PISUM, Gr. πίσον, πίσου, & λέκυθος vel λέκιθος, nomen accepit, vel ἀπὸ τ πίσσειν quod *Decorticare* significat; vel ab agro vel urbe Pisa, circa quam copiosissimè olim nascebatur. *Lecythos* est ovi vitellus cortice obductus, hinc pisa, quia cortice etiam vestiuntur, Gr. Λεκίθες nominant.

PITTACIUM, est pannus modicus, qui medicamento illitus, affecto loco imponitur. Πιττάκιοι, πλάτυσμα, qui latior videtur, ut *Splenium* oblongior: *Splenium* Plinio à splenis figura, longiusculum propriè emplastrum est. B. **Wondplaaster.** G. Wund Pflaster. Gall. *Emplastre aux playe.* A. A Wound plaister.

PITUITA, idem quod *Phlegma.*

PITUITARIA GLANDULA, vide *Glandula Pituitaria.*

PITUITARIA, vocatur *Staphys agria*, quia masticando pituitosam salivam copiosè elicit.

PITYRIASIS, vide *Furfuratio*, à πίτυρον furfur. B. **Semelachtig Vel.**

PITYROIDES, est urinæ sedimentum furfuraceum, ex πίτυρον furfur, & εἶδος forma. B. **Semelachtige Pis.**

PITYS, est *Pinus Picea*, quasi à πῖος, quia pingui abundat, vel à πίττα, liquidem ex ea pix defluit. B. **Pistboom.** Vide *Pinus.*

PITYUSA, est Ezula, cujus folia pini foliis proximè accedunt: hinc nomen venit à πίτυς pinus.

PIX, Gr. πίσσα, est pars resinosa ex arboribus resinosis, uti pinu, Abiete, Larice, Terebintho, Cedro &c. vi ignis extorta, modus fit per descensum. Primo venit pix liquida: deinde crassior & crassissima, affertur copiosè ex Finlandia aliisque circa Norvegiam locis. Pix liquida, di-

citur *Pisselæon Dioscoridis*. Pix illa ubi denuo coctione purgatur, seu si mavis dephlegmatur, crassescit magis & magis, diciturque pix sicca, *Palimpissa*, *Pix navalis* (quod navibus picandis adhibeatur) non quod à navibus maritimis derasa sit, quippe hæc appellatur *Zopissa*. B. **Pek/ pik.** G. Pech. Gall. *De la Poix*. A. pitch.

PIX GRÆCA, vide *Colophonia*.

PLACENTA UTERINA, seu Hepar uterinum. B. **De Moeder-koek.** Est substantia rubra hepati similis plurimis acinis glandulosis referta. Habet venam unam, & arterias duas ex funiculo umbilicali & vasa fortè lymphatica à partibus vicinis. Parte exteriore utero adhæret, alterutri lateri indifferenter, frequenter tamen in medio, quemadmodum fructuum petiolus arbori, interius Chorio obducitur: ex uteri porositatibus succum nutrientem, (non secus ac in papillis intestinorum contingit, quæ chylum imbibunt & vasis lacteis communicant) accipit, qui per venam umbicalem, una cum sanguine refluo, in usum fœtus facessit, cujus pars superflua ab arteriis in amnion fortè deponitur, ut fœtus etiam per os nutriatur. Placenta illa una cum membranis, post enixum fœtum, etiam expellitur, & *Secundinarum* nomine veniunt. B. **De na-geboorte/ Geboorte koek.** G. Leber kuchlein/ die nach geburt/ after-burt. Gall. *Le Gateau de Secundine*. A. Womb cake, the womb-liver or Secondine.

PLADAROSIS, sunt parva & mollia tubercula, internæ parti palpebrarum accrescentia. B. **Stuljes vleis aan de oog-schjeelen.**

PLAGULA, vide *Splenia*.

PLANETICA ARTHRITIS, à πλανάω erro, vagor. Idem quod *Arthritis Vaga*.

PLANTA, est vegetabile integrum, sive arborem velis, sive fruticem, sive herbam. B. **Een plante.** G. Ein Gewächs/ Kraut/ eine Pflantze. Gall. *Une Plante*. A. A plante.

PLANTA NOCTIS, idem quod *Hydroa*, & *Sudamina*, sic dicitur eo quod à frigore nocturno potissimum inducatur.

PLANTA PEDIS, est pedis inferior carnosa & concava pars, inter digitos & calcem. B. **De Voetsool.** G. Die solen am fusse. Gall. *Plante du pied*. A. The Sole of the Foot.

PLAN-

PLANTAGO, Gr. Ἀρνογλῶσσον: nomen devenit à planta. Vide *Arnoglossum*.

PLANTARIS MUSCULUS, hic à latere inter soleum & gastrocnemium ab externo femoris inferiore tuberculo exilis, longissimo tendinis tractu, emissus, calcis teres infigitur externo lateri, plantamque tegens totam, omnesque adit digitos: ejus officium est retrorsum extendere. B. De Plant-spier. G. Der fuß solen Mauß. Gall. *Muscle de Plante du Pied*. A. The Muscle of the Sole of the Foot.

PLASTICA VIRTUS, dicitur quæ vim habet aliquid formandi. Veterum est locutio & ignorantiæ asylum; quod enim rectè explicare non poterant, vim plasticam vocabant: ut est vis ossifica, ossifraga, expultrix, attractrix &c. à πλάσσω fingo.

PLATANARIA, est arundinis species, ob similitudinem fructuum, quam globuli arboris platani habent, nomen accepit. B. Riet-gras. G. Igels Knopfen. A. Reed-grass.

PLATANUS, est arbor, nomen habet, ob folia lata & ampla, à πλατύνω dilato, ramos late diffundo. G. Ahorn/ Maß holder. Gall. *Plasne*, *Plane*. A. plane-tree.

PLATYPHYLLOS, est esculus: vox sonat *Latifolia*, ergo à πλατὺ latum & φύλλον folium.

PLATYSMA, est linteum latum, quod ulceribus superimponitur, à πλατὺ latum.

PLATYSMA MYODES, vide *Myodes*.

PLECTRUM, vide *Cion*.

PLENITUDO, est *Plethora*, sive boni sanguinis abundantia; quæ dicitur esse vel ad vasa vel ad vires. Vide *Plethora*.

PLERES ARCHONTICUM, est pulvis quidam cephalicus: significans *Implens Principale*, à πληρόω impleo, & ἄρχη principium.

PLEROTICA, sunt Medicamenta carnem restaurantia & implentia. Vide *Sarcotica*, à πληρόω impleo. B. Vleis-makende middelen. G. Fleisch-machende mittlen. Gall. *Incarnative*.

PLETHORA, est, cum sanguis, alendo corpori utilis, in vasis supra mediocritatem abundat, diciturque esse vel ad vasa, cum sanguis ita abundet, ut vasa quibus continetur, mole suâ distendat: vel ad vires, quando tanta est

sanguinis copia, ut vasa quidem non supra modum repleat; viribus tamen sit gravis. Sed illa differentia, potius ad morbos referri debet, quam ad sanitatem: nam si vasa distendantur, crassum sanguinem & obstructiones indicat: & si homines viribus fuerint, graves obstructiones non tantum, sed & virium imbecillitatem significat. Si enim plethorici abundent succis optimis, certe vasa iis non erunt distenta, nec vires graves. à πλήθω impleo. B. Bloed-rijk / Volsappig. G. Blut-reich. Gall. *Sanguin, plein de sang.*

PLETHORICUS, est is, qui multo sanguine & succis abundat, à πλήθω repleo. B. Een die veel bloed heeft. G. Blutig / voll blut. G. *Plethoric, sanglant, sanguin.* A. Bloudie, bloudish.

PLEURA, sive MEMBRANA SUBCOSTALIS, est membrana thoracem ejúsque viscera intus succingens. B. Het borst-vlies / ribbe-vlies. G. Das brust-fell / ribben-fell. Gall. *Pleure.* A. The Breasts internal Membrane.

PLEURITIS, est, ut dicitur, pleuræ & musculorum intercostalium inflammatio, cum febre acutâ continuâ, punctorio lateris dolore, difficili respiratione, tussi sputoque interdum cruento, estque vel vera, ut supra definivimus, vel spuria, à πλευρὰ latus. B. Zijde wee / Pleuris. G. Das Seiten stechen / Seitenwehe / brust geschwär / stich. Gall. *Pleurisie, Point de Côté, douleur de Coslé.* A. The pleurisie.

PLEURITIS NOTHA, seu SPURIA, est species pleuritidis, sed signa aliquomodo differunt. B. Een bastaart pleuris.

PLEURORTHOPNOEA, est lateralis morbus, in quo non nisi erecto collo respirare possumus, ex πλευρὰ latus, ὀρθὸς rectus, & πνέω spiro.

PLEXUS CHOROIDES, supra glandulam pinealem, velut supra fibulam suspendi videtur: iste plexus ad hunc modum constituitur: ex utroque medullæ oblongatæ latere, ubi cerebri limbus ei connectitur, duæ arteriæ è posterioribus carotidum ramis, ubi vertebralibus uniuntur, oriundæ, recta ascendunt; quæ statim divisæ, velut plures rivi juxta consiti, versus glandulam pinealem evehuntur, ibidemque mutuo occursu terminari videntur; atque illic loci, è sinu quarto surculi venosi utrinque prodeunt, qui pariter in filamenta divisi, arteriis capillaribus obviam fiunt, inque illos

los pluribus in locis inoſculantur, & varie complicantur; adeoquè hæc vaſa, inter ſe plurimum irretita, & glandulis interſerta, plexus admirandos conſtituunt. B. **De netwys gevlogten vlegting.** G. Die netzgleiche geflochtene blutgefäſe. Gall. *Rets Choroides.* A. The Net Choroides.

PLEXUS GANGLIOFORMIS, dicitur, quando varii nervi in unum nodum glanglio ſive nodo ſimilem coaleſcunt. B. **Zenuws vlegts knoop.**

PLEXUS NERVOSUS, dicitur, cum duo vel plures nervi coëunt, & extuberantiam velut nodum conſtituunt. B. **Zenuw-vlechten/ Zenuw-knooping.** G. Ein Geflochten ſennaders knopff. Gall. *Neud Nerveux.* A. The nervous plex.

PLEXUS RETICULARIS ſeu RETIFORMIS, vide *Plexus Choroides.*

PLICA, eſt morbus *Polonis* endemius, quando capilli capitis, in unum cirrhum, vel plicam concreſcunt, inſtar caudæ vaccinæ, adhæc etiam gibbi fiunt, laxantur artus, membra conglobat & retorquet, pediculos fundit, aliaque ſymptomata inde proveniunt. Diligentiſſimus *F. Ruiſch* mihi plicam oſtendit, quam in muſæo inter alia rariora ſervat. B. **Een vlecht.** G. Maren-flecht & ſchrötleins zopff/ ſalben-zopff/ alii maren-lock/ vel moren-lock/ Wichtel Zöpffe/ judenzopffe.

PLUMACEOLA, idem quod *Splenia.*

PLUMBAGO, idem quod *Molybdæna.*

PLUMBAGO, eſt Perſicaria, dicta quod maculas habeat plumbeas.

PNEUMATOCELE, eſt ramex ſeu Hernia ventoſa: cum ſcrotum à flatibus diſtenditur, à πνεῦμα ventus, & κήλη tumor. B. **Wind-breuk.** G. Wind-bruch. Gall. *Hernie venteuſe.* A. A windy rupture.

PNEUMATODES, eſt anheloſa reſpiratio, à πνέω ſpiro, & εἶδος forma.

PNEUMATOSIS, eſt ſpirituum animalium generatio, quæ fit in corticali cerebri ſubſtantia, illic arteriolæ deplentur, & ſpiritus extillantur, qui poſtquam cerebri meditullium ſubierint, totum nervoſum genus, motibus actionibuſque ſenſitivis perficiendis, irradiant, à πνεῦμα ſpiritus, & πήγνυμι conſtituo. B. **Geeſtmakinge.** G. Geiſtmachung. Gall. *Generation de ſprits.* A. Generation of ſpirits.

PNEUMATOMPHALUS, eſt umbilici, à flatibus in ventre collectis, protuberantia, ex πνεῦμα flatus, & ὀμφαλὸς

umbilicus. B. **Een wind-breuk in de navel.** G. Des nabels windbruch. Gall. *Hernie Venteuse dans le nombril.* A. Windy rupture in the navill.

PNEUMON, Gr. Πνεύμων, Lat. Pulmo, à πνέω spiro. Vide *Pulmones.*

PNEUMONANTHE, est Campanula autumnalis: & vox ipsa significat *Florem Pulmonalem*, sed an inserviat morbis pulmonum, necdum compertum habeo, ex πνεύμων pulmo, & ἄνθος flos.

PNEUMONICA, sunt quæ respirationem facilitant, à πνέω spiro.

PNIGALIUM, idem quod *Epialtes*, à πνίγω suffoco. B. **De nacht-maar.**

PNIGMUS, est suffocatio, seu strangulatio, à πνίγω strangulo.

PODAGRA, est Arthritis pedum, vide *Arthritis*, ex ποῦς pes, & ἀγρεύω capio. B. **Voeteuvel / voet-flerecijn.** Cic. *Pedibus Captus.* G. Das Ziperle an den fussen. Gall. *Goute aux pied.* A. The gout in the feet.

PODAGRA DENTIUM, idem quod *Odontalgia.*

PODAGRA LINI, idem quod *Cassutha.*

PODEX, idem quod *Anus.*

POEONIA, Gr. Γλυκυσίδη & Παιονίη, casta herba Latinis. Γλυκυσίδη dicta, quod grana mali punici acinis similia habere videatur. Nam sidia mali punici grana à Bœotis nominantur. *Pœonia* ab ejus inventore, medicinæ peritissimo, Pœone appellata est, qui ea nempe vulneratum Plutonem ab Hercule curasse perhibetur. Nisi fortè nomen illud acceperit ἀπὸ τοῦ παίομαι, sive παίω, vel τύπτω ferio, percutio. Vel à παίων vel παίωνιζω hymnos cano, quod ob insignes virtutes multum laudaretur. B. **Peoni / Vuur-blom.** G. Peonie / Benigroen / Pfingst-rosen / Gicht-rosen / Königs-blum. Gall. *Pivoine*, *Peone.* A. Peony, piony.

POLEMONIUM, nonnullis *Beën Album*, est planta flosculos albos producens, an habeat nomen à Cappadociæ urbe *Polemonium* dicta, asserere non audeo. A. Wild sage.

POLIUM, est planta graveolens, dicitur à canitie, canisque capillamentis & tomento hirsuto, quæ non modo capitula corymbacea, sed etiam universam plantam incanam reddunt, perinde ac Gnaphalium. Gr. Πολιὸς canus est.

POL-

POLLEX, vide *Digitus*.

POLLUTIO nocturna, est involuntaria seminis, cum titillationis sensu, per libidinosa insomnia, excretio. B. **Onwillige zaad-loosinge.** G. Samen fluß. Gall. & A. *Pollution.*

POLYACANTHAS, est Cardui spinosi species, ex πολὺ multum & ἄκανθα spina.

POLYANTHEMUM, est planta multos flores proferens, ex πολὺς multus, & ἄνθος flos.

POLYCHRESTON, est medicamentum multis morbis accommodatum. B. **Een middel tot veele siekten.**

POLYCHRONIUS, est morbus diuturnus, qui ad menses & annos plurimos sæpe extenditur, ex πολὺς multus, & χρόνος diuturnus. B. **Een langduurige siekte.** G. Langwirige kranckheiten / eine stete krancheit. Gall. *Maladie longue*, A. A long disease.

POLYGALACTOS, est fœmina, quæ multo lacte abundat, ex πολὺ multum, & γάλα lac. B. **Die val sag oste melk is.**

POLYGALA, est herba lac generans, vel multum succi lactei habens, ex πολὺ multum, & γάλα lac.

POLYGALUM, idem quod *Polygala.*

POLYGONATUM, est sigillum salomonis, sic dicitur à radice geniculorum frequentibus nodis ex intervallis tumente, ex πολὺ multum, & γόνυ genu, seu nodus. B. **Salomons segel.** G. Weiß-wurtz. Gall. *Sean de Salomon*, *signet de Salomon*, *Genuliere*, *Genieuliere*, A. Solomons-seal.

POLYGONUM, seu CENTUM NODIA, est herba viis frequens, cujus cauliculi plurimis nodulis gaudent, ex πολὺ multum, & γόνυ genu. Vocatur etiam *Proserpinaca*, fortè à proserpendo: & *Seminalis*, à seminis multitudine: & *Sanguinalis*, à sanguine cohibendo: ut & *Corrigiola*, an quod morbos corrigat? B. **Duisend-knoop / Derkens-gras / kneupel-gras / knoop-gras.** G. Weg-graß / weg-trit / dem-gras / blut-kraut. Gall. *Sanguinaire*, *Centinodie.* A. Knot-grass.

POLYGOPHORA, sunt potus seu vina plurimis spiritibus pollentia, ex πολὺ multum, & φορέω fero. B. **Sterke wijn / krachtige wijn.**

POLYMORPHUM OS, idem quod *Sphenoides Os* & *Cuneiforme.*

POLYNEURON, vide *Arnoglossum*.

POLYPHAGIA, est multi alimenti assumptio, ex πολὺ multum, & φάγω edo. B. **Veel-eting.**

POLYPHARMACON, idem quod *Polychreston*, ex πολὺ multum, & φάρμακον Medicamentum.

POLYPODES, dicti *Aselli* & *Millepedes*: est insectum diureticum. B. **Zeugen / Pisse-bedden / Krobben / Esellkens.** G. Ein kellerwurm / schäffelein. Gall. *Cloporte*, *closeporte*, *porcelet*. A. Sows, Hogs-lice, Many-feet.

POLYPODIUM, est species Filicis, arboribus innascens, cujus radices nodosæ & geniculatæ sunt, ex πολὺ multum & πῦς pes: repit enim quasi plurimus pedibus, vel nomen accepisse ferunt, à radice sc. quæ scirrhos & acetabula polyporum modo habet. *Filicula* etiam vocatur à similitudine foliorum cum Filice. B. **Veel-voet / boom-vaaren / engevoet / eiken-vaaren.** G. Engel-süß / Süß-fahren / Baumfarn. Gall. *Polypode*. A. Polypody, Oake-ferne.

POLYPUS, est tumor in cavitate narium excrescens, estque duplex, vel turundæ formam refert, & *Sarcoma* generali nomine vocatur: vel ramulis aut pedibus variis ad oris interiora aut nasi exteriora se extendit: color est albus; sæpe ad rubedinem vergit; aliquando lividus, & niger, hujusmodi excrescentiæ in naribus, corde, & sinibus crassæ meningis aliquando contingunt, ex πολὺς multus, & πῦς pes. B. **Een slijm-pzop / veel-voet.** G. Viel-süß / ein Nasen geschwer. Gall. *Polype*. A. Tumour with many leggs.

POLYSARCIA, est nimia corpulentia corporis, ex πολὺ multum, & σάρξ caro. B. **Corpulentigheit / groffvigheit.** G. Ungemeine dicke / settigkeit des leibs. Gall *Corpulent*, *Charnu*. A. Corpulent.

POLYSPASTON, est machinamentum articulis reponendis accommodatum: ita dictum, quod multis orbiculorum circuitionibus facilitatem præstet, ex πολὺ multum, & σπάω traho.

POLYSPERMOS, qui semine dives est, ex πολὺ multum, & σπέρμα semen. B. **Veel-sadig.**

POLYTRICHUM, est Capillus Veneris, sic dicitur ob capillarem faciem, ex πολὺ multum, & θρὶξ capillus, dicitur quasi *Multicomum*, quod capillos densos ac multos faciat, ejusque defluvia expleat. Est & aliud *Polytrichum*, quod mu-

sci

ſci ſpecies eſt, aurei coloris, ſic dicta à ramulis, qui capillorum inſtar tenues ſunt. B. Vrouwen-haír / Venus-haír. G. Frauwen-haar. Gall. *Polytric*, *Garguet*, *Rue de mur*. A. Maiden-hair.

POLYTROPHIA, eſt nutritio multa, quando nempe quis maximopere nutritur. B. Veel-voedinge.

POMAMBRA, dicitur quaſi pomum ex ambra aliiſque odoramentis compoſitum. Ingredientia ſunt plerumque ambra Gryſea, Moſchus, Zibethum, Ladanum, Benzoin, Styrax calamita, oleum cinamomi, oleum caryophyllorum &c. ex hiſce cum mucagine alicujus gummi, globuli majores ſeu poma odoris gratiâ componuntur. B. Een Amber-bal / Reuk-bal. G. Ein Rauch-kugel / Rauch-ball. Gall. *Paſtille*. A. A Smell-ball, Pomander, Muske-ball.

POMATUM, eſt unguentum grati odoris, poma recipiens, unde nomen. B. Appel-ſalf. G. Apffel-ſalbe. Gall. *Pomade*.

POMPHOLIGODES, urina eſt, cui in ſuperficie plurimæ bullæ innatant, quæ plerumque in flatibus & doloribus corporis obſervantur, à πομφολιγόω bullas excito. B. Schuim-achtige Pis.

POMPHOLYX, eſt favilla tenuiſſima & volatilis, quæ dum æs in fornacibus perficitur, ſupernæ earum parti adhæreſcit. Coit ibidem in glomuſculos vellerum lanæ ſimiles, contactæque farinæ modo diſpergitur. Eodem modo & Cadmia, vi ignis violenti in favillam ſeu tutiam redigi poteſt. Arab. *Tutia*, Lat. *Bulla*, nam πομφόλυξ Bullam ſignificat, à πέμφιξ flatus; officinis *Nil*, unde Belgis Niet / ſive Witniet / ad differentiam Tutiæ, item dicitur *Nihili album*. G. Weiß nicht. Gall. *Pompholige* & *Tuthie Blanche*. A. The White Tutty.

POMUM & POMUS, latius patet quam malum, comprehendit enim ferè omnes fructus molliorem corticem habentes: fortè ſic dictum, quod eorum plurima etiam ſitim tollant, ita ut ſimul ſint cibo & potui. Gr. Μῆλον, Ὀπώρα. Nonnulli à πόμα potus derivant.

POMUM ADAMI, eſt protuberantia illa in collo anterius conſpicua, ſic dicitur quia vulgò perſuaſum eſt, in Adami faucibus Pomi partem ex pœna divina remoratam eſſe, & ad poſteros tranſlatam. Nihil aliud eſt quam capitis laryngis protuberantia. B. Adams Appel. G. Adams Apffel. Gall. *Pomme d'Adam* A. Apple of Adam.

POMUM ADAMI, est mali Aurantii species: nomen accepisse ferunt, quod cortex rimis quibusdam exasperatur ac si dentibus demorsus esset.

POMUM AMORIS & POMUM AUREUM, seu MALUM AUREUM, sic vocatur ob pulchrum & amabilem aspectum.

POMUM ODORIFERUM, idem quod *Pomambra.*

PONDO, de ponderibus *Joh. Rhodius* hæc habet: inter pondera Romana reliquorum omnium tam Ponderum quam Mensurarum veluti regula primas merito poscit *Libra.* Cujus schema *P. Celso* sine ulla adjectione, notat pondo solum, hoc est, Libram, non Mercalem, negotiatoriam, Στατῆρα *Pollucis*, Gallis Regiam, quæ Senum Denum *Budæo*, de Ass. lib. 2. f. 38. Sedecim unciarum *H. Junio*, sed Romanam, quæ tam mensuralis à mole, quam à gravitate ponderalis, Assis instar, Romanis usitatissimè XII. Unciarum sive 84. Denariorum erat: non quidem levi conjectura sed computatione legitima, nostræ æqualis. Hoc tamen discrimine, ut Libræ Unciæ XII. Mensurales, X ponderales respondeant, ex *Galeni* lib. 6. de comp. Med. S. gen. cap. 8. Sili, quod sciam, *Budæo* de Asse, duodecim & dimidiæ, cujus sententiæ momenta *Agricola* solidè infregit lib. 4. de ponderibus & Mensuris, nostris sic notatur Pond & Lib. pro Regionum, imo & urbium diversitate innumera penè dantur ponderum genera. Vide etiam *Libra.* B. **Een pond.** G. Ein pfund. Gall. *Livre.* A. A pound.

PONS VAROLII, sunt Processus quidam cerebelli globosi, propè vermiformes, sic à *Varolio* inventore dicti. B. **De Brug van Varolius.** G. Eine Brucke von Varolius. Gall. *Pont de Varolius.* A. Bridg of Varolius.

PONTICUM ABSINTHIUM, nomen habet à Ponto regione in qua nascitur.

POPLES, est articuli istius, quo os femoris articulatur ossi tibiæ, pars interior, sive posterior, qua crus flectitur. Gr. Ἰγνὺς & Ἰγνύα. B. **De Haassen.** G. Die Kniebuge. Gall. *Le Jaret.* A. The hollow of the afterpart of the Knee. the Harm.

POPLITÆUS MUSCULUS, est unus ex iis quo tibia movetur. Externo infernoque femoris osseo tuberi adnatus, obliquè, itidem tibiæ superiori posteriorique eminentiæ quadrata ex parte figura inseritur. B. **De Haassen spier.** G. Der Kniebiegen mauß. Gall. *Muscle Poplitee.* A. Idem.

PO-

POPLITÆA VENA, ex duplici ramo crurali misto constat, & sub cute tecta posterius per medium poplitis flexum, excurrit usque ad calcem, aliquando ad malleoli cutim. B. De Haassen Ader. G. Der Kniebiegen Ader. Gall. *Veine Poplitee.* A. Idem.

POPULAGO, est *Tussilago*, sic dicta ob foliorum albedinem, quam cum populo arbore communem habet.

POPULEUM, est unguenti nomen, sic dictum, quia componitur ex oculis seu Gemmis Populi, quibus additur *Bardana*, *Hyoscyamus*, *Lactuca*, *Mandragora*, *Papaver nigrum*, *Sempervivum majus & Minus*, *Solanum*, *Violaria*, *Umbilicus veneris*, *Rubi cymæ*, & *Porci axungia*. B. Populier Salf / Popeljoen Salf.

POPULARIS MORBUS, idem quod *Endemius* seu *Epidemius*.

POPULUS, seu FARFARUS, est arbor procera, an à πάλλω vibro, quatio, concutio, quia à minimo aëris motu, Populi tertiæ speciei folia concutiuntur. B. Populier-boom / Abeel-boom / Natelaar / Popelaar. G. Alber-baum / Pappel-baum / Aspen. Gall. *Peuplier.* A. Asp-tree, popler-tree.

PORCELLO, est insectorum species, quæ & *Aselli* & *Millepedes* dicuntur. B. Teugen / Kreobben / Pissebedden / ob odorem urinæ, quem spirant. Eorum pulvis valde diureticus est.

PORI, dicuntur meatus exigui & insensiles cutis aliarumque partium, per quos sudor & effluvia vaporosa ex corpore decedunt. B. Sweet-gaten / Pypjes / Luchtpypjes. G. Schweißlöcher. Gall. *Pore.* A. Pores.

POROCELE, est Hernia ex callo aut calculo excitata, ex πῶρος callus, & κήλη tumor.

POROMPHALUS, est calculus aut callus, in umbilico protuberans, ex πῶρος callus, & ὀμφαλὸς umbilicus.

POROSIS, est calli generatio, à πωρόω callum induco. B. Eeltmaking.

POROTICA, sunt Medicamenta callum generantia, seu quæ exsiccando, incrassando, & astringendo partis alimentum in callum convertunt, à πωρόω calleſco.

PORPHYRITES, est lapis ex silice aut porphyre, superficie lævi & æquali, super quo, ancillante alio lapide, cursore dicto, alii lapides, gemmæ &c. in subtilem pulverem rediguntur. B. Een Dyf-steen / Prepareer-steen.

G. Reib-

G. Reib-ſtein / Preparier-ſtein. Gall. *Porphyre.* A. Prepared-ſtone.

PORRACEA BILIS, vide *Bilis.*

PORRUM, nomen habere dicunt, quod porrò eat & longè latèque graſſetur. Gr. πεῖσον, à πείθω incendo, eſt enim calidum; habentur variæ ſpecies. B. **Pareſ.** G. Lauch. Gall. *Porreau.* A. Leke.

PORRUS, eſt Verrucæ ſpecies, quæ habet quaſdam radices ad extra, ad ſimilitudinem porrorum, & ita minutim fixa. Vulgo *Oculus Gallinæ.*

PORRIGO, idem quod *Furfuratio.*

PORTA, Gr. Πύλη, ſic vocatur Hepatis pars ſima, ubi duæ parvæ inveniuntur eminentiæ ſeu protuberantiæ, quas *Portas* appellarunt, putantes Chylum ad hepar ſanguificationis gratiâ deferri, quod tamen falſum eſt. *Vena* quæ ibidem loci ex viſceribus imi ventris ſanguinem in hepar ducit, ideo *Vena Portæ vocatur.* B. **De Lever-poozt.** G. Die Leber-ader. Gall. *Porte de le Foye.* A. The Livers port.

PORTÆ VENA, vide *Vena.*

PORTULACA, PORTELLA, PORTICULA, Gr. Ἀνδράχνη, Πυλὶς, Πυλίδιον, quidam putant à porco, (quaſi porcorum lactuca) nomen habere, unde χοιρόβοτον, porci herba, vel à πύλη porta. Ἀνδράχνη quaſi Ἀδράχνη, quaſi cum ἁδρᾶ ἄγνη pullulet. B. **Pozcelein.** G. Portulak / Burtſelkraut. Gall. *Pourpier, Porcelaine, Poupier, Porceline.* A. Purſlain, porcelain.

PORUS BILARIUS, ſeu HEPATICUS, eſt canalis, qui ab Hepate per ductum communem, bilioſum excrementum, (quod in Hepate, mediantibus glandulis exiguis, ſegregatur) in inteſtinum duodenum amandat. *Porus* etiam omnem ductum & meatum ſignificat, à πείρω pervado. B. **Galleider.** G. Der Gallen-leiter. A. The Bile Channel.

POSCA, putatur dici à πόσις potio, idem quod *Oxycratum.*

POSSETUM, Gr. Ζυθόγαλα, eſt lac decoctum, cui ſub finem coctionis cerevilia infunditur, tunc liquidum ſerum in febribus ſorbendum datur, & coagulum removetur, potio eſt Anglis familiaris. B. **Een Biermelkjen.** G. Biermilchlein / Poſſet. Gall. & A. *Poſſet.*

POSTBRACHIALE, idem quod *Metacarpus.*

POTAMOGEITON, Gr. Σύχνις, Lat. Fontalis, quia fontibus & præſertim fluminibus vicina eſt. Siquidem in aquoſis

fis & paluſtribus locis naſci amat. *Stachyites* vocatur, quaſi ſpicata, ob caulem quem ex ſe mittit floribus & ſemine ſpicatum, ex πόταμος fluvius, & γείτων vicinus. B. **Fontein-kruid / Swem-kruid / Swam-kruid.** G. Schwemmen-kraut. Gall. *Eſpi de Eaue.* A. Water-graſs.

POTENTILLA, ſive ARGENTINA, an ita dicitur ob potentes vires ſiſtendi ſanguinem? vide *Anſerina*, & *Potentilla.*

POTERIUM, eſt Cardui ſpecies, quamvis illud nomen & aliis plantis imponitur. Sic dicitur, quod ſit potrix herba, paludoſum riguumque ſolum amet, vel forte quaſi ποτὶς, quod paludoſi riguique ſoli amans ſit, ſed etymologia non arridet, quia potius montes & loca arenoſa amat: potius quaſi πολὺ ἔριον, vel πόπι ἔριον, quod lanugine obducatur lanoſa.

POTIO, ſeu POTUS, à potare, eſt mixtura vel diſſolutio ex variis; vel decoctio, quæ bibitur, ut hauſtus, decoctum, emulſio, julapium &c. B. **Een Dranck.** G. Ein Tranck. Gall. *Potion.* A. a Drink.

PRÆCIPITANTIA, ſunt, quæ acidum in corpore noſtro infringunt, & quaſi præcipitant: eſt vox à Chymicis mutuata, quia præcipitando res alterius indolis fiunt. Vide *Abſorbentia.*

PRÆCIPITATIO, eſt quædam minimarum particularum in liquore conveniente ſolutarum, & per contrarium liquorem infuſum, ſubſidentia & reviviſcentia. Si corallia aliive lapides, ut Margaritæ, oculi cancri, argentum vivum &c. aqua forti fuerint ſoluta, & ſal aliquod alcalicum injiciatur, particulæ antea inviſibiles, ſtatim ſub pulveris formâ ſubſident. Ita ſulphurea, ut ſuccinum, lacca, reſina &c. ſpiritu vini ſoluta, ab infuſa aqua præcipitabuntur. B. **Schifting / neder ſtooting.** G. Neiderſchlagung / precipitation. Gall. & A precipitation.

PRÆCORDIA, Gr. Φρένες, ſunt viſcera omnia, thorace contenta. B. **Borſtingewanden.** G. Das ober eingeweid / die gegend da das hertz grublein iſt. Gall. *Les Partie autour du cœur.* A. The Entrails in the Breaſt.

PRÆFOCATIO UTERINA, vide *Hyſterica paſſio.*

PRÆPARANTIA VASA, ſed melius *Teſticularia*, ſunt venæ & arteriæ ad teſtes & Epididymides euntes, ſic à Veteribus appellantur, ex præjudicio putantes in iis ſemen præparari: Vena plurimis ramificationibus & anaſtomoſibus: Arteria vero recto ductu, duabus aut ad ſummum tribus bifurcatio-

cationibus incedit. B. **Bereidende vaten / Zaat vaten / Bloot-vaten.** G. Die Samen-gefäſſe / die Bereit-gefäſſe. Gall. *Vaiſſeaux Spermatique*, vel *Preparante*. A. The preparing Veſſels.

PRÆPARATA, in pharmacia denotat medicamenta ſimplicia, videlicet ſolida, ſubtiliſſimum in pulverem, linguæ tactum fugientem, accedente aquâ convenienti, ſupra prophyritem lævigata, denuoque ſub paſtillorum formâ exſiccata; ſic proſtant corallia, cornu cervi &c. Nec non alia ſimplicia medicamenta, quæ interdum aceto, vino, vel alio liquore, per aliquot dies immerguntur, rurſumque exſiccantur, correctionis nimirum, ut creditur, gratiâ, ſub præparatorum numero quoque enumerantur, radices aſari, ari, &c.

PRÆPUTIUM, Gr. Ἀκροβυστία & πόσθη, eſt glandis, penis virilis, involucrum, à putando dictum, ab Hebræis enim & Turcis reſecatur, unde Appellæ & Recutiti appellantur. Item clitoridis projectura. B. **De Voorhuyd.** G. Die Vorhaut. Gall. *Prepruce*. A. The fore Skin.

PRÆSEPIA, ſeu PRÆSEPIOLA, ſunt foraminula illa utriuſque maxillæ, quibus dentes continentur. Gr. Φάτνη & Φάτνια *Galeno*. B. **Tant-berbels.** G. Zahnhölen. Gall. *Cavitè de Dents*. A. The holes of the Teeth. Item Apum alvei ſive cellulæ præſepia apellantur.

PRÆSERVATORIA INDICATIO, eſt modus quo per victus rationem & remedia convenientia à morbis futuris præſervamur. B. **Verhoedende inſicht.**

PRÆSIDIUM, idem quod *Auxilium*, *Remedium*, aut *Indicatum*.

PRÆT. NAT. vel P. N. ſignificat præter naturam.

PRASSINA BILIS, vide *Bilis*.

PRASUM, eſt *Porrum*, à πράω incendo; quia porrum comeſtum ſanguinem accendit, linguamque mordet. Vide *Porrum*.

PRASUM & PRASSIUM, vocatur *Marrubium* ſeu *Ballote*. Nomen impoſitum à cauliculis quadrangularibus videtur: πρασιαὶ enim dicuntur diſpoſitiones quadrangulares: vel quod ὁ τοῖς πρασιοῖς coleretur: adeo ut cum porro, ut viri docti voluere, nullam ſimilitudinem habeat. Vide *Marrubium*.

PREGMA, vide *Bregma*.

PRE-

PREHENSIO, vide *Catalepsis.*

PRESBYTIA, est obscuritas visus in rebus propinquis, cum tamen in distantibus aliqua sit perspicacitas, senibus familiaris, ex πρέσβυς senex. B. **Blindheid van Ouderdom / oud Gesicht.**

PRIAPISMUS, est *Tentigo*, sive pudendi diutina sine libidine erectio. Item membrum virile. Gr. etiam vocatur Σατυρίασις, à πρίαπος *Priapus*, *Veneris* & *Liberi* Filius. Vide *Satyriasis.* B. **Hoedestand tegens wil.**

PRIAPUS, idem quod *Penis.*

PRIMORES DENTES, sive ANTERIORES, ab officio in cibis incidendis dicuntur *Incisorii.* Item Γελάστικοι quia inter ridendum primi denudantur, *Tonici* Celso, Τομεῖς, Διαστῆρες, Κύνες, Τομίται &c. numero quatuor sunt superius, totidemque inferius. B. **De Bottertanden.** G. Die Forderstен zähne. Gall. *Les Dents de Devant.* A. The fore Teeth.

PRIMULA VERIS, sive BETONICA ALBA aut HERBA PARALYSEOS, sic dicitur quod incipiente vere & ante illud tempus flores suos emittit. B. **Sleutelbloemen / Hemel-sleutel / St. Pieters-kruid.** G. Schlüsselblum / Himmel schlüssel / St. Peters schlüssel / weiß-betonie. Gall. *Cocu, prime vere, Bavillon, prayes de cocu.* A. Cowslips, prim-rose.

PRINCIPES DIES, vide *Critici Dies.*

PRINCIPIA, idem quod *Elementa.*

PROBOLE, idem quod *Apophysis.*

PROCATARCTICA, est causa morborum præexistens: vel præincipiens, una cum aliis agens, unde primo morbus producitur; sive illa sit externa sive interna, ut ira vel æstus aëris, Cacochymiam movens, febrimque inducens, à προκαταίρχω antegredior. B. **Voortrekkende oorsaak.**

PROCATARXIS, idem quod *Procatarctica.*

PROCESSUS, idem quod *Apophysis.*

PROCESSUS CILIARES, sunt quædam fibræ in oculo musculares, quibus oculi pupilla dilatatur & contrahitur. Ab oculi pupilla, velut radii à corpore luminoso profecti, in orbem disponuntur; fibræ istæ serie densa ordinatæ, anterius, ubi carneæ tunicæ cohærent, colore variegato insigniuntur; interim ubi crystallini humoris margini, ac etiam tunicæ retinæ oræ contiguæ sunt, semper nigræ apparent. Iste processus ciliaris ex minusculis musculorum fasciculis

subal-

ſubalbidis componitur, numerum octogenarium excurrentibus, ligamento cuidam ex totidem nigricantibus extructo, alligatis. Harum utriuſque ordinis fibrarum quædam, ligamenti latitudinis margines ambos tangunt, quædam ad Medium pertingunt. Muſculoſa hæc contextura cum tota uveâ membrana mobilis eſt. Ubi cryſtallini humoris limbum, ut & retinæ expanſionem tangit, nigra planè eſt. Non tantum etiam oculi pupillam dilatant, aut contrahunt, quin & humorem cryſtallinum protrudunt, ac retrahunt, inque objectorum aſpectus huc illuc deflectunt. B. **De regenboogs hairige kring.** G. Die augen wimpren/ der Regenbogen gleiche haar kreiß. Gall. *Apophyſe cilare.* A. Idem.

PROCESSUS CHYMICI, nihil aliud ſunt quam Operationes Chymicæ integræ; quando nempe procedunt, & tandem ad ſcopum quæſitum perveniunt. B. **Chymiſche Doortgang.** G. Chymiſche artzeney-ſtücke. Gall. *Proceſſion Chimique.* A. Proceſſion Chymical.

PROCESSUS PERITONÆI, deſcribuntur, quod ſint veluti fiſtulæ duæ oblongæ, vel canales laxiores viris in ſcrotum deſcendentes, per foramina tendinum muſculorum obliquorum & tranſverſorum, in quibus productionibus, vaſa ſeminaria deſcendunt & recurrunt, atque propè teſtes proceſſus hi magis explicantur, fiuntque teſtium tunicæ: Verum illud magis locum habet in brutis quam hominibus: quia vaſa ad teſtes euntia per peritonæi duplicatam membranam excurrunt, nam ſi hominibus contingerent, nemo ab Herniis eſſet liber. Verum ſi detur, quid tum fit, quam quod inteſtina in ſcrotum delabantur, cujus lapſus, *Hernia inteſtinalis* vocatur. B. **Penſſaks ſcheuten.** G. Der anhang des Bauchs häutleins. Gall. *Proces de Peritoine.* A. The proceſs of the peritoneum.

PROCIDENTIA ANI, eſt inteſtini recti, propter nimiam laxitatem, per anum delapſus. Vocantur item *Procidéntia* ſedis *Plin.* procidua ſedes *Eidem*, πρόπτωσις ἀρχὸς, quando ſedes prolabitur. Gr. πρόπτωσις ἀρχὸς ἤ ἕδρας. B. **Als het Lyf uit gaat / uithangen des Eindel-darms.** G. Das Vorgehen/ auß fallen deß affter-oder Maſtdarms. Gall. *Tombement de boyau cuilier.* A. Falling down of the arſe gut.

PROCIDENTIA UTERI, eſt relaxatio tunicæ internæ vaginæ, qua per pudendum prolabitur, & à Medicis reſecata fuit; olim & adhuc quidam uterum prolabi poſſe putant

putant licet rariſſimè fiat: & ſi fiat, per imprudentiam obſtetricum fit, putantes attrahere placentam, & ipſum arripiunt uterum. De quibus legendus Dom. *Portal* qui Gallicè librum edidit *de l'Accouchements des Femmes*. B. **Uitval** vel **ſinking des Lyfmoeders**. G. Das Herauß fallen / vorgehen der bärmutter. Gall. *Abaiſſement* vel *Tombement de la Matrice*. A. A Falling of the Womb.

PROCONDYLI, ſunt oſſa digitorum, Metacarpio proxima, ex πρὸ pro, & κόνδυλος digitus. Vide *Metacondyli*.

PRODROMUS, eſt morbus, alium ſuperventurum indicans: ut anguſtia pectoris, Phthiſin vel Rachitim præſagit, ex πρὸ pro, & δρέμω fugio. B. **Voorloopet**. G. Ein vorläuffer / vorbott. Gall. *Avant-coureur*. A. A Fore-runner or preſage.

PRODUCTIO, vide *Apophyſis*.

PROEGUMENA, eſt cauſa Antecedens interna, in corpore ex alia ortum habens, & ita morbum producens, ut eâ ſublatâ, morbus poſſit perſeverare, quemadmodum cacochymia, à vitiata victus ratione producta, unde obſtructio vaſorum & meatuum vel conſtipatio viſcerum producitur, à προηγέομαι antecedo. B. **Voorgaande oorſaak**. G. Vorgehende urſach. Gall. *Cauſe Precedante*. A. Antecedent cauſe.

PROFLUVIUM, multiplex eſt, nempe ſanguinis ex naribus, vulneribus, ex pudendo muliebri, ut in expurgationibus, & menſtruis nimis. Sic dicitur de ſemine ut in Gonorrhœa, ſic de excrementis, ut in dyſenteria, diarrhœa, lienteria, cœliaca paſſione: ſic de lacte, nimia quantitate profluente; ita de capillis decidentibus &c. B. **Vloed**. G. Ein Fluß. Gall. *Fluxion*. A. A Fluxion, Flixe.

PROFUNDUS MUSCULUS, idem quod *Perforans Muſculus*.

PROGNOSIS, & PROGNOSTICA SIGNA, ſunt, quibus futura, quæ ægro accidunt, præcognoſcimus. Tria autem in ægro præcipuè ſunt prænoſcenda Medico: Eventus morbi, tempus & ejus Modus. *Prognoſis* ſive *Prænotio* Medicum aliquando admirabilem facit, &, ſi *Hippocrati* credas, Deo ſimilem: arroganter dictum puto, nam Dei eſt futura præſcire, & ejus qui ante novit prædicere: homini autem & Medico id non concedi poteſt, unde vana om-

nis est *Prognosis*, tum etiam ridicula, quod ab hac Medicus conetur existimationem sibi erigere: nam qui prædicere poterit, cui præscientia omnis denegatur? sed uti quis pluviam prædicit ex eo, quod aves observat propius telluri volantes, aut nubes in se coactas, ita Medicus ex iis, quæ in morbis apparent, & quæ iis apparentibus consequi solent, de futuris hariolatur & conjicit potius, quam prævidet & prædicat: Etenim quia Medicus non exactè novit, quales sint vires & quæ morbi vehementia, tum etiam quot modis ægri peccaturi sint aut non, & quæ alia multa indies incidere possint, quo modo, quid sit futurum, prævidebit & dicet? Sæpe enim morbi in morbos transeunt: aliquando intus latent quasi sopita vita, demum eruptura, cum id minimè cogitaveris. Unde illud Proverbium, *Præstare à Medicis quam à Judice Condemnari*; nam Medicorum prognosis sæpe ridicula est, cum omnia sæpe contrario eveniunt, à προγιγνώσκω præcognosco. B. **Voorkenning / Voorsegging.** G. Das Vorsagen. Gall. *Prognostication.* A. Prognostication or fore telling.

Projectio, est terminus chymicus, & dicitur quando pulvis calcinandus crucibulo cochleatim sive per vices injicitur.

Projectura, idem quod *Apophysis*.

Prolabia, Gr. πρόχειλα, sunt extremæ labiorum partes prominentes. B. **Voorlippen.** G. Die Vorläffzen / Vorlippen. Gall. *Le devant du Levres.* A. The Fore Lips.

Prolapsus Uteri, vide *Procidentia Uteri.*

Prolepticus, est morbus semper anticipans: ut si febris hodie horâ quartâ adveniat, cras vero horâ tertiâ vel secundâ, à προλαμβάνω anticipo. B. **Een Vervoegende ziekte.**

Pronatores Musculi, alter est *Rotundus*, alter vero *Quadratus*, & ambo radium movent. *Primus* à forma & munere dictus *Pronator Rotundus*, interiori humeri tuberculo alligatus, hinc ad radii medium, cui valido adhæret tendine, excurrit. *Secundus* dicitur *Quadratus*, ab internâ ulnæ ossis parte transversim productus, interno itidem radii lateri annectitur. B. **De vooromkeerende spieren.** G. Der herumb-führende mauß. Gall. *Muscle Pronatoire.* A. The pronator Muscle.

Propago, dicitur vitis vetula depressa, atque in terram

ram per inflèxos arcus submersa, ut ex una plures emergant. B. **Afloting / Affecting / Afleiding.** G. Ein Alter rebestock / den man wieder einlegt; ein Reiß / das man Fortsteckt; das ein legen / Fort pflantzen. Gall. *Provin de Vigne.*

PROPHASIS, est prænotio in morbis. Item, occasio & causa antecedens, à προφαίνω præluceo.

PROPHYLACTICA, est pars Hygieinæ, quæ morbos futuros & imminentes avertit, à προφυλάσσω præservo. B. **Verhoedende insicht.**

PROPHYLAXIS, idem quod *Prophylactica.*

PROPOLIS, est crassior apum materia, flava, odorata, styracem, ut scribunt, sed potius resinam odore referens, ceræ finitima; gluten in alveorum foribus repertum. Quidam *Ceram Sacram* vocarunt, quantum ego judico, non tantum ex aliorum relatione, sed αὐτοψία teste, nihil aliud est quam rudis quædam resina, nullam habens nec odore, nec sapore, nec consistentiâ cum cera similitudinem: sapor subamarus est, igni si imponatur, lignum aloës redolet, & consistentiâ spissior est, imo & colore subnigra. Illa materia lateribus alvei non tantum adhæret, ne aëris injuriæ apum generi nocuæ sint, sed hiemali tempore circa introitum sive alvei portam ob eandem causam, unde & ei nomen, maximè adhæret, ex πρὸ pro, & πύλη porta. B. **Voorwasch.** G. Die Wachswinden / vorstoß / nebenwachs. Gall. *Propole.* A. Idem.

PROPOMA, est potus ex vino & melle vel saccharo paratus, à προπίνω præbibo.

PROPOTISMA, est Medicamenti propinatio, à προπίνω præbibo.

PROPTOSIS, est partis alicujus procidentia: ut Oculi, Omenti, Uvulæ &c. à προπίπτω procido.

PRORÆ OS, vide *Basilare Os.*

PROSERPINACA, vide *Polyganum.*

PROSPHEROMENA, sunt Cibi, vel Medicamenta, quæ intra corpus sumuntur, à προσφέρω offero, adhibeo, admoveo.

PROSPHYSIS, est agnascentia, cohærentia & coalitio, cum sc. digiti sibi invicem connexi sunt & coalescunt, à προσφύω agnasci facio. B. **Een t'samen-was.** G. Zusammen-wachsung. Gall. & A. *Coalition.*

PROSTATÆ, ADSTANTES, sive CORPORA GLANDULOSA, sunt duæ glandulæ infra vesiculas semi-

nales sitæ, juxta meatum seminarium; quæ (ut conjicere est) urethræ lubricationi inserviunt, & vehiculum seminali materiæ ejiciendæ præbent; item & titillationi ansam dare perhibentur: quarum succus aut liquor per varios tubulos in urethram, ad latera foraminum semen ejicientium, desinentes, una cum semine ejicitur, simile quid in fœminis reperit Doctiss. *C. Barthol. T. F.* cum *R. de Graaf*, à προϊστημι prostituo, præsum. B. De Voorstanders. G. Die Vorstänber. Gall. *Prostates.* A. The Fore Standers.

PROSTETHIS, est pectus, sive thoracis anterior facies: Item, pars carnosa in manuum & pedum cavitate, nec non inter digitos nascens, ex πρὸ pro, & στῆθος pectus.

PROSTHESIS, est pars Chirurgiæ, quæ quod deficit, restituit. Exemplum habemus in solutione continui, ut patet in ulceribus cavis & fistulosis, quæ arte chirurgica carne supplentur, à προστίθημι appono.

PROTOPATHIA, est morbus primarius, sive Idiopathia, quæ ab alio morbo non est orta, ex πρῶτος primus, & πάσχω patior. B. Een Voorname siekte / of die op sich selven bestaat.

PROTUBERANTIA, vide *Apophysis.*

PROVOCATORII DIES, vide *Critici Dies* & *Intercalares.*

PRUNA, idem quod *Anthrax.*

PRUNELLA, sumitur aliquando pro *Aphthis* vel albicantibus, nigris vel puniceis, aliquando pro *Angina* vel *Febre Hungarica.* B. De bruine. G. Die Breune. Gall. & A. *Prunelle.*

PRUNELLA, sive Brunella: sic videtur dici, quod conveniat in febribus ardentibus, quando os & lingua prunæ instar ardent: B. De Bruine / Brunelle. G. Braunellen / Gotsheil / St. Anthoni-kraut. Gall. *Herbe au Chartentier, Brunelle.* A. Self-heal.

PRUNUS, Gr. πρόμη, Asiaticis πρῦμνη, an quia ei magnus & durus nucleus, sive πυρὴν. B. Pruim-boom. G. Pflaumen-baum / Quetschen-baum / Wetschen-baum. Gall. *Pruniet, Prunelier, Davoines.* A. Plum-tree.

PRURIGO, seu *Scalpurigo.*

PRURITUS, habet aliquid ex titillatione, dolore & voluptate: sed illud proprium est, ut ad scalpendum incitentur, unde clarum est, vires ad resistendum hic minores esse,

se, sed tamen majores quam in dolore, unde scalpendo nova sensorio inducta concussione, adeo videntur vires augeri, ut id quod titillat, excutiatur, & ad latus depellatur. Id etiam notandum, non sentiri pruritum nisi in cute externa, adeoque comitem esse scabiei &c. definitur ergo quod sit cutis inæqualitas sicca, cum difficultate pruriginosa, ortum habens à particulis salino fixis acriter pungentibus, in cutis glandulosis acinis & poris ab aliis tenacioribus retentis, quæ circuitum absolvere, vel per diaphoresin emanare non possunt. Gr. Κνησμὸς, Κνησμὸς, Ξυσμὸς. B. **Jeukte.** G. Das jucken der Haut. Gall. *Prurit, Demangement.* A. Itching.

PSAMMISMUS, est balneum ex arena sicca & calida, quo Hydropicorum pedes exsiccantur, à ψάμμος arena. B. **Een bad uit zand.** G. Ein Sandbad. Gall. *Bain de Sable.* A. A bath of Sand.

PSAMMODEA, sunt urinarum contenta arenosa & sabulosa, ex ψάμμος arena, & εἶδος forma. B. **Zandachtigheid in de Pis.** G. Harn voll mit sand. Gall. *Urine Sablonneuse.* A. Sandy Urine.

PSAMMOS, est arena in corpore humano genita, quæ in passione nephritica sæpe emingitur. B. **Graveelig zand.** G. Grieß/ Sand körnlein. Gall. *Sable Graveleuse.* A. Gravel Sand.

PSEUDODICTAMNUM, est Dictamnum falsum, à ψεῦδος falsum, & dictamnum.

PSILOTHRON, vide *Bryonia.*

PSILOTHRON, seu DEPILATORIUM, est Medicamentum, quo pili vel è corpore auferuntur vel propter hirsutiem attenuantur, à ψιλὸς tenuis, & λάω lavo, vel à ψιλάω deglubo, denudo & ψίλος pilus. B. **Een haar uitvallend middel.** Gall. *Depilatoire.*

PSOAS, sunt musculi lumborum, circa duas inferiores thoracis & tres lumborum vertebras superiores, initium assecuti, obliquo descensu in rotatorem femoris minorem deferuntur, à quibus femur flectitur, à ψαύω contraho. B. **Lenden-spieren.** G. Der Lenden muß. Gall. *Muscle de Rable.*

PSORA, est scabies fera, cutim in furfures mutans, à ψωράω scabie laboro. Gr. Ψώρα ἀγρία. B. **Een zeemelachtige schurft.** G. Die reudigkeit/ ein abscheuliche krätz. Gall. *Galle, Rongne, Sainct main.* A. Scurfe.

PSORIASIS, est scabies scroti sicca, pruriginosa, quæ sæpè cum exulceratione molestat.

PSORICA, sunt Medicamenta adversus scabiem.

PSOROPHTHALMIA, est pruriginosa oculorum scabies, ex ψώρα scabies, & ὀφθαλμία oculorum dolor. B. Schurftheit der oogen. G. Die reudigkeit der augen. Gall. *Gratelle des yeux.* A. Itching of the eyes.

PSYCTICA, sunt Medicamenta refrigerantia, à ψύχω frigus.

PSYDRACIA, ut definiverunt *Paulus* & *Alexander*, sunt exigua cutis capitis ulcuscula similia eis, quæ cutem exardere solent. *Celsus* paulo diversius definivit, quod sit paulo durior pustula subalbida, acuta, ex qua quod exprimitur, humidum est. Verum *Pollux* ex Medicis ipsis definivit psydracia esse igneas efflorescentias ulceratas sponte in capitis cute apparentes. *Psydraces* aliis sunt parvæ pustulæ, tanquam bullæ, supra cutim, à frigore hyemali efflorescentes, à ψυχρὸς frigus.

PSYLLIUM, est herba cujus semen pulici apprimè simile est, vel ut nonnullis videtur, quia si viridis in domum feratur, generari in ea pulices prohibeat, à ψύλλα, vel ψύλλος pulex. Hinc *Pulicaris Herba* appellatur. B. Vlooikruid. G. Pfillen-kraut / floh-kraut. Gall. *Herbe aux puce.* A. Flea-bane, flea-wort.

PSYLOTHRUM, vide *Pilothrum.*

PTARMICA, seu STERNUTATORIA, sunt, quæ majori, quam Errhina, prædita acrimoniâ, tantopere irritando, & corrugando meninges, pituitam circà nares exprimunt, ut magna copia tum expellatur, tum erumpat, à πτάιρω sternuto. B. Nies-middelen. G. Nießkraut. Gall. *Sternutatoire.* A. Sneesing powder.

PTARMICA, est Herba sternutationem promovens, à πτάιρω sternuto.

PTERIS, idem quod *Filix.*

PTERNA, idem quod *Calx.*

PTERYGIUM, est *Ala* seu *Pinna* nasi vel oculi aut processus aliformis ossis sphenoidis. Item, excrescentia membranosa, *Unguis* & *Unguli* dicta, supra corneam oculi tunicam, ab angulo ut plurimum interno, versus oculi pupillam excrescens, eamque sæpe obscurans. B. Een nagel. G. Ein Fell uber dem auge. Item Nymphæ pudendi muliebris, à πτέρυξ ala.

PTE-

PTERYGIUM, idem quod *Ala*.

PTERYGOIDES, dicuntur processus & musculi ossis cuneiformis à parte inferiore, ex πτέρυξ ala, & εἶδος forma. B. **Vleugel-wijse spieren / of uitsteeksels.** Item, cui scoptulæ opertæ alarum in modum extant, teste *Galeno* & *Aræteo*, quod genus hominum tabi obnoxium est, πτερυγώδης *Hippocr.* & *Aræteo.* φθινώδης *Hippocr.* B. **Die de schouder-bladen uitsteekt.** G. Den die Schultter Herauß stehen.

PTERYSTAPHYLINI, sunt musculi Gargareonis sive uvulæ, qui à processibus aliformibus originem trahunt, & in uvulæ lateribus finem consequuntur, à πτέρυξ ala, & σταφυλὴ uvula. B. **De tel-spieren.** G. Des Zapffleins mauß. Gall. *Muscle de la Luette.* A. The muscle of the roof of the mouth.

PTILOSIS, est oculorum vitium, ut incrassatis palpebrarum marginibus, ciliorum pili excidant. B. **Een dikte der oog-scheelen met uitrijzen des hairs.**

PTISANA, est decoctio ex hordeo decorticato, passulis mundatis, glycyrhiza &c. parata, à πτίσσω pinso, decortico. B. **Een koel-drank / gersten-drank.** G. Gerstenbrühe. Gall. *Ptisane.* A. Ptisan.

PTYALISMUS, est nimia salivæ ex ore secretio à πτύω spuo. B. **Een geduurig Spuwen.** Gall. *Flux de Bouche.*

PTYALON, est *Sputum* sive illa materia quæ tussiendo ex pulmonibus ejicitur; *Saliva* namque propriè significat liquorem per ductus salivales effusum, *Humorem* è naribus & supra palatum, pituitam cerebri; at *Mucus* tonsillarum, est materia viscida, quæ per tonsillas excernitur, à πτύω spuo. Vide *Saliva.*

PTYSMA, idem quod *Ptyalon.*

PUBES, est illa pars abdominis quæ pudendo proxima lanugine seu pilis tegitur, unde judicatur an quis maturuerit nec ne: ideoque qui hujusmodi pilis non adornati sunt *Impuberes* dicuntur. Maribus decimo quarto accrescit, fœminis vero duodecimo. B. **'t Schaam-hair.** G. Das schamhaar. Gall. *Le poil en parties honteuses.* A. Hair in the privie partes.

PUBIS OS, sive PECTINIS OS, est pelvis in quo intestina reconduntur, utrinque habet ossa tria, *Ilium* nempe, *Coxa*, & *Os Pubis* quod præcedentibus tenuius est, amplo-

ploque foramine pervium, sic vocatur ob pudendorum viciniam. B. Het Schaam-been. G. Das Schaam-bein. Gall. *L'os Pubis*, *l'os Bertian*, *l'os Barré*. A. The Share bone.

PUDENDAGRA, idem quod *Lues Venerea*.

PUERPERA, fœmina est, quæ jam jam peperit. Gr. Παιδοτόκος. B. Een kraambzouw. G. Eine kind betterin. Gall. *Une Acochée*. A. A woman in child bed.

PUGILLUS, Gr. Δισμίδιον, est mensura Medicorum, qua herbæ mensurantur; continet pugillus, quantum manu modica capi potest. Aliis tamen quantum tribus digitis prehenditur. *Galenus* abusivè rutæ fasciculum dixit quantum duobus digitis comprehendi potest. B. Een Handvol. G. Ein Handvoll. Gall. *Une Poignee*, *Pincée*. A. Small Handfull.

PULEGIUM, sic vocant, quod ejus flores recentes incensi, pulices odore suo interficiant. Gr. Βλήχων seu Γλήχων, quod gustatum à pecore, cum floret, balatum concitet. B. Polei / pulei / palei. G. Puley / poley / flöhkraut. *Pouliot*, *Puliet*. A. Penny-grass, pudding grass.

PULICARIA, seu PULICARIS, idem quod Psyllium.

PULMONES, Gr. Πνεύμονες, & Πλεύμονες. Spiramentum animæ *Virg.* organa sunt respiratoria, statuit C. L. *Malpighius* pulmonis compagem (si nervi & vasa quædam cum Tracheæ ramis excipiantur) quandam vesicularum aggeriem esse, atque vesiculas istas ubique protensas & sinuatas, talem situm & nexum obtinere, ut in easdem ex aspera arteria, deinde ex aliis in alias aditus patescat; donec omnes in membranam, pulmones investientem, desinant; Pulmonum *usus* est respirationi inservire, & sanguinem in Pulmonibus, cum nitro inspirato, aliquatenus miscere & accendere. B. De Longe / ligte / loose. G. Die Lung. Gall. *Le poulmon*. A. The Lightes, or lungs.

PULMONARIA, idem quod *Peripneumonia*.

PULMONARIA, est planta, quæ pulmonum morbis medetur: vel sunt ea, quæ à similitudine cum pulmonibus, sic denominantur.

PULPA, est caro fructuum, radicum, aliorumve corporum, quæ infusione, vel coctione extrahitur, eam per setaceum trajiciendo: ut pulpa tamarindorum, cassiæ, althææ, dactylorum &c. vel contundendo, ut in cucume-

ris,

ris, melonumve semine; vel eligendo, ut pulpa colocynthidis &c. B. **Vleis / merg.** G. Das marck / das Fleischige / ohne gebeine. Gall. *Poulpe*, *Chair*. A. Flesh, Marrow.

PULSATILLA, est Anemones species: sic appellatur, quod se nimium tremuli pappi levissimo flatu huc atque illuc agitentur & propellantur: unde & herba venti dicitur, quare ὀρίγερον dici potest. B. **Keuken-kruid / keukenschelle.** G. Keuchen-kraut. Gall *Coquelourdes*.

PULSATIO, vide *Palpitatio*.

PULSATIO CORDIS, vide *Pulsus*.

PULSUS sive PULSATIO CORDIS & ARTERIARUM, est motus fibrarum carnearum & contortarum, ex quibus constant, constrictorius & dilatatorius, sive est systole & diastole, ab influxu succi nervosi originem ducens, adeo ut constringendo & dilatando sanguis per totum corpus ducatur, atque idem refluens à corde accipiatur. Si enim dexter ventriculus constringatur, sanguis ex eo versus pulmones comprimitur, & dilatato sinistro in sinistrum ex pulmonibus fluit: constricto sinistro, iterum dexter dilatatur; atque ita se quoque res habet cum auriculis & arteriis. *Pulsus* itaque est immediatus index cordis & cerebri, sive potius sanguinis & succi cerebralis seu nervosi benè vel malè dispositi. Porro pro varia convulsione, & irritatione cordis, cerebri, arteriarum &c. etiam variatur pulsus: nam in morbis dicitur *Validus*, *Languidus*, *Celer*, *Tardus*, *Durus*, *Mollis*, *Æqualis*, *Inæqualis*, *Intermittens*, *Deficiens*, *Myurus*, *Mediocris* &c. B. **De Pols.** G. Der Puls. Gall. *Pous*, *batement* vel *mouvement des artéres*, *pulsation*. A. Pulse Beating of the Heart andarteries.

PULVERISATIO, est, quando contundendo res duræ in pulverem rediguntur. B. **Poedermaking.** G. Das pulvermachen. Gall. & A. Pulverisation.

PULVILLI, idem quod *Splenia*.

PULVIS, vide *Species*.

PUMEX, lapis est erosus, porosus, spongiosus, exiguisque cavernulis, seu foraminibus plenus. Ad Confluentiam Germaniæ invenitur. Probatur, qui candore, minimoque pondere, ut & qui quam maximè spongiosi, aridique sunt, trituque faciles, nec fricando arenosi &c. B. **Puimsteen.** G. Beimstein / reibstein. Gall. *Pierre ponce*. A. Pumice-stone. Gr. Κέσσηρις. Arab. Tanech.

PUNCTUM AUREUM, vox est Chirurgorum, hernias curantium, atque illud fit, quando peritonæum dissecandum, aureo filo constringitur. B. De Gulde steeck.

PUNCTUM LACHRYMALE, vide *Colliciæ*.

PUNCTUM SALIENS, dum ovum grandescit, in interiori ejus tunica Amnios dicta, nubecula quædam comparet, quæ sensim crassior evadens, mucosam materiam acquirit, in cujus medio primo punctum saliens, deinde rude Embryonis corpusculum, ut informis galba, conspicitur: quod indies augescendo majorem perfectionem nanciscitur.

PUNCTURA NERVORUM, est, quando nervus, tendo aut membrana, acu, spina, aut alia re acuta compungitur, unde sæpe symptomata lethalia orta fuerunt. B. Een Zenuw-steeck. G. Senader stich. Gall. *Piqueure de tendon, tendon pequé, Nerf piqué.* A. A puncture of a newe or Sinewe.

PUNICUM MALUM, dici volunt à Pœnis, quod in Punicâ regione abundè inveniatur, aliis placet nomen diduci à colore puniceo, idem quod *Granatum*.

PUPILLA, seu PUPULA, est Choroidis sive uveæ tunicæ apertio, in homine rotunda, quæ pro influxu spirituum animalium musculi in modum contrahi vel dilatari solet. Gr. Κόρη & Γλήνη. B. Oogappel. G. Der stern in dem Aug / der Augapffel. Gall. *La prunelle de l'Oeil.* A. The Ball, vel Apple of the Eye.

PUPPIS OS, idem quod *Frontis Os*.

PUPULA, vide *Pupilla*.

PURGANTIA, sunt quæ propter peculiarem partium dispositionem, irritando carneas ventriculi fibras, à dextris finibus inflatas & contractas, stomachi ambitum simul colligi & versus pylorum inclinari cogunt, ut excretio per inferiora succedat. B. Buikſuiverende middelen / Purgeer middelen. G. Purgierende artzney. Gall. *Remede purgative.* A. Purging Medicines.

PURGATIO, seu CATHARSIS, & COPROPHORIA, est motus excretorius, in ventriculo & intestinis ob fibras eorum carneas celeriter ac seriatim contractas, crebrior & citatior; quo Chylus & fœces, tum humorum recrementa & corruptelæ illic genitæ, aut aliunde suffusæ, à parte in partem protruduntur, donec per sedem velut cloacam foras ejiciuntur. B. Buikſuiveringe / Stoel-gang / af-

afgang/ kamer-gang/ Purgatie. G. Eine purgation/ abgang/ reinigung. Gall. *Purgation*, *Selle*. A. Purging.

PURPURA FEBRIS, eſt in qua corpus externè maculis purpureis coloratur, & inter lethiferas recenſeri debet. B. De Purperkoorts. G. Purpur Fieber. Gall. *Fiévre pourpe*. A. A purple le fever.

PUS, vide *Pyon*.

PUSCA, idem quod *Poſca*.

PUSTULÆ, ſunt ſanguinis vitioſi efflorescentiæ in cute excitatæ, quæ vel propter Diaphoreſin impeditam, vel propter puſtularum materiam nimis viſcidam eo loci hærent & inæqualitatem quandam excitant. B. Puiſten. G. Ein Porpel/ blätterlein/ blatter. Gall. *Ampoule*, *Puſtules*, *Veſſie*. A. A Bliſter, wheale, pushe.

PUTREFACTIO CHYMICA, eſt corporis concreti, per putredinem ordinariam, in calore humido ſubſtantiam ipſam corrumpente, ejuſque penetralia reſerante, diſſolutio. B. Verrottinge. G. Das Verfaulen. Gall. *Putrefaction Chymique*. A. Putrefaction in Chymiſtry.

PUTRIDA FEBRIS, ſic olim vocabatur, ſed talis non datur, nec dari poteſt, corruptis enim ſanguine & ſuccis, cætera non vivunt. Vide *Synochus*.

PYCNOSIS, vide *Pycnotica*.

PYCNOTICA, idem quod *Incraſſantia*.

PUELOS, vide *Choana*.

PYLORUS, ſive JANITOR, eſt dextrum ventriculi orificium, cibis expellendis aptum, à πύλη janua, & ὠρέω cuſtodio. B. De Poortier. G. Der pförtner/ thürhüter. Gall. *Le pylore*, *portier*. A. The porter.

PYON ſive PUS, Chylus ſanguinis in ulceribus &c. coagulatus, eſt & in albam materiam concoctus. B. Etter/ Materie. G. Eiter. Gall. *Boue*, *pus d'ulcere*, *Ordure d'une Playe*, *Apoſteme*. A. Matter.

PYOSIS, eſt puris in qualibet parte collectio, à πύον pus.

PYRACANTHA, dicitur ſpina acuta ſive oxyacantha: ut & pyraſter, ſive pyrus ſylveſtris: priori arbori nomen minus reſpondet, ſed magis poſteriori, ex πῦρ ignis, hinc derivatur pyrus, quod ejus fructus flammæ in modum plerumque formati ſint, & ἄκανθα ſpina.

PYRAMIDALES MUSCULI, in abdomine locantur, & rectorum infimis tendinibus incumbunt, nec ſunt rectorum

rum partes, ut putant *Vesalius* & *Colombus*, sed distincti musculi. ut probat *Fallopius*, licet rationibus quibusdam validis, quibusdam inanibus; membrana peculiaris, qua investiuntur, & fibrarum cursus, diversos à rectis esse musculos ostendit. Ortum ab externo pubis osse sortiuntur, & quanto longius ascendunt, tanto fiunt angustiores, circa umbilicum in alba linea terminum consequuntur. Aliquando desunt, vel sinister dextro minor est, vel dexter sinistro. G. Der pyramid-gleiche muß. Gall. & A. *Muscle Pyramidale.*

PYRAMIDALIA CORPORA, sunt vasa semen præparantia dicta, de quibus suo loco. Item musculi narium & Abdominis pyramidales dicti: item duæ chordæ medullares circa basin medullæ oblongatæ, videatur *Willis* de cerebro cap. 3. à πυραμὶς corpus in superficie acuminatum.

PYRAMIS, vide *Canus.*

PYRENOIDES PROCESSUS, est dens secundæ Vertebræ, *Dentiformis* dictus.

PYRÆNUS, est Alcohol vini, ex πῦρ ignis, quia ignis ope destillatur, & οἶνος vinum.

PYRETHRUM, Latinis *Salivaris*; dicitur à fervido, ac ignis simili, qui in ejus radice est, sapore, unde plurimum salivæ elicitur, à πῦρ ignis. B. Bertram-kruid/ Duur-woztel/ tand-woztel/ Quijl-woztel. G. Bertram/ zahn-wurtz/ speichel-wurtz/ geifer-wurtz. Gall. *Pied d' Alexandre*, *Pyrethre.* A. Bartram, pellitory.

PYRETICA, idem quod *Antipyretica* & *Febrifuga.*

PYRETOLOGIA, est Febrium descriptio: de quibus *Th. Willis* acutissimè scripsit, ex πυρετὸς febris, & λέγω enarro. B. Koorts beschrijvinge.

PYRIFORMIS MUSCULUS, vide *Quadrigeminus.*

PYROLA, LIMONIUM, TINTINABULUM TERRÆ, sunt synonima, suo loco videnda, sic appellatur quod ejus folia Pyri arboris foliis similia sint. B. Winter-groen. G. Winter-grün/ Holtz-mangolt/ Wald-mangolt/ Wald-kol/ küchen-schelle. Gall. *Limoine*, *Bete Sauvage*, *Limoire*, *Pyrole.* A. Winter-green.

PYROS, vide *Triticum.*

PYROSIS, est ardens faciei rubor, qui illis præsertim contingit, qui fervidis diebus iter faciunt, à πυρόω accendo. B. Hitte in 't aangesigt. G. Hitze in angesicht. Gall. *Chaleur de face.* A. Hotnesse of the Face.

PYROTECHNIA, idem quod *Chymia*, ex πῦρ ignis, & τέχνη ars.

PYROTICA, sive URENTIA, sunt Medicamenta potentiâ calida, quæ corpori humano adhibita valde incalescunt, propterea quod particulas & poros ita habeant dispositos, ut vaporibus vel humoribus in eos se insinuantibus, subtilis materia tales ibi inveniat meatus, ut ipsa ibi vehementius mota, terrestres quasdam particulas duras & acutas, in iis natantes, impetuosius in vicinas partes agitet, atque ita calorem magis vel minus vehementem & diversimodè corrumpentem, vel immutantem, pro ratione sui motus & particularum movendarum diversitate excitet. Hæc sunt *Rubefacientia*, *Vesicantia*, *Cathæretica*, *Septica*, *Escharotica*, & *Psilothra*, à πυρόω incendo. B. **Inbrandende Medicamenten.** G. Anbrennende Mittlen.

PYRUM, PYRUS, Gr. Ἄπιος, sic dicitur quod fructus ad pyramidis similitudinem è lato in acutum spectet & in mucronem turbinetur. B. **Peer-boom.** G. Birn-baum. Gall. *Porter*, *Poirier*. A. Pear tree.

PYULCON, est Instrumentum Chirurgicum, quo pus vel sanies, è profundis sinubus trahitur, ex πύον pus, & ἕλκω traho. B. **Een Etterloser.** G. Ein Eiter Außläßer.

PYXACANTHA, est buxea spina: nomen accepit, quod planta sit spinosa foliis buxeis, πύξος enim est buxus, & ἄκανθα spina. B. **Buks-boom met doorn / Buks-doorn.** G. Buchs-dorn. Gall. *Buys d'asne*, *Buys espineus*. A. Boxthorn.

PYXIS, Capsula est Pharmaceutica & Chirurgica, in quo nempe Medicamenta asservantur: hinc Unguentum quoddam olim, emolliens & inflammationes depellens, quia commodissimè in theca seu pyxide asservabatur, *Pyxidis* nomen sortitum est. Sinus item ossis coxæ quoque & *Pyxis* & *Acetabulum* & *Cotyla* appellatur. B. **Busse.** G. Eine Büchse. Gall. *Boëte*. A. A Boxe.

PYXIDIS OS, vide *Basilare Os*.

Q.

Q. PL. Significat Quantum placet.
Q. V. est quantum vis, quantum volueris.
Q. S. Hoc est, quantum satis, quantum sufficit.

QUA-

QUADRANS, apud Medicos est pondus trium unciarum, id est Libræ Romanæ quarta pars. B. **Een vierendeel / een Vaandel.** G. Ein Viertheil. Gall. *La quatriesme part d'un Tout.* A. A Quarter of a pound.

QUADRATUS MUSCULUS, ab ilii postica, superioreque, sacrique laterali ossis regione erumpens, transversis lumborum processibus, ultimæque costæ alligatur, lumbosque flectit, est & *alius Quadratus*, labioque inferiori, imo toti ferè faciei inferiori ac laterali communis est, à postica colli parte, scapula, sterno, claviculis, atque interdum primis costis originem sumens, mentum, partesque statim nominatas, invicem conjungit, & oblique deorsum movet. Vide porro in *Quadrigeminus*, & *Pronator*. B. **De vierkante Spier.** G. Der vierschrötige Mauß. Gall. *Muscle quarre.* A. A Fouresquare Muscle.

QUADRIGEMINUS MUSCULUS, est unus ex iis qui femur movent: quadrifariam, posterius supra femoris articulum collocati quatuor eique exigui sunt. Hujus cœtus primus, titulo dignoscitur à situ assumpto, vocaturque *Pyriformis* seu *Iliacus externus*: externo ossis sacri margini, ut qui sequuntur *secundus* & *tertius*, ischii ossis tuberculo adnati, Trochanteris cavitatis integumento affiguntur. Ejusdem ordinis *quartus* nomen *Quadrati* obtinuit, ischii internæ tuberis sedi exteriorique inseritur femoris processui majori. B. **De vierdubbelde Spier.** G. Der vierfache Mauß. Gall. *Muscle quadruple.* A. Foure double Muscle.

QUALITAS, est particularum minimarum dispositio seu contextus, unde corpus nostrum quacunque ratione, quale denominari potest. Hæc est Manifesta, Occulta, Venenata, Contagiosa, Pestilens &c. B. **Hoedanigheid.** G. Gestalt. Gall. *Qualité.* A. Qualitie.

QUARTANA FEBRIS INTERMITTENS, quam *Saturni Filiam* nominavit Antiquitas, *Octavio Horatiano* teste. Hodie *Opprobrium Medicorum*, quia difficulter, à Medicis antiquam sectam sectantibus, curabatur. *Quadrimi circuitus febris Plinio.* Gr. Τεταρταῖος, estque præter ordinaria sanguinis commotio cum suis symptomatibus, quarto quovis die hominem invadens eumque deserens. In *causa* est sanguis acidus, austerus & succus nutritius ab assimilatione impeditus. B. **De derdendaagse Koors.** G. Das viertägliche Fieber. Gall. *Fievre quarte.* A. A quartan Ague.

QUARTARIUM, idem quod *Quadrans*, item mensura est

est vini unciarum quinque, & olei unciarum quatuor cum semisse.

QUARTIO, dicitur *Talus*, sive Astragalus, à quatuor nempe lateribus. Vide suo loco.

QUERCERA, idem quod *Phricodes*, & *Epiala*.

QUERULA, vide *Chamædrys*.

QUERCUS, Gr. Δρῦς, licet prisci Græci omne genus arboris sub δρυὸς nomine intellexerunt, à verbo δρύω erumpo, alii dictam putant, quasi Weer-houw / quod Belgis est averto & prohibeo frigus, quod præcipua quercuum utilitas sit, casas & domos adversus frigus munire, & ignem struere: ut & famem glandibus depellere. Vel à quærendo, quod glandes olim sub arboribus solebant quæri & colligi. Derivant non nolli à κηκὶς galla, vel à κίεχω exaspero. Gr. Δρῦς à δρύω erumpo, pullulo. B. Eike-boom. G. Eichbaum. Gall. *Chesne*, *Chermitlat*, *Drillie*. A. Oak-tree.

QUID PRO QUO, alias *Succedaneum* dicitur & *Antiballomenon*. Est, quando Medicamentum unius indolis & qualitatis pro altero substituitur, hoc tamen, non nisi Medicorum consensu faciendum. G. Ἀνταλλόμενον. B. 't Een voor 't ander.

QUINCUNX, Quincuncialis figura, ejus figuræ quæ decussim antiquis significabat, media est. Fiebat vero decussis ad X literæ formam, quæ quidem apud Latinos decem significat, atque hæc si per medium secetur, remanebit V figura, quæ quinarium numerum, atque adeo quincuncem demonstrat. Sed hæc quidem multoties tum superius, tum etiam inferius multiplicata, figuram facit, quincuncialis appellatur. Talem planè trichomanis cauliculi efficiunt,

Quincunx, ordo quincuncialis

V. XXXX.

QUINQUE NERVIA, vide *Pentapleuron*.

QUINTA ESSENTIA, vide *Essentia Quinta*.

QUOTIDIANA FEBRIS INTERMITTENS, est, quæ à sanguine crudo & fermentativo, una cum chyli prohibita assimilatione, initium sumens, qualibet die redire solent. Gr. Πυρετὸς Ἀμφημερινὸς. B. De dageliikse koorts. G. Das Tägliche fieber. Gall. *Fievre Quotidiene*. A. A quotidian Ague.

R. Idem

R.

R. Idem est ac si diceres *Recipe*, quod signum Jovis insigne quoque fert, quasi Medici Deum prius invocarent, & notatur ℞. in Principio formularum reperitur.

RABDOIDES, idem quod *Sutura sagittalis*, ex ῥάβδος virga, & εἶδος forma.

RABIES HYDROPHOBICA, vide *Hydrophobia.*

RACEMUS, pro uva accipitur, neque tantum ipsius vitis est, sed etiam Hederæ & aliarum herbarum, aut fruticum uvas quasdam producentium. Dicitur etiam ramosum id, è quo acini dependent.

RACHITÆ & RACHIÆI, sunt musculi ad dorsum pertinentes, à Ῥάχις dorsi spina.

RACHITIS, vide *Rhachitis.*

RADICALES DIES, vide *Critici dies.*

RADICULA, vide *Raphanus*, & *Struthium.*

RADIX, vide *Raphanus.*

RADIX CAVA, est Aristolochiæ species, cujus radix cava est.

RADIÆUS, est Carpi musculus; *Externus* est vel *Internus.* Posterior ab eodem ferè cum cubitæo protuberculo descendens radioque incumbens, primi Metacarpi ossis involucro, sub Indice affigitur. Alter *Externus*, ab externo brachii processu latus erumpens, radio impositus, circa prima metacarpi ossa duplici ut plurimum separatoque desinit tendine; hic corpus flectit, ille vero extendit. B. Ellepijps spier. G. Der elnbogen Mauß. Gall. *Muscle de Conde* A. Muscle of the Elbow.

RADIUS, est os cubiti minus, *Focile minus* dictum, obliquius est ulna, & ab ea in medio nonnihil distat, ubi tenue interest ligamentum: supra vero ulna Radium excipit; infra hic illam. Superior ejus pars cum externo brachii processu articulatur per diarthrosin, unde motus pronus & supinus. Inferior per appendicem cum carpi osse ad maximum digitum. Hujus superior pars tenuior, inferior vero crassior. Gr. Στήλυξ, Κερκὶς, Παραπήχιον. Item, os tibiæ majus. B. De kleine Ellepijp. G. Armschiene/

der

der kleine Elnbogen pfeiff/ die ſpindel im arm. Gall. *L'os du Coude.* A. The elbow's bone.

RADIX, eſt infima pars plantæ, terræ infixa.

RAMEX, vide *Hernia*, aut *Cirſos.*

RAMUS, non tantum dicuntur Brachia vaſorum majorum, ſed & plantæ.

RANINÆ VENÆ, ſunt eæ quæ ſub lingua manifeſtè viſuntur. B. Kikvoys Aders. G. Die frôſch adern. Gall. *Veine Ranine.* A. The frogge veſſels or veins.

RANULA, ſive RANA & BATRACHIUM, vide *Hypogloſſis.*

RANUNCULUS, Gr. Βαλεάχιον, à Ranis nomen accepit: quod limitibus humidis opaciſque marginibus ranarum more lætetur: aut quod aquis ubi Ranæ degunt, potiſſimum gaudeat: aut quia inter ejus frutices ranæ frequenter inveniuntur. B. Boter-bloem/ Hanevoet. G. Schmalzblum / Hanen-ſuß / Froſch pfeffer. Gall. *Baſſinet*, *Baſinet*, *Grenoille.* A. Crow-foot.

RAPA, & RAPUM, putatur dici à ῥαπὶς & ῥαφὶς. Rapa vel Rapum, quaſi Ruapum, vel Ruapa vocatur, quod è rure eruatur; vel quod facile extra terram ruat; vel quod magis placet, quod paſſim in cibis rapiatur: ergo nomen à rapiendo accepiſſe videtur: nam & à prætereuntibus etiam ex agris rapitur, & evellitur. Gr. Γογγύλη, Γογγυλὶς. B. Raap/ Knol/ Ruibe. G. Ruben. Gall. *Naveau.* A. Turnepe, Rape.

RAPHANUS, & Ῥάφανὶς, ſeu Ῥάφάνη, nomen habet ἀπὸ τῦ ῥᾶ, ſeu ῥαδίως φάινειν, quod nempe facile appareat, nam die tertio à ſatu proſilit.

RADICULÆ vel RADICIS nomen ſibi arrogavit, quod cæteras amplitudine corporis ſuperet, vel quam paucissimis magnitudine cedat. Etenim plerumque in tantam molem coaleſcit, ut in frigidis locis, quibus gaudet, ſicut in Germania, infantium puerorum magnitudinem æquet. B. Raadys/ Hommelatzen/ Hammelatzen. G. Rettig. Gall. *Raifort.* A. Radiſſ.

RAPHE, vide *Sutura.*

RAPISTRUM, eſt Rapa ſylveſtris.

RAPUM TERRÆ, vide *Cyclamen.*

RAPUNCULUS, eſt diminutivum à Rapa.

RAREFACIENTIA, ſunt remedia, quæ moderato calore, vapores humoreſque diffiando, poros partium

majores faciunt. Gr. Ἀραιωτικὰ. B. **Dunmakende middelen.**

RASETTA, idem est quod *Carpus* aut *Brachiale.*

RASORIUM, est cultelli species, quo utuntur chirurgi in abradendis capillis, & ossibus cariosis, à radendo vocatum. B **Een Scheer-mes.** G. Ein Scher-messer / scharfach. Gall. *Rasoir.* A. Barbers Shop, Rasouz. Idem quod *Raspatorium* aliquando.

RASPATORIUM, seu SCALPRUM RASORIUM, est instrumentum Chirurgicum, ossibus cariosis & squammosis abradendis, confectum. Gr. Ξυστέρα vocant. B. **Een Nasper.** G. Das Schroteisen / schrotmeisel. Gall. *Rapoire Râpe, Raspe.* A. a Grater or rape.

RASPATORIUM, seu RADULA, à radendo, est instrumentum ex lamina ferrea pertusa & asseri parvo affixa, cujus inæqualitate & scabritie, radices, ligna &c. raduntur. Gr. Ξύστρα. B. **Een raspe.** G. Raspen. Gall. *Rape, Raspatoire.* A. Rasp.

RATIONIS OS, idem quod *Sincipitis.*

RAUCEDO, Gr. Βράγχος, est vox rauca, acuta exilis, sic ut sæpè non audiatur, nisi à propè adstantibus, adest etiam in hac sibilus aliquis: Sed raucedo consequitur vel tussim, vel susceptum frigus, vel crapulam, vel nimios clamores, vel pulverem in fauces illapsum, vel consumptionem Instrumentorum vocalium à lue venerea, vel denique abusum ciborum aut Medicamentorum acrium. B. **Heesheid.** G. Heischerheit. Gall. *Enrouëment, Enroueure.* A. Hoarsness.

RAVED SENI, est Rhabarbarum Orientale.

RECEPTACULUM CHYLI, idem quod *Sacculus Chyliferus.*

RECEPTACULUM CHYMICUM, est vas amplum, in quod guttæ & vapores destillantes excipiuntur: Vocatur & *Recipiens*, & *Excipulum.* B. **Den Ontfanger.** G. Vorleg glaß / receptackel / eine Recipient. Gall. *Un Recipient, Balon.* A. A recipient, receiver.

RECEPTUM, idem quod *Formula.*

RECIDIVUS MORBUS, est, quando materia à priore morbo relicta, denuo recrudescit.

RECIPIENS, idem quod *Receptaculum.*

RECRUDESCENTIA, est, quando morbus jam desinens aut mitis factus denuo invadit.

RE-

RECTIFICATIO, est repetita liquorum destillatio, ad eos magis purificandos & exaltandos. B. Verbeteringe. G. Verbesserung/ das rechtificieren. Gall. *Rectification.* A. Idem.

RECTI MUSCULI, habentur inter externos abdominis Musculos: in quibus arteriæ & venæ Epigastricæ ab interna parte ascendunt, tum à mammariis interius propè mammillam descendunt. Circa Medium abdominis in latitudinem majores inscriptionibus binis, ternis, interdum & quaternis, in plures veluti musculos dirimuntur. Ad mucronatam pectoris cartilaginem, costarumque trium vel quatuor cartilagines, exortu carnosi sunt, in osse vero pubis, valido tendinosoque corpore defixi. Duo porro paria dicuntur *Musculi recti Majores & Minores capitis.* Par rectum majus, parvum est carnosum & gracile. Oritur à secunda colli vertebra, & desinit in Medium occiput, *Minus rectum* sub priori latet, venit à prima colli vertebra, & in Medium occiput terminum assequitur. Caput ambo retrorsum leviter ducunt & ad latus. B. De regte spier. G. Der rechte muß. Gall. *Muscle droit.* A. The Right muscles of the Abdomen.

RECTUM INTESTINUM, est omnium ultimum, incipit à coli fine, & desinit in anum, gaudet musculis sphinctere, & duobus dilatatoribus. B. Den Aars-darm / Endel-darm. G. Der Mast-darm / Ars-darm / Affter-darm. Gall. *Le Boyau Culier, Le Gros Boyau.* A. The stright Gut.

RECUTITUS, sive APELLA, est cui portio præputii resecta fuit, ut in Judæis & Mahometanis. B. Besneden. G. Beschnitten. Gall. *Circoncis.* A. Circumcised.

REDUCIA, idem quod *Paronychia.*

REDUCTIO, est Metallorum ab acido aliquo corrosorum, mediante Alcali quopiam, nempe acidum absorbente, in pristinam denuo formam fusio.

REDUVIA, est levis quædam cuticulæ ad unguium radices fissura. B. Nijn-nagel. G. Nagelzwang/ der wurm oder das ungenant am finger. Gall. *Panaris.* A. The Loosness orcleft of the Skin about the root of the nails.

REFECTIVA, idem quod *Analeptica.*

REFICIENTIA, idem quod *Analeptica.*

REFRIGERATORIUM, est vas ligneum, aquâ plenum, cui fistula recta vel spiralis ex stanno vel plumbo inest,

qua aqua destillata, refrigerandi gratiâ perfluit. B. Een Koelvat. G. Ein Kühl-faß. Gall. *Refrigerant*, *Refrigeratoire*, *Refrigere*. A. A cooling vessel.

REGIMEN, vox recepta est in arte Medica, circa diætam & victus rationem, tam in statu sano quam morboso. Chymicorum turba etiam de Regimine ignis jactat, atque in eo suos habet gradus. Vide *Gradus*. B. Bestuur / regeeringe. G. Regierung. Gall. *Gouvernement*. A. idem vel Governing.

REGINA PRATI, est *Ulmaria*: sic dicitur, quod tam lætè caput in pratis præ cæteris plantis erigit. Vide *Ulmaria*.

REGISTERES, REGISTRA seu VENTILA, spiracula furni sunt, quibus ignis regitur, iis enim clausis, ignis debilior fit, verum apertis intensior. Gr. Επιπύμια. B. Logtgaten / regeerpijpen. G. Lufftloch. Gall. *Respiral*, *Soûpiral*. A. A hole to let in Aire.

REGIUS MORBUS, vide *Ictterus*.

REGNUM, dicitur triplex in Medicina, *Vegetabilium* nempe, ubi *Vinum* primum locum obtinet. *Mineralium*, ubi *Aurum*, & *Animalium*, ubi *Homo*. B. Rijk. G. Reich. Gall. *Regne*. A. A Kingdome.

REGULUS, Chymicis usitatissima vox est, qui in probatione aut fusione alicujus mineræ, illud quod manet in crucibuli fundo vel cupula, *Regem* vel *Regulum* appellarunt, fortè quia erat totius nobilissima essentia. B. Koningsken. G. Der König. Gall. *Regule*, *Roitelet*. A. Regule.

RELAXANTIA, vide *Chalastica*.

RELAXATIO, est quarundam partium, uti musculorum, vasorum & membranarum dilatatio, quæ adesse non debebat, uti in Strabismo, Varice, Aneurismate, Hernia &c. Gr. Χαλασμὸς, Ἄνεσις, Χαύνωσις. B. Een Verwijdering. G. Das nachlassen / das erweitern. Gall. *Relaxation*, *Ralache*. A. A releasing, loosing.

REMEDIUM, idem quod *Medicamentum*, seu *Auxilium*.

REMINISCENTIA, Gr. Ἀνάμνησις, est perceptio, qua rerum antea perceptarum ideæ, menti sensatione, vel alia perceptione impressæ, per earum vestigia vel imagines cerebro impressas, vel voces aut alia earum signa oblata, animæ mediantibus spiritibus animalibus, in sensorio commu-

muni, rursus offeruntur, vel reminiscentia est arbitraria rerum cerebro antea impressarum, ad suos usus depromtio. De geheugenisse. G. Gedächtnus. Gall. *Reminiscence*, *Souvenance*. A. Remembrance.

REMISSIO FEBRIUM, est incalescentiæ supra modum sanguinis cessatio, quæ in febribus intermittentibus absoluta est, in continuis vero partialis.

REMORA ARATRI, est Ononis, dicitur quod in opere arantes boves subinde sistat. Vide *Ononis*.

REMORA, est Instrumentum Chirurgicum apud Hildanum, quo os femoris restituitur.

REMULUS, vide *Costæ*.

RENES, Gr. Νεφροὶ, bini sunt in abdomine, sub Hepate & Liene situm habent; dexter in homine inferior quam sinister est: constant maximâ ex parte ex canaliculis exiguis, qui à glandulis circa arteriarum extremitates adjacentibus oriuntur & serum ex illis suscipiunt, quod exinde ad caruncolas papillares, pelvim, & ureteres foras deducitur per vesicam. B. De Nieren. G. Die Nieren. Gall. *Les Roignons*, *Reins*. A. The Reynes, Kidneys.

RENES SUCCENTURIATI, vide *Capsulæ Atrabilariæ*.

REPELLENTIA, sunt, quæ ut dicunt, Veteres, sua frigiditate, vel astringendi vi, fervorem & affluxum humorum reprimendo, ac poros & meatus partium claudendo, intumescentiam partis imminuunt, & allabentes humores alio pellunt. Sed ejusmodi Medicamenta è foro Medico sunt abigenda; talis enim affluxus non datur, multo minus, alio pelli possunt, qui hoc dicunt, sanguinis periodo contradicunt. Gr. Ἀποκρουστικὰ. B. Te rugdrijvende Middelen. B. Zu ruck treibende mittlen. Gall. *Repercussifs*.

REPERCUTIENTIA, idem quod *Repellentia*.

REPOSITIO, est operatio Chirurgica, qua membrum aliquod, quod loco suo debito excidit, cum violentia & artificiosè, in pristinum locum reponitur. B. Herstelling. G. Herstellung. Gall. & A. *Reposition*.

RESEDA, dici videtur, à sedandis doloribus, collectionibus, inflammationibusque. B. Dzeemde raket.

RESIDENTIA, est crassamentum seu fæces quæ in liquoribus turbidis ad fundum subsident.

RES NATURALES, sive RES DEBITÆ aut ORDINATÆ, nam ut diximus *Natura* non datur, vulgo

recenſentur tres: Sanitas, Sanitatis cauſæ, & Sanitatis effecta. Alii ſeptem enumerant, ut Elementa, Temperamenta, Humores, Spiritus, Facultates, Actiones: ſed Elementa & Temperamenta pertinent ad Phyſicam; Humores, Spiritus & Partes, ſanitatis cauſis annumerantur, quæ conſtant ex bona temperie & apta conformatione; Facultates & Actiones, ſub Sanitatis effectis conſtituuntur. B. Natuurlijke dingen / vel potius de behoorlijke vel ordentelijke dingen. G. Naturliche ſachen. Gall. *Choſe Naturelle.* A. Natural things.

Res Non Naturales, ſunt ſex, Aër, Cibus & Potus, Motus & Quies, Somnus & Vigilia, Animi pathemata, Excreta & Retenta, ſic appellantur, quaſi modum excedant, ſæpe morbis anſam præbent. Neſcio cur dicantur *Non Naturales*, nam ut alibi diximus, non datur *Natura:* quod ſubintelligitur recenſuimus, pertinent igitur ad ſanitatem, & ad morbos, proſunt enim & nocent: Sine illis nemo vivit, dicantur ergo potius *Res neceſſariæ.* B. Dicuntur niet Natuurlijke dingen / ſed potius Noodſakelijke dingen. G. Unnaturliche ſachen. Gall. *Choſe non Naturelle.* A. Not natural things.

Res Præter Naturam, ſunt Morbus, Morbi cauſæ, & Symptomata ſive morbi effecta. Cum nulla ſit *Natura*, nihil igitur præter naturam eſſe poteſt. Dicantur potius *Res non Neceſſariæ*, ſive *Peccantes.* B. Tegennatuurlijke ſaken vel ſondigende dingen. G. Uber naturliche Sachen. Gall. *Choſe contre Nature.* A. Things Againſt Nature.

Resina, Gr. Ῥητίνη, ſunt arborum aut herbarum concretæ lachrymæ, ut *Maſtix*, *Thus*, *Ammoniacum*, *Terebinthina* &c. quæ tempore & ſolari calore indurantur. B. Harſ. G. Harſ. Gall. *Reſine.* A. Roſin.

Resolventia, ſunt medicamenta, quæ particulis ſuis ſpirituo-ſulphureis, particulas corpori aut parti impactas diſſipare, ſunt apta nata. B. Verdrijvende Middelen.

Resolutio, idem quod *Paralyſis.*

Respiratio, eſt thoracis alterna dilatatio & contractio, qua aër nitroſus per aſperam arteriam ejuſque partes veſiculares accenſionis modo impellitur, modo ex iiſdem, una cum vaporoſis effluviis ejicitur. Cauſa reſpirationis non in thoracis dilatatione & contractione tantum videtur conſiſtere

ſtere, ut vulgò cenſetur, ſed in tunicæ fauces, aſperamque arteriam ad intimos uſque receſſus, obtegentis etiàm contractione. B. De Ademhaling. G. Das athem holen / die lufft ein- und auß ziehen/ athemzuge. Gall. *Reſpiration*, *Reſpirement*. A. A breathing.

RESTA BOVIS, eſt *Ononis*: dicitur, quod arantes boves aliquando nonnunquam ſiſtat. Vide *Ononis*.

RESUMPTIVA à *Reſumere*, ſeu *Reſtaurantia* à *Reſtaurare*, dicuntur pectoralia & alimentoſa, ad ægros extenuatos reſtaurandos.

RETE MIRABILE, ſic dicitur ob mirabilem ſtructuram, conſtat ex plurimis arteriolis, ſubjicitur cerebri baſi & glandulam pituitariam in ambitu ſuo complectitur, à lateribus oſſis ſphenoidis: uſus eſt ne ſanguis ſubito nimis ad cerebrum ruendo, aliquo modo ſupprimatur; in homine & equo, qui generoſos effectus edunt, non ita invenitur. B. Het wondernet. G. Das wundernetz. Gall. *Rets merveilleux*. A. The wonderful net.

RETICULARIS PLEXUS, idem quod *Choroides*.

RETICULÚM, idem quod *Epiploon* & *Omentum*.

RETIFORMIS PLEXUS, vide *Plexus Retiformis*.

RETIFORMIS TUNICA, eſt quædam interioris ſubſtantiæ nervi optici in oculo expanſio, quæ ſe habet ut paries albatus in camera obſcura, qui ſpecies viſibiles per foramen cameræ atratæ admiſſas excipit repræſentatque. Vide *Amphibleſtroides*. B. Het Netvlies. G. Das Netzhäutlein. Gall. *La rétine*. A. The netlike tunicle.

RETINA TUNICA, vide *Retiformis* & *Amphibleſtroides*.

RETORTA, CORNUTA ſive MATRACIUM, eſt vas Chymicum, ex vitro, lapide, ferrove conflatum, figura rotunda, ad cujus latus roſtrum eſt flexum, retortum, & cavum, quo deſtillanda ingeruntur & egeruntur. B. Een retort / kromhals. G. Ein Retort / storckenſchnabel. Gall. *Cornue*, *Retorte*, *Matras*. A. A Retort.

REVERBERATIO CHYMICA, eſt ignitio, qua corpora igne vivo, in furno reverberii, calcinantur. Vide *Ignis actualis*.

REVERBERIUM, eſt fornax chymica, qua corpora ignienda vel deſtillanda, calcinantur vel reverberantur. B. Een weerſtuit oven. G. Ein reverbier ofen. Gall. *Reverbere*. A. Reverberatory.

REVIVIFICATIO, est, quando ex. gr. Mercurius ex cinnabari additione salis alicujus de novo suscitatur. B. **Herlevendig-making.** G. Wiederum lebendig werden. Gall. *Revivification.* A. Reviving.

REVULSORIA V. S. est, qua sanguis in partem aliquam irruens, in contrarium, per venam, in parte satis remota apposita incisam, avertitur. Verum cum illa *Revulsio* ob circulum sanguinis fieri non potest, illa revulsio jam negatur. B. **Herleiding.** G. Das Ableiten. Gall. & A. Revulsion.

REVULSIO, vide *Antispasis.*

RHA, idem quod *Rheum*, & ita per excellentiam vocatur *Rhaponticum*, ab amne *Rha* nominatur, qui suas aquas per Tanaim fluvium tandem in Pontum Euxinum evomit. Alii putant Rha significari radicem, & radicem esse ponticam. Est radix purgans, flava, longior Rhabarbaro.

RHABARBARUM, est Lapathi species: idem fere, ac *Rheum*, sed melior radix est, flavi coloris, intus variegata, instar nucis moschatæ diffractæ, alias non valet, mitissimè purgat, & astringit. Volunt nomen componi ex *Rha* radice, & barbarum, ac si esset Barbarorum radix. Duplex est *Verum de Lavantes*, quod flavum & melius: alterum *Muscoviticum*, quod obscurè flavum & vilius. Dicitur Arabibus *Raved.* In China provenit, unde in Indiam & Turciam, hinc Venetas defertur, & quidem vel navibus vel itinere terrestri. Vide *Rhaponticum.*

RHABDOIDES SUTURA, idem quod *Sagittalis.*

RHACHIS, idem quod *Spina Dorsi.*

RHACHISAGRA, est *Arthritis Spinalis*, in dorso.

RHACHITÆ, vocantur musculi dorsales, qui universis costarum commissuris, in toto thorace, superinjecti sunt, à posteriore parte, nihil relinquentes, quod non contegant, sed omnes costarum radices, & vertebrarum processus, qui à lateribus sunt, adhæc, quid inter ipsas radices est, complectuntur. B. **De ruggegraads spieren.** G. Die mäuse des Ruckgrades. Gall. *Muscle de l'Epine du dos.* A. The muscles of the Chine bone.

RHACHITIS, est medulla spinalis, quæ suo loco videatur. Item, morbus Anglis frequens, qui est inæqualis nutritio cum partium laxitate, mollitie, debilitate, languore, ignavia, torpore, capite justo majore, infra caput macie, pro-

protuberantiis circa articulos, incurvatione ossium, angustia pectoris, tumida abdominis impletione, Hypochondriorum tensione, tussi &c. nomen ab Anglis inditum est, *the Rickets:* sed quia in medulla spinali quandoque causa latet, haud incongruè à CL. Glissonio Rhachitidis nomine indigitatur. B. **Lendevang.** G. Lendenkranckheit/ die Engelsche siechte. Gall. *Rhachite.*

RHACOS, à Ῥήγνυμι rumpo, est linteamentum lacerum & detritum, & exinde ulcera quædam hoc modo nominantur, quæ lacera sunt & detrita. Dicitur & *Rhacosis.* B. **Een gescheurde zweer.**

RHACOSIS, idem quod *Rhacos.*

RHAGADES, Latinis *Scissuræ*, *Fissuræ*, *Rimæ*, ut in aliis corporis partibus accidunt, ut manibus, pedibus labis, uteri ostio: ita enim in ano, ac recti intestini extremitate, ac in sphinctere seu musculo anum claudente accidere possunt. Suntque rhagades seu scissuræ, ani oblonga quædam ulcuscula sine tumore, iis similia, quæ interdum in manibus à magno frigore excitantur. Suntque alia superficialia saltem, alia profundiora: alia sine duritie & callo, alia callosa latera habentia: alia humida & saniem fundentia, alia sicca & cancrosa, à ῥήγνυμι, rumpo. B. **Bersten/ klooven des Fondaments.** G. Die schrunden an henden/ Fussen von der kält. Gall. *Fente.* A. Chinks, Clefts.

RHAGOIDES, est *Uvea Tunica* oculi vitreum humorem, in posteriore oculi parte continens, ab uvarum colore ita dicta, ordine secunda, quæ & perforata à structura vocatur, alias & Choroides. B. **Het Druiven-vlies.** G. Das Trauben häutlein/ das schwartze Häutlein des augs umb den stern. Gall. *l'Uvée.* A. The grape-like tunicle of the eye.

RHAMNUS, est arbuscula spinosa: volunt dici quasi ῥᾶον μένος, corrumpens robur. B. **Nhyn-besie-boom/ Duin-besie-boom.** G. Kreutz-beer/ Wegen-dorn/ Sand-dorn/ Weiden-dorn. Gall. *Burguespin*, *Neprun*, *Verd de vescie.* A. Rhamn, Christs-thorn.

RHANTERES, dicuntur oculorum anguli interiores, naso proximi: qui & Πηγαὶ vocantur, seu *Fontes Lachrymarum.* Vide *Canthus.*

RHAPE, SUTURA, quando vulnera consuuntur mediante emplastro conglutinante. Item suturæ cranii ita vocantur, de quibus suo loco. Vide *Sutura.*

RHAPHANUS, idem quod *Raphanus.*

RHAPONTICUM, eadem ferè radix est ac *Rhabarbarum*, sed magis oblonga, imo & vires eædem. Sunt qui putant *Rhabarbarum* & *Rhaponticum*, eandem esse radicem, prout hodie in officinis prostat; suprema nempe & crassa radicis pars esset *Rhabarbarum*, inferior & crassa *Rhaponticum*. Defertur ad nos ex Asia, sic fortè vocatur ex *Rha*, radice, & *Pontum*, quia in Ponto nascitur. B. **Rhaponticum.** G. Rhapontick. Gall. & A. *Rhapontick.*

RHEGMA, est partis alicujus ruptio: ut ossis, peritonæi, oculi &c. à ῥήγνυμι rumpo.

RHEUM, idem quod *Rha.*

RHEUMA, est humoris è naribus in subjectas partes fluxio, ut in coryza contigit, à ῥέω fluo. B. **Een vloeyinge/ snof/ sinkinge.** G. Ein fluß. Gall. *Rheume*, *Rhume*, *Fluxion.* A. Rheume, Catharre.

RHEUMATISMUS, est dolor vagus, ubique ferè apparens in corpore, sæpe febriculam, tumorem, phlogosin &c. comitem habens, à ῥέω fluo, unde Rheumatici dicti. **Vloeyinge.** G. Das fliessen/ ein fluß. Gall. *Fluxion*, *Rheumatisme.* A. Rheumatism. Lusit. *Curimentos.*

RHEXIS, idem quod *Rhegma.*

RHINENCHYTES, est siphunculus quo medicamenta naribus immittuntur, ex ῥὶς nasus, & ἐγχέω immitto. B. **Een neuse spuit.** G. Nasen spritze. Gall. *Seringue pour le nez.* A. The nostrils syrige.

RHIZOTOMUM MEDICAMENTUM, est quod morbum funditus & radicitus evertit, ex ῥίζα radix, & τέμνω seco. B. **Dats dat tot de wortel uit-dryft.**

RHODELÆON, est oleum rosarum, ex ῥόδον rosa, & ἔλαιον oleum. B. **Rosen-olie.** G. Rosen-oel. Gall. *Huile de roses.* A. Oyl of roses.

RHODIA RADIX, est Telephii species: sic dicitur quod ejus radix contrita Rosas oleat: ῥόδον enim est rosa. B. **Rose-wortel.** G. Rosen-wurtzel. A. Rose-wort.

RHODINUM, est acetum rosaceum, aut aliud quid ex *Rosis* paratum, à ῥόδον rosa.

RHODIUM LIGNUM, Asphalatorum quatuor modernis innotuerunt species, cortice cinereo, ligno purpureo seu Dioscoridis. Secunda, colore Buxi. Tertia, Albicans torulo citreo. Quarta rubens. Verum officinæ nostrates non nisi secundam & tertiam suppetunt. Prior est Asphalati species Lobelii. Posterior dicitur *Rhodium Lignum*, quibusdam

busdam *Agallochum*, *Oleaque Æthiopica*. *Rhodium Lignum* vulgare roſeum habet odorem, durum eſt, in Inſula Rhodo inſuliſque fortunatis, altitudine unius hominis creſcens, craſſitirie ceraſi, colore ferè macis. B. **Rhodes hout** & **Roſenhout**. G. Rodiſen-holts / roſen holts. Gall. *Bois de Roſes*. A. Roſe-wood.

RHODODAPHNE, eſt Nerion ſeu Oleander, ſonat Laurum roſeam: ſic nuncupatur à flore, roſæ ſimili & foliis Laurinis, ῥόδον eſt roſa, & δάφνη Laurus. Vide *Nerion*.

RHODODENDRUM, idem quod *Rhododaphne*, ex ῥόδον roſa, & δένδρον arbor.

RHODON, ſive ROSA, vetuſtas ex ſanguine Veneris, & Turcæ ex ſanguine Mahometis, ortam ſibi perſuadent, cujus nomine folia roſarum humi jacere non patiuntur: hæc Gr. Ῥόδον dicitur, quaſi ὄδον pro ὄζον, at Plutarcho, qui ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδμῆς (vel ὀδμῆς) ἀφίησι, quod largum odoris effluvium emittat, à ῥέω fluo. B. **Roos**. G. Eine Roſe. Gall. *Roſe*. A. Roſe.

RHODOMELI, eſt mel roſarum, ex ῥόδον roſa, & μέλι mel. B. **Roſen honing**. G. Roſen honig. Gall. *Miel du roſes*. A. Hony of roſes.

RHODONIA, idem quod *Rhodon*.

RHODOSACCHARUM, eſt ſaccharum roſaceum, ex ῥόδον roſa, & σάκχαρον *Saccharum*. B. **Roſe ſuiker**. G. Roſen ſucker. Gall. *Sucre de roſes*. A. Sugar of roſes.

RHODOSTAGMA, eſt aqua roſarum, ex Ῥόδον roſa, & στάζω ſtillo.

RHOE, vide *Rhus*.

RHOEAS, fortè à ῥέω fluo, quia floſculi ſtatim decidunt, ſic vocatur Papaver Rhœas, ſive Papaver erraticum rubrum, quod & inter frumenta ſæpè reperitur. Contra affectus pleuriticos ejus ſyrupus & decoctio valde prædicatur. B. **Goodenheul / wilden heul / holle bloemen / kanker bloemen / klapper roſen / hoorn roſen**. G. Clapper roſen & horn roſen. Gall. *Coquelicoc*, *pavot ſavage*, & *Confanons*.

RHOMBOIDES, eſt par muſculorum, initum habens à tribus inferioribus vertebrarum colli, totidemque ſuperioribus vertebrarum dorſi ſpinoſis proceſſibus: mox obliquè deſcendens, principio, fineque carnoſum, ad ſcapulæ baſin fertur; quam retrorſum, ſed & obliquè ſurſum agit, ex ῥόμβος figura quadrata, & εἶδος forma. B. **Carbots Gelijkte**

ſpie-

ſpieren. G. Der rauſten gleiche mauſz. Gall. *Muſcle Rhomboide.* A. The rhomboie muſcles. Eſt etiam faſciarum ſpecies rhombi figuram repræſentans. B. **Tarbots gelyke vierkante zwagtel.** Gall. *Rhomboide.*

RHOMBUS, eſt ſpecies deligationis chirurgicæ, figura rhombum referens, hoc eſt quadrangulum æquilaterum, ſed non rectangulum: hujus deligationis variæ deſcribuntur ſpecies. B. **De tarbots band/ ſcheeve-ruits zwagteling.** Gall. *Le Rhombus.* Dicitur & alia *Semirhombus* quæ vulneribus circa auris loca advenientibus inſervit. B. **Scheeve-ruits-gewyſe zwagtel/ oor-zwagtel.** Gall. *Demi-Rhombus.*

RHUS ſive RHOE, RHUS CULINARIUM, SUMACH, arbor eſt foliis ferè Fraxini, ſemen, quod officinis in uſu eſt, Botri in modum creſcit. Provenit in Hiſpania, Italia, Ponto &c. ſolebat olim cibis aſpergi, hinc *Rhus Obſoniorum* appellabatur: & quia uſurpari cœperat à coriariis, *Rhoë Coriacia* dicebatur. Nomen accepit à colore coccineo acinorum, à voce ῥόος Latinorum ruſſum manaſſe contendunt, ſortè à ῥέω fluo: alii ab ἐρυθρὸν rubrum derivant. B. **Smak.** G. Ferber-baum/ gerberrinden. Gall. *Rhon.* A. Rumach.

RHYPTICA, ſunt medicamenta detergentia & ſordes abluentia. Quidam ſumunt pro *Ruptoriis*, à ῥύπτω ſordes abluo.

RHYTHMUS, eſt certa pulſuum, temporum, vitæ, ætatum &c. proportio, à ῥυθμίζω ad numeros aptos refero.

RHYTIDOSIS, eſt corrugatio alicujus partis, à ῥυπόω in rugas contraho.

RIBES, ſive RIBESIUM, eſt frutex, cujus fructus ſatus notus, eſt vox Mauritanica, ideoque græcam nec latinam originem habet. B. **Aalbeſien/ Jenivers/ Wyn-beſien/ St. Jans bezien/ St. Jans druiſſes/ Bezien over zee.** G. Johannes beer/ Rietbeſel. Gall. *Groſſels, Groſſelets tranſmarin.* A. Corence, Corents, Curranſſ.

RICINUS, vulgo *Cataputia* major vel *Palma Chriſti.* Gr. Κίκι, & Κρότων. Ricinus & Croton à ſimilitudine animalis, quod ſemen ejus referre videtur, nominata eſt. Sunt enim Gr. Κρότωνες & Latinis Ricini, inſecta animantia, quæ canibus præſertim adhærent, quibus cibi nullus exitus eſt,

co-

colore livido, nullis discreta membris, in globum continuo crescentia, donec plenius saginata, post aliquot dies sponte sua decidant. B. **Wonder-boom / molle-kruid / kruisboom.** G. Wunder-baum / kreutzbaum. Gall. *Palme de Christ.* A. Palme de christ, wonder-tree, mole-wort.

RICINUS, est insecti species sub cute nostra.

RIGOR, Gr. Ῥῖγος à ῥιγόω rigeo, est convulsio subito incidens in cute, & quibusdam musculis artuum, lumborum ac colli, ita ut, qui corripitur rigore, primum sentiat concussionem ex subita & improvisa contractione, deinde aliquandiu ita contractus, rigidusque manet: unde in hoc differt ab Opisthotono & Emprosthotono, quod in rigore nullum membrum distorqueatur ab ordinaria, quæ in motu corporis esse solet, figura, at si ritè perpenderis, *Rigor* est primus gradus, & viam sternit ad Opisthotonum vel Emprosthotonum, utpote qui non sine rigore fiunt, sed ultra procedentes rigorem efficiunt cum insolita corporis figura: hic vero Rigor, de quo loquimur, vix alibi observatur, quam in initio febrium intermittentium, & in omnibus fermè, qui moriuntur. B. **Stijvigheid.** G. Das erstarren vom frost / wen einen frewert im fieber. Gall. *Roideur, Rigeur.* A. Stiff.

RIMA PUDENDI sive FISSURA MAGNA dicitur, quia ab ossium pubis inferiore parte ad anum usque fere pertingit; ita ut inter illam & anum spatium, quod perinæum sive foramineum appellatur, vix pollicis transversi latitudinem excedat. Hæc repetito coitu dilatatur; usus est canalis modo penem tanquam in fossam dirigere, urinæ aliisque corporis excrementis exitum præbere, & fœtus exclusioni inservire. B. **De schamelheids spleet.** G. Die rietz der schamen. Gall. *Fente de la partie honteuse.* A. Split of the privities.

RIMA, est ossis fissura, quando os aut cranium ferè ruptum fuerit. B. **Een Spleet.** G. Eine Spalt / Ritz. Gall. *Fente.* A. Split, Cleft.

RIMULA LARYNGIS, est ea, quæ ab epiglottidis cartilagine clauditur, ne quid cibi aut potus in laryngem incidat; nam si quid casu illabatur, illico tussis oritur, & non raro suffocatio, tunc nos Belgæ dicimus, **'t Is in de verkeerde keel.** B. **Het spleetjen des Strottenhoofts.** G. Eine spalt der gurgel. Gall. *Fente, Sifflet.* A. Split of the gullet pipe.

RISI-

RISIGALLUM, vide *Arcenicum.*

RISUS APIUM, est Ranunculi species; nomen accepit, quod in cibo sumptum mentis alienationem cum labrorum contractione, eas convulsiones faciat, quæ risus speciem videntibus præbent, vocatur illa convulsio *Spasmus* & *Risus Sardonius.* Sic etiam appellatur *Apiastrum*, sive *Citrago*, quia eâ plantâ apes delectentur, iisque quasi risum pariant.

RISUS SARDONIUS, est spasmus utriusque maxillæ, Oudaan p. 333.

ROB, idem quod *Apochylisma.*

ROBERTIANA, seu ROBERTI HERBA, est Geranii species, haud dubiè à superstitione aliqua Divi, qua superior ætas mirificè imbuta fuit, appellatur.

ROBIGO, idem quod *Rubigo.*

ROBORANTIA, idem quod *Cordialia.*

ROBUB, idem quod *Apochylisma.*

ROBUR, est arbor glandifera, sic à vastitate & firmitate dicta.

ROCHUM ALUMEN, sive RUPEUM, forte à Gallica voce *Roch*, quod *Rupem* denotat, vulgo *Alumen Rochæ* vocatur. B. Klip aluin. G. Stein alaun. Gall. *Alum roche.* A. Rock alum.

ROHOB, vide *Apochylisma.*

RORELLA, vide *Ros Solis.*

RORIFERUS DUCTUS, idem quod *Ductus Chyliferus.*

ROS, Antiquis dicebatur, cum prima humiditas ab extremitatibus vasorum excidit, & in membrorum substantiam dispersa est. Ros, inquit *Galen.* 7. method. 6. tertia humiditatis species unde partes corporis nostri nutriuntur, quæ continetur in omnibus animalis partibus, ceu Ros quidam per earum substantiam sparsus: hæc est Antiquorum opinio. B. Dauw. G. Thau. Gall. *Rosée*, A. Dew.

ROS SOLIS RORELLA, DROSUM & SALSIRORA, nomen habet, quod ejus folia, semper quasi rorida sint. B. Sonne-dauw / Loopig-kruid. G. Sonnenthau / sonthau / sundauw. Gall. *Rosée de Soleil.* A. Sonne deuwe, sun-dew, moror-grass, red-rot, youth-wort.

ROSA, Gr. Ῥόδον, dicunt vocari ab oleo, vel per antiphrasin, quod minimè oleat, cum odorata existat, vel à Gr. Ῥόδος, vel quod rubricanti colore rubeat Vide *Rhodon.*

RO-

ROSA, idem quod *Erysipelas*.

ROSMARINUM, ROSMARINUS, ei nomen impositum videtur, quod folia qua parte minus viridia sunt, quandoque albedine quadam aspersa sint quæ rorem videntur mentiri, quæ ipsa albedo quandoque etiam in parte viridiore observatur, vel nomen illud accepit, quod collibus roribusque gaudeat marinis. Gr. Λιβανωτὸς, quod odorem thuris seu olibani reddat. B. Rosmarijn. G. Rosmarein. Gall. *Rosmarin*. A. Rosemary.

ROSSALIA & ROSSANIA, sunt nomina Neapolitana, ab aliis *Purpuræ* vocantur & *Rubores*, ac Gr. Ἐρυθήματα. Sunt maculæ rubræ & quasi ignitæ, cum vix affatu digno tumore, per universum corpus, quasi quædam Erysipelata parva, in principio morbi seu die quarto vel quinto morbi erumpentia. Progressu morbi totum corpus occupant, ut id quasi ignitum appareat, ac si Erysipelate laboret; qui color in declinatione iterum, ut in principio, in maculas mutatur, quæ tandem septimo vel nono die evanescunt, epidermide squammarum instar decidente.

ROSTRIFORMIS PROCESSUS, vide *Coracoides*.

ROSTRUM PORCINUM, vide *Dens Leonis*.

ROSTRUM, dicitur fistula illa quæ galeis seu capitellis destillatoriis continua est, per quam ex galea liquor destillatus in receptaculum suppositum destillatur. B. De Bek / de Snuit. G. Ein Schnabel. Gall. *Bec*, *Museau*. A. Snoute.

ROSTRUM, est forceps excisoria, & dicitur, pro variâ figurâ, *Psittacea* & *Vulturina*, valet ad ossis aliquod frustulum, in curatione vulnerum capitis, partim rumpendo, partim incidendo, auferendum. B. Een papegaijs bek / giereu-bek.

ROTATOR MAJOR, & MINOR, sunt duæ Apophyses in superiore ossis femoris, Trochanteres dicti, in quibus plurium tendines terminantur. B. De Draebeens Draijers. G. Des obet schenckels Umdreher. Gall. *Le Trocantere*, *Tourneur de Cuisse*. A. Turners of the thig.

ROTULA, idem quod *Mola genu*.

ROTULÆ, vide *Tabellæ*.

ROTUNDUS MUSCULUS MAJOR brachii, qui brachium retro deorsum trahit, & deltoidi musculo contrariatur. Ab inferiore scapulæ margine & extimo angulo, unde transversas quasdam complectitur fibras radiosas, pronatus,

natus, brevi latoque tendine, brachii ossis infra cervicem desinit. Alter *Rotundus Minor* est seu *Brevior*, totus carnosus est, qui initio acuto ex infimo scapulæ angulo pullulat; postea magis magisque crassescit ad medium usque ventrem, inde sensim gracilescens, acuto fine finitur in ligamentum, quo humeri caput vestitum est, obliquè situs est, aliisque *Transversus Musculus Brevior* appellatur. Videtur non sine ratione, partem esse præcedentis rotundi majoris. Tertius *Rotundus* radii est, *Pronator* dictus, vide *Pronator*. B. De ronde spier. G. Der runde mauß. Gall. *Un rond muscle*. A. A round brawne.

Rubeola, est species variolarum vel morbillorum, sunt enim exanthemata tubercula rubra, cum calore ac tussi invadentia, morbillis minus periculosa. Invadunt autem quandoque sola, quandoque inter variolas inspergunter, quandoque iis sanatis superveniunt. B. Hoodjonkt. G. Die ritteln sive rötteln à rubore appellant.

Rubia, Gr. Ἐρυθρόδανον, officinæ *Rubium Tinctorum* appellant: à radicis rubro colore nomen accepit, quo lanæ & lintea tinguntur: sic græca vox fluit ab ἔρυθρος rubrum. Krappe / mee / mee-krappe / Hotte. G. Röthe / Ferber-röthe / ferber-wurtz. Gall. *Garame*, *Caranca*, *Ruble*. A. Maddir.

Rubigo, Robigo, Ustilago, Gr. Ἐρυσίβη, est frumentum vitiosum, cujus spica quasi ob nigredinem, adusta conspicitur. B. Brand / koren-brand. G. Melthaw / brand im korn. Gall. *Nielle au bled*, *Brulure*. A. Bligt, brand-korne, blasting of korn.

Rubinus, est Gemma diaphana rutilans, rubensque, (exigua portiuncula est rubicundi coloris) ac limam respuens. Rubedo ipsius est instar sanguinis, laccæ Indicæ coloris coccinei. G. Kermsine. Gall. *Escarlaite*. A. Scarlet, Crimson colour. B. Schaarlaken koleur. Nobiliores Rubini in insula Zeilan nascuntur, alii minores, in Coria, calecut, Cambria, & Bisnagari; Optimi in flumine Pegu. Exploratur Bonitas ore & lingua: nam duriores & meliores reputantur. Nascuntur in lapidea matrice rosei coloris, primumque candicant, deinde paulatim rubescentes roborem contrahunt. Hinc alibi immaturi. Nascuntur plerumque in aurifodina, ubi Saphiri reperiuntur. Gr. Ἄνθραξ. Arab. Jacut. Lat. Carbunculus, κατ' ἐξοχὴν. B. Rubijn. G. Ein Rubin. Gall. *Le Rubis*. A. Ruby, rubin.

Ru-

RUBRICA, vide in *Impetigo.*

RUBUS, Gr. Βάτος, à rubicundo ſucco nomen habere putem, vocatur etiam *Sentes.* Aliquibus *Moravaticana*, corrupta voce, ejus fructus dicuntur, cum dicendum eſſet *Mora Vacinia:* Nam in hodiernum uſque diem Græci mora illa à βάτος, βάτια & βατίνια cognominant. Virgilius in Bucolicis unius literæ immutatione *Vaccinia* vocavit, canens:

Alba Liguſtra cadunt, Vaccinia nigra leguntur.

Nunc *Mora Bacci* appellantur, cum dicendum eſſet *Mora Bati.* Vocatur etiam *Chamæbatos*, quaſi humilis rubus. B. Bzaam-beſie/ Bzommel-beſie. G. Brombeer/ bromen. Gall. *Ronce, Bruiſcon, Ronce, Buiſſon.* A. Rouces, bramble-buſſe, black-berje buſſe, blanck-berry tree.

RUBUS IDÆUS, eſt Frutex, ſic à monte Idæo appellatus, producens fructus moris ferè ſimiles, rubros vel albos. B Bzaam-boiſen/ Hinne-beſien. G. Himbramen/ Hindbeeren/ Hin-beeren. Gall. *Framboſier.* A. Rasberrys, raſpberry-tree.

RUCTATIO, ſive RUCTUS, BOMBUS, aut ERUCTATIO, eſt flatuum ex ore egreſſus cum ſonitu majore vel minore. Sed quatuor gradus agnoſcit. I. Cum flatus copiosè ejiciuntur. II. Cum eructandi conatus eſt major quam ructus, ſæpe non ſine dolore & flatuum aſcenſu in œſophagum cum deſcenſu eorum mox ſubſequente. III. Cum in Nauſea & ante Vomitum Ructus fiunt, aut magnus conatus. IV. Cum Ructus ſonori ſunt, & acres, acidi, ſalſi, fœtidi aut humidi. Gr. Ἐρεύγμος, Ἐρευγὴ, Ἐρυγμός. B. Hiſpinge/ rupſinge/ opripſing. G. Ein grölzer/ ſawre kopper/ oder Rulzer laſſen. Gall. *Rot, Rottement.* A. Belching vel Breaking of wind upward.

RUCTUS, vide *Bombus* & *Ructatio.*

RUGITUS, eſt chyli & excrementorum inteſtinis contentorum, effervescentia, qua flatus & motus varii in inteſtinis concitantur & hinc inde per excrementa volvuntur, cum exitus per os & anum facilis denegetur. B. Hommelinge. G. Gemummel/ ein Getöſe. Gall. *Murmuré.* A. Murmur.

RUMEX, eſt Lapathi ſpecies: hanc propriè Romani appellarunt Rumicem, forſitan quod ab ea ſuccus non ali-

ter atque mamma, quam *Rumen* Veteres dixerunt, sitientibus exugi soleat. Rumo Antiquis erat lacto.

RUPTIO, vide *Rhegma.*

RUPTORIUM, est Medicamentum causticum, quo abscessus sæpè aperiri solent, paratur vulgo ex lixiviis, vel ex crystallis lunæ aliisque rebus.

RUSCUM, RUSCUS, Officinæ litteram addunt, appellantque *Bruscum.* Gr. Ὀξυμυρσίνη, & Κεντρομυρσίνη, fortè nomen habet, quod *Ruri* ex Rusco fiant scopæ. B. **Muis-doorn / Steekende-palm / Heer-besien.** G. Mäuszdorn / Bausch. Gall. *Brusc.* A. Butchers Broom, tree-holly.

RUTA, Gr. Πήγανον, Ῥυτὴ, dictam volunt rutam, quod una ex omnibus plantis, propter multiplicem ejus usum maximè eruatur. Alii ἀπὸ τῆ ῥυπῶ derivant, quod libidinosos nimumque veneri addictos frenet. *Peganum* appellatur quod siccitate & caliditate sua coagulet ac condensat semen; hinc uterum gerentibus inimicum esse ajunt, à πήγνυμι compingo, concresco. B. **Ruite / Wijn-ruit.** G. Rauten / Wein-raut. Gall. *Rue.* A. Rue.

RUTABULUM, est instrumentum ligneum vel ferreum, quo materia igni imposita, vel coquenda sæpe agitatur. B. **Een Hoer-stok.** G. Rührhacke. Gall. *Fourgon.* A. Coal-rake, Maukin.

RYAS, est nimia lachrymarum fluxio non ordinaria.

S.

S. N. idem quod SECUNDUM NATURAM. S. Gr. Σ vel etiam C. utrumque characterem enim Græcis in usu fuisse docent Numismata. Alias Latinum S. est nota characteristica ponderis vel mensuræ, denotans dimidium præcedentis, vel *Semis.*

SABINA seu SAVINA, Gr. Βορύης, & Βάρυθρον, dicitur Romanis à regione, in qua multum nasceretur, an à σέβειν Deos honorare, quia dicuntur Sabini præ cæteris gentibus Deos veneratos. B. **Seven-boom / savel-boom.**

G. Se-

G. Siben=baum/ Seven=baum/ Sade=baum. Gall. *Savinier*, *Sabine*. A. Savin.

SABULUM, sive Arena, sunt arenulæ in renibus aut vesica hærentes, quæ aliquando eminguntur. Gr. Ἄμμος & Ψάμμος. B. Sand/ Graveel. G. Sand/ Grieß. Gall. *Gravelle*. A. Gravel.

SACCHARUM, seu SACCHAR, ZUCCHARUM, ZACHAR, ZACCHARUM, SUCCHARUM, MEL ARUNDINACEUM, MEL CANNÆ, arundo hæc non tantum in India Orientali & Occidentali, sed & in Africæ locis, imo & in quibusdam Europæ regionibus crescit. Exhibet autem Saccharum, partim incisione Cannæ unde Saccharum instar lachrymæ exstillat, quod candidum est & rarum; partim elixatione potissimum medullæ ac Radicis, donec scil. Saccharum in fundo instar salis concreverit. Vulgare Saccharum est succus ex arundinibus expressus, dulcissimus, concretus, & in salis formam redactus: ideoque *Sal Essentiale* jure vocari potest. Pro varia præparatione varia sortitur nomina, ut *Nigrum*, *Rubrum*, *Album*, *Albissimum*, *Cantum* id est *Angulosum*, seu *Crystallinum*, *Penidium* &c. Ex plumbo etiam paratur cum aceto destillato *Sal*, quod ob dulcedinem *Saccharum Saturni* appellatur. B. Suiker. G. Zucker. Gall. *Sucre*. A. Sugar. Arab. *Zazar Sudur*, *Sutter*.

SACCUS, à Σάττω onero, est intestinum cœcum quod sacci instar propendeat. B. Een sak. G. Ein sack. Gall. *Sac*. A. A Sack.

SACCULI seu DUCTUS ADIPOSI, seu VESICULÆ ADIPOSÆ aut LOBULI, observamus, ubicunque pinguedo est, præcipuè circa cutim & in musculorum interstitiis, ibi inveniri multiplices membranas sacculorum adinstar, & lobulorum excavatorum, quæ substratæ cuidam membranæ crassiori, adhærent. Per hanc propagari venas & arterias, quarum trunco à lateribus pinguedinis moles, veluti milii acervus, cumulatur. Vasa sanguinea expandi in ramos, arborum instar, quorum extremitatibus appenduntur membranosi sacculi seu lobuli, pinguedinosis globulis referti, qui veluti folia arboris adnata, arboris exactam figuram complent. Membranosi isti sacculi varie figurantur. Sunt enim leviter depressi & ovalem penè figuram habent, instar glandularum conglomeratarum. Nectuntur ad invicem membranis, quibus efformantur, &

vaſorum rete. Glandulas habet copioſiſſimas, mediantibus quibus pinguedo & adeps ex arteriis immediatè accipitur & exinde in ſacculos adipoſos defertur. B. Smeer ſakjen. G. Die feiſtſäcke. Gall. *Sachet Graiſſe*. A. The fat ſacks or ducts.

SACCULUS CHYLIFERUS ſive RORIFERUS, eſt inferior pars ductus chyliferi, cui omnes venæ lacteæ ſecundi generis, & plurima vaſa lymphatica inoſculantur. B. De gyl-ſak. G. Der ſpeis ſack / der gyl ſack. Gall. *Sac Chylifere*. A. The chyle ſack.

SACCULUS CORDIS, vide *Pericardium*.

SACCULI MEDICINALES, componuntur ex variis ſimplicibus, ſcopo Medici convenientibus; eaque ſi opus fuerit conteruntur, ſacculoque, cujus figura parti affectæ quadrat, excipiuntur, qui ſæpè, ne materia in unum locum coacervetur, acu, in quibuſdam locis interſuitur. B. Popjes. G. Säcklein / beutel. Gall. *Un ſachet, pochette*. A. A little ſack, bag.

SACER IGNIS, vide *Herpes Exedens*.

SACER MORBUS, vide *Epilepſia*.

SACERDOS PENIS, vide *Arum*.

SACRA FISTULA, idem quod *Medulla Spinalis*.

SACRUM OS, Gr. Πλατὺ, ἢ Ἱερὸν Ὀστοῦν, Ὑποπόνδυλος, Τερτὶς Κόκκυξ. Conſtat ex vertebris inferioribus ſex, cui oſſa coccygis annectuntur, in abdomine à parte poſteriori conſtituit pelvim. B. Het heilig been. G. Das heilige bein / das groſſe ruck bein. Gall. *L'os Sacrum*. A. The holy bone.

SAGAPENUM, lachryma ſeu gummi eſt Ferulæ in Media naſcentis, ejuſdem cum ſucco nominis, ex qua ſauciata educitur. Naſcitur in Media regione, unde Alexandriam, ac hinc Venetias atque in alia Europæ loca transportatur. Optimum debet eſſe ſyncerum, tranſlucidum, foris colore fulvo vel ruffo, intus albido, guſtu acre, odore gravi, porrumque æmulans. Appellatur & *Sacoponium*, *Serapinum*, *Sacopenium* &c. B. Gom Sagapeen. G. Sirapinſafft. Gall. *Sagapene*. A. Sagapen, Serapin.

SAGITTA, paluſtris Planta eſt, ſic dicitur à foliorum formâ tricuſpidi, ſupernè in unam, infernè in duas deſinentium. B. Serpents-tong / ſlange-tong. G. Pfeil-kraut. Gall. *Queve d'Arondelle*. A. Adders-tonguer or arrow klad.

SAGITTALIS SUTURA, vel veruculata, Gr. Ὀβελιαῖα

λιδῶα, est illa quæ à Coronali incipit, & in Lambdoidem desinit. B. De pijlnaad. G. Die pfeilnath. Gall. *Suture Sagittale*. A. Shaft Suture, streight seam.

SAGMINALIS, vide *Peristeron*.

SAL, est triplex, *fixum*, *volatile* & *compositum* seu *neutrum*. *Fixum* est quod vi ignis sursum non pellitur, ut sal tartari, cardui benedicti &c. & licet volatile sit, tamen ab aliis particulis ita fixum est redditum, ut motum ignis sequi nesciat. Longè secus se habet *Volatile*, quod minimo ignis colore sursum evehitur, & inter salia simplicia recenseri debet. *Sal neutrum* est alumen, nitrum, vitriolum, sal marinum & fossile &c. quia constant ex sale puro & acido, & ab invicem tantum differunt, quod hoc alias particulas admixtas habeat quam illud. Salia vocantur quoque *Alcalia*, ex *Al* arabica particula intensiva, & *Kali*, herba quædam marina sedi instar, sed coralli forma, & Kali fortè derivatur à Gr. Ἅλς sal. B. Sout. G. Saltz. Gall. *Sel*. A. Salt.

SALACITAS, vide *Satyriasis*.

SALICARIA, vide *Lysimachia*.

SALICORNIA, est Kali marini species, plurima cornua salsi saporis habens. Vide *Kali*.

SALIVA & SALIVUM, quibusdam *Sputum*. Gr. Πτυελὸν & Σίελος, est liquor insipidus, à glandulis maxillaribus segregatus & in os per ductus peculiares effusus, ut os & œsophagum madefaciat, masticationi ciborum inserviat, eosque in ventriculo aliquomodo digerat & fermentet. B. Speeltzel. G. Geiffer / speichel. Gall. *Salive*, *bave*. A. Spittle.

SALIVANTIA, sunt medicamenta quæ salivam copiosè eliciunt, inter quæ Mercurialia Principem sedem obtinent. B. Quyl-middelen. G. Geiffer treibende mittlen. Gall. *Remede Salivante*. A. Remedys causing spitting.

SALIVARIS, vide *Pyrethrum*.

SALIVATIO, est sputi vel salivæ per medicamenta salivantia evacuatio, ut sunt mercurialia, quandoque tamen in morbido statu pro ptyalismo sumitur. B. Een Salivatie / Speeltsel-making. G. Salivation / das Gäfern. Gall. *Salivation*, *Flux de Bouche*. A. Salivation.

SALIUNCA, Germanicum est vocabulum, quo significatur *Spica celtica vera*, quam in pharmacopoliis, *Spicam Romanam* appellant. Vide ulterius de *Spica celtica*, eleganter ejus radix Orcitunica est appellata, quæ sacci habet in-

ſtat vel tunicæ. Dioſcorides à patrio nomine *Aliungiam* vocari ſcribit. *Celtica* dici videtur à loco natali, hinc nonnunquam Gallica appellatur. Germani plerique eandem herbam adhuc proprio veterique nomine *Seliunck*, quaſi animam juvenilem reddens appellant.

SAL NITRUM, ſive HALINITRUM, idem quod *Nitrum*, ſeu *Salpetra*.

SALIX, dicitur à ſaliendo, quod ea celeriter creſcat, ut ſalire videatur. Gr. Ἰτέα ab ἰτάω, quia it creſcendo celeriter. B. Wilge-boom/Wind-hout-boom/Wind-hout-boom. G. Weide/ Weiden-baum/ Felber-baum. Gall. *Saux*, *Saule*, *Saus*. A. Willow, Ozier, Sallow-tree, Withie.

SALOMONIS SIGILLUM, vide *Sigillum Salomonis*.

SALPETRA, idem quod *Nitrum*.

SALVATELLA, eſt vena quæ à brachii ramis tendit ad digitum minimum. B. De Hoofd-beſchermſier/ Pinkader. G. Die Miltz-ader. Gall. *La Salvatelle*. A. The Salvatelle.

SALVIA, quaſi Salvatrix, quod multis incommodis medeatur, ægrotque ſalvos præſtet. Gr. Ἐλελισφακος: quoniam illa herba ſemper retorrida & exucca videatur, factum eſt, ut Græcis *Elelijphacon*, quaſi in tabem redacta vel in ſyderationem flacceſcens dicta ſit ἑλελίζω & σφάκος, vocibus in unam coaleſcentibus appellationem, eſt autem σφάκος ſeu potius σφάκελος malum in Plantis, cum per æſtatem & ardentiſſimum canis æſtum, vi ſolis altius penetrante, humoreque quo nutriuntur deficiente, languent & areſcunt. B. Salie/ Self/ Savie. G. Salbey. Gall. *Sauve*, *Sauge*. A. Sage.

SAMBUCUS, videtur ab Authore appellata, cui nomen *Sambyx* fuit, vel à *Sabuca* muſico inſtrumento, quod alii pectida nominant, alii Magadin. Gr. Ἀκτὴ & Ἀκτὶς fortè à littore, quod fluviorum littora amet, vel ab ἄγω frango, quod unde littoribus alliſæ frangantur: ſed à contrario ἀκτὴ dicta eſſe poteſt, quod non facile à ventis propter flexibilitatem frangatur, vel ab ἄγω quod facile ob eandem flexibilitatem ducatur. B. Vlier-boom/ Vlaar-boom/ Flier-boom. G. Holder-baum/ Hollunder-baum/ Hollunder-ſtaude. Gall. *Sureau*, *Suſier*, *Hus*, *Suin*. A. Elder-tree. Nonnulli derivant ab Hebr. *Savac* implicari.

SAMPSUCHUM, & SAMPSUCHUS, dicitur Majorana, vel Amaracum: unde Etymologiam trahat, in Lexicis invenire nequivi.

SA-

SANAMUNDA, dicitur *Fuschio* Caryophyllata: quia sanat & mundat, appellationem sibi videtur adscivisse. Vide *Caryophyllata*.

SANDARACHA ARABUM, Vulgo vernix, est Gummi Juniperinum, colore Mastichem referens, sed globulos habet longiores. B. Sandrak / Veris / Jenever-gom.

SANDARACHA GRÆCORUM, est Arcenicum rubrum, sed in pulverem redactum, color mutatur in intensè croceum seu flammeum, instar corticis mali aurantii. B. Rus-geel. Vide *Arcenicum*.

SANCTI VITI CHOREA, vide *Chorea Sancti Viti*.

SANGUIFICATIO, vide *Hæmatosis*.

SANGUINALIS, vide *Polemium*, & *Coronopus*.

SANGUINARIA & SANGUINALIS, vide *Coronopus*.

SANGUIS, est liquor rubicundus, venis, arteriis, aliisque partibus contentus, qui constat farragine omnis generis partium alimentarium, quæ papillas intestinorum possunt ingredi, estque nutritionis & vivificationis materia, magnumque corporis stabilimentum. Detegit Microscopium sanguinem ex globulis constare, & febrilem ex vermiculis, vocatur etiam *cruor*, anima *Virgilio*. Ψυχὴ *Aristoph.* Αἷμα, Ἔαρ *Poët.* B. Het bloet. G. Blut / Geblut. Gall. *Du Sang*. A. Blood.

SANGUIS DRACONIS, est Lapathi species, cujus costæ rubicundum habent colorem. B. Drake-bloed / Roo ridder / Swarte vel roode patich. G. Roth-ritter. Gall. *Sang de dragon*. A. Dragons-blood.

SANGUIS DRACONIS, est lachryma rubra ex trunco arboris Draconis, sive palmæ pruniferæ Juccæ foliis fructu, in racemis congestis, cerasiformi, duro, cinereo, pisi magnitudine, hujus Lachryma Sanguis Draconis, dicta Draco arbor, diebus canicularibus partim sponte, partim vulnere caudici illato emanat, & postea exiccatur. Arbor ista crescit in insula Porto sancto, truncus est admodum durus, superius dividitur in octo & plures ramos, qui iterum subdividuntur, in cujus extremitate folia se erigunt instar Pancratii, vel jucæ Americanæ, memini hanc plantam vidisse Amstelodami. Fructus cerasis similes sunt, colore subflavo, gustu subacido. Intus dicunt, detracta pelle, draconem repræsentare. Sunt qui *Dioscoridis* cinnabarim esse velint. Gr. Αἷμα Δρακόντιον. B. Draken-bloed. G. Drachen-blut. Gall. *Sangue Dragon*. A. Dragons blood.

SANGUISORBA, est herba Pimpinellæ similis, sic dicta

non quod vulneribus injecta ferrum & ſpicula facile & citra ſenſum doloris exigat, ut nonnulli arbitrantur: ſed potius quod ei in ſiſtendo ſanguine undecunque emanarit, mira admodum inſit efficacia, adeo ut hunc ipſum abſorbere videatur. Idem quod *Pimpinella*.

SANGUISUGA, idem quod *Hirudo*.

SANICULA, dicitur & *Diapenſia*, à vulneribus ſanandis nomen traxiſſe vulgo conſtat.

SANIES, eſt pus cruentum & craſſum. B. Bloedig Etter. G. Blutig Eiter / dunner Eiter. Gall. *Boue Sanglante d'ulcere*, *Matiére ronge d'ulcére*. A. Bloodie matter.

SANITAS, vide *Hygieia*.

SANTOLINA, eſt Chamæcypariſſus: nomen videtur habere à Santonibus Galliæ Aquitaniæ populis.

SANTONICUM, ſeu SEMENTINA, dicitur à Santonibus Galliæ Aquitaniæ Populis, apud quos copioſiſſimè provenit. B. Worm-kruid / Sever-zaad. G. Zitwen-ſamen / Wurm-ſamen. Gall. *Barbotine*. A. Worm-wood.

SAPA, vide *Apochyliſma* & *Defrutum*.

SAPHÆNA, eſt vena cruralis. Fortè à Σαφὴς manifeſtus, quia manifeſtè demonſtrari poteſt. B. De Moeder-ader. G. Die Fraumen / vel Roſen-ader. Gall. *La Saphéne*. A. The ſaphene.

SAPHATUM, eſt exulceratio cruſtoſa in capite, non abſimilis Achori. Vide *Achor*.

SAPHYRUS, eſt Gemma cæruleo colore, pellucida & diaphana. Sunt aliquæ colore cæruleo albidæ, aliæ cæruleo ſaturo: hæ mares, illæ fœminæ appellantur; aliæ omni colore carent, albæque vocantur. Orientales inveniuntur in Calecut, Cananor, Biſnagar, Zeilan, & præſtantiſſimæ in regno Pegu. Occidentales, variis in locis reperiuntur. Confinia Bohemiæ, & Sileſiæ ſatis præſtantes ferunt. Præſtantiores tamen ſunt orientales. Color in igne facile auferetur. B. Sapphier. G. Ein Saphir. Gall. *Sapphir*. A. Saphire.

SAPIENTIÆ DENTES, vide *Dentes*.

SAPINUS, eſt Abies, ſive ipſius arboris infima pars, quæ enodis eſt.

SAPONARIA, ſic dicitur, quad ſaponis loco ſubſtitui poteſt. Gr. Σαπώνιον, aliis *Radicula*, & *Lanaria*. Vide *Struthium*. B. Seep-kruid. G. Waſch-kraut / Seyffen-kraut / Speichel-wurtzel. Gall. *Saponaire*, *Herbe à Foulon*. A. Saop-wort.

SA-

SAPONEA, est linctus ex amygdalis confectus.

SAPOR, vide *Gustus.*

SARACENICA SOLIDAGO, à nonnullis corrupta voce *Cartasilago*, vel magis depravata *Filago* nominatur, cum dicendum esset Ceratophylace, quia nimirum partem oculorum corneam seu ceratoida defendat, salutique percussam ac læsam restituat. Dicitur etiam *Herba Fortis*, vel ut quibusdam placet *Sortis*, fortè à Saracenis reperta fuit. B. Heidens-wond-kruid. G. Der Heiden-wund-kraut. Gall. *Consoul de Saracine.* A. Consound of saracyns.

SARCITES, idem quod *Anasarca* & *Leucophlegmatia.*

SARCOCELE, est Hernia carnosa testiculorum, ex σὰρξ caro, & κήλη tumor. B. Een Vlees-breuk. G. Carnasel / Fleisch-bruch.

SARCOCOLLA, est lachryma gummea in granulis, mannæ seu pollini Thuris similis, colore subruffo vel flavo, sapore amaro, dulcedinemque, glycyrrhizæ æmulans, post se relinquente, profluit ex arbore quadam exotica, spinosa & nodosa, ejusdem cum lachryma nominis, quæ tum sponte, tum sauciata lachrymam illam profundit. Adfertur nobis ex Persia, ex σὰρξ caro, & κόλλα gluten, quia dicitur ossa conglutinare. B. Vleis-lijm. G. Fleisch-leim. Gall. & A. *Sarcocolle.*

SARCOEPIPLOCELE, est *Hernia carnosa omentalis*, quando omentum in carneam substantiam accrescit, & induratur, sive circa umbilicum, sive in scroto fiat, ex σὰρξ caro, ἐπίπλοιον omentum, & κήλη tumor. B. Een navels vleis breuk. G. Des nabels fleisch bruch. Gall. *Hernie carneuse de nombril.* A. A flesky omental rupture.

SARCOMA, est carnis excrescentia. Item, molarum in utero productio, à σὰρξ caro, & κομίζω porto, affero. B. Een vleesig Uitwas. G. Ein Fleischern Auswachs. Gall. *Sarcome.* A. Fleshy excrescency or mole.

SARCOMPHALUM, est carnosa in umbilico excrescentia, ex σὰρξ caro, & ὀμφαλὸς umbilicus.

SARCOPHAGUM, idem quod *Cathæreticum.*

SARCOSIS, vide *Sarcoma.*

SARCOTICA, sive carnem generantia sunt, quæ moderato calore & vi detersoria, sordes è vulneribus & ulceribus tollendo, partiumque temperiem conservando efficiunt, ut alimentum in partem solutam commodè impellatur, à σαρκόω incarno. B. Middelen die Vleis doen groejen.

G. Fleiſch) mutzende mittlen. Gall. *Sarcotiques.*

SARDIUS LAPIS, ſeu SARDA, eſt Gemma ſemidiaphana, loturæ carnis, ſeu carni ſanguinolentæ ſimilis, unde & *Carneolus*, vel corruptè *Corneolus* vocatur. Non omnes uniuſmodi inveniuntur coloris, alii enim ſunt rubri, alii exigua ſanguinis rubedine. Laudatiſſimus Carneolus in Sardinia invenitur, hinc in Epyro & Ægypto, ſed Babylonius cæteris præfertur, Indici & Arabici etiam non contemnendi, ut nec Europæi. Nam in Bohemia, Sileſia, aliiſque regionibus præſtantes inveniuntur. B. Sardus / Carneool. G. Ein Carneol. Gall. *La Carneole.* A. A Sardis ſtone, Carneol.

SARDONIUS RISUS, eſt riſus præter voluntatem nobis adveniens. Eſſe in inſula Sardinia fontes dicunt, circa quos maximè *Herba Sardonia* ſuccreſcit, Apio ſimilis. quæ comeſta veſcentium nervos contrahit, rictu ora diducit; ut, qui ita moriuntur, ridentium facie intereant.

SARE, idem quod *Eſſere.*

SARMENTA, prælongæ ſunt vitium virgulæ, in quas vitis luxurians ſpargitur, hoc eſt, vitis ipſius, brachiorum & caulium ligna, tamdum ſunt in ipſa vite, quam dum execta exempta ſunt.

SARSA PARILLA, Radix eſt fere inſipida, lignoſa, fibroſa & uniformis. Color externus obſcure griſeus, vel aliquantulum flaveſcens. Adfertur ex nova Hiſpania, Peru, aliiſque locis Americanis, quam maximè Smilacem aſperam referre aſſerunt. Præſcribitur in podagricis doloribus, Lue venerea, aliiſque morbis. B. Salſa Paril / ſtechende Winden. G. Sarſa Paril. Gall. *Salſe Parrille.* Salſa Parille. Dicitur & *Zarzapillo.*

SARTORIUS MUSCULUS, ſive FASCIALIS LONGUS, eſt inter eos qui tibiam movent. Hic interiori ilii oſſis tuberculo affixus, decuſſatim cæteris ſuperſtratus muſculis anteriori ſub genu tibiæ oſſis acutæ eminentiæ implantatur. B. De Windel-ſpier / Snyer-ſpier. G. Der Windlen Mauſz. Gall. *Muſcle Faſciale.* A. A ſwadle Muſcle.

SASSAFRAS, arbor eſt prægrandis, naſcens in Florida, folio ficulneo, , cortice ex fulvo nigricante, aliquantum acri ſapore ſed aromatico, odore ferè fæniculi & cinamomi mixto redolente. Dicitur & *Paname.* Cortex & lignum in morbis podagricis & lue venerea in maximo uſu ſunt, præſertim ſi ex radice ſit, quippe radix reliquis partibus prævalet, adeoque

adeoque & ejus cortex. B. Saſſafras-hout. G. Fenchel-holtz. Gall. & A. Saſſafras.

SATURANTIA, ſunt quæ acidum è corpore noſtro abſorbent. Vide *Abſorbentia*.

SATUREIA, ſive CUNULA, eſt herba aromatica, putatur à ſaturando nomen habere: ſed alii à Satyris nomen traxiſſe putant, quod ſc. marceſcentes coitus ſtimulet. *Theop.* Θύμβρον, forte διὰ τὸ ἡδὺ ob fragrantiam. B. Heule / kumme / kumelie / boon-kruid. G. Sengen-kraut / garten-iſſop / ſaturey. Gall. *Sarriette*, *Couillon*, *Satree*, *Savorie*. A. Savory.

SATURNUS, per eum intelligunt Chymici plumbum. Unde *Saturnina*, quæ ex plumbo parantur.

SATYRIASIS, SATYRIASMUS, PRIAPISMUS vel SALACITAS, eſt nimia in Venerem propenſio, hinc Satyriaſis dicta, quod Satyri tales eſſe creduntur. *Priapiſmus* autem eſt Priapus ſive virilis membri invita erectio, etiam abſque appetitu congreſſus, convulſo & Tetano dia affecto pene, quod non ſine dolore fieri ſolet, ita ut tenſio à coitu peracto non remittat, uti in Satyriaſi accidere ſolet, licet & in hac mox nova erectio, eaque ſæpius ſubſequatur: habet tamen Priapiſmus id quoque, quod ſubinde remittat, mox iterum revertatur, unde partim convulſio, partim motus convulſivus eſt: Reperiuntur vero hi affectus complicati cum aliis morbis, & quidem Satyriaſis cum Elephantiaſi, Priapus cum Gonorrhœa, & Salacitas in iis qui multi roboris ſunt, in hernia, colica cum multis flatibus, Calculo, Epilepſia, & cæteris aliquando incidit Priapiſmus, ſubſequente pollutione, id quod etiam in animi deliquio & iis evenit, qui laqueo ſuſpenduntur: huc quoque ſpectat *Pollutio* dicta *Nocturna*, quæ etiam diurna eſt, ac verius diceretur ſomnoſa, id eſt, in ſomno & inſomnio contingens. Dicitur & *Tentigo Veretri*, à σάτυρος ſimius ſilveſtris hominem referens, & venerem ſummopere appetens, vel à σάτυρον membrum virile. B. Venus Quelling / Schagts-ſtevigheid.

SATYRIASMUS, idem quod *Satyriaſis*.

SATYRION, ejus ſunt variæ ſpecies, variaque nomina: à Satyris nomen ſibi inveniſſe putatur, qui primi ſylveſtres Dii colludentes Nymphis per ſylvas & antra ad firmiorem venerem herbam hanc invenerunt. Vel dicitur ἀπὸ τ σάτυλου, τὸ αἰδοῖον. Gr. Σάτυρον enim eſt pudendum virile, &

αἰδοῖον

ἀιδῖον inguen, pudendum. Vide *Orchis*.

SAURE, Gr. Σαύρη, putatur esse Nasturtium, quod instar lacertæ mordeat sua acrimonia.

SAXIFRAGA, SAXIPHRAGUM, & SAXIFRAGIA, est herba, quæ dicitur saxa seu renum calculos posse frangi, dicitur etiam ἴμπλεγν, quoniam in saxis proveniat.

SAXIFRAGA, seu LITHONTRIPTICA, sunt ea quæ calculum frangunt. B. **Steenbrekende middelen.** G. Steinbrechende mittelen.

SCABIES, Gr. Ψώρα, est humida vel sicca; humida est cutis inæqualitas cum pustulis humidis & purulentis cum prurigine quadam conjuncta: Sicca est quadruplex, Pruritus, Impetigo, Psora & Lepra; de quibus suo loco. B. **Schurft.** G. Die Reudigkeit / grind / kratze / schebigkeit der haut. Gall. *Gale Rongne.* A. A Scab, scabbie, vel scabbedneſſe.

SCABIOSA, est Herba, quæ appellatur vel à scabro herbæ habitu, vel quod scabiei medeatur. B. **Schorft-kruid / apostem-kruid.** G. Apostem-kraut / grind-kraut. Gall. *Scabioſe.* A. Scabious.

SCALA, est instrumentum Chirurgicum, quo articuli dislocati restituuntur, dicitur quoque *Ambo.* Gr. Κλιμαξ. B. **Een leder / ladder.** G. Ein Leiter / stegen. Gall. *Eſchelle.* A. A Ladder.

SCALENUM, est par musculorum cervicem extendentium; oritur à prima thoracis costa vertebrarumque cervicalium processibus transversis, anteriori tamen parte fibris obliquis adhærentes in ipsis finem suum consequuntur. Perforati sunt ut nervis cervicalibus ad brachium tendentibus, venis & arteriis viam præbeant.

SCALPELLUM, vide *Scalprum.*

SCALPELLUM UMBILICARIUM, Gr. Ὀμφαλιστὴς, *Poll.* quo obstetrix præcidit infantium umbilicos.

SCALPRUM, est cœlum, quo non tantum digitorum, verum etiam cubiti & radii capita amputantur. B. **Een Beitel.**

SCALPRUM CHIRURGICUM Celso, *Scalpellus* eid. *Phlebotomum* Isidor. Φλεβότομον, Μαχαιρὶς Ammonio, Μαχαιρὶς Ὀξυβελὴς Hippocr. Galenus Φλεβότομον vocat. Idem Μαχαιρίδα Σπληνοειδῆ nominat, quod Σμιλίον Γαστροειδὲς Galenus; nimirum cujus medius alvus latior sit & ventrosior.

Vide

Vide *Lancetta*. B. Vlym / Laat-yser / Lancet. G. Ein Flietmesser / Laszeisen / ein Lantzet. Gall. *Lancette*. A. Launcet.

SCALPRUM RASORIUM, idem quod *Raspatorium*.

SCAMMONIUM, SCAMMONEUM, SCAMMONIA & SCAMMONEA, est succus inspissatus ex lactescente radice alicujus convolvuli, Scammonea dicti; Extrahitur succus vel radicem adhuc crescentem incidendo, eandem (dubio procul cum foliis & caule) prælo submittendo. Planta similax est, & flosculos producit albos. Estque Planta Syriaca, Monspeliaca, Valentina &c. Optimum est quod ex Antiochia adfertur, dein Armenium, Europæum omnino pravum est. Probatur quod nitidum, splendidum, (instar Gummi) rarum, cito liquescens, friabile, colore, cum frangitur, fulvo, non valde ponderosum, tactu linguæ lactescens, nec vehementer eam calefaciens, (nimirum hoc Tithymalli admisti signum est) purgans est egregium. Scammonium cum cydoniis præparatum dicitur *Diacrydium*, quasi diceres διακρόδιον, sive lachrymulam.

SCAMNUM HIPPOCRATIS, est Instrumentum longitudine sex ulnarum seu cubitorum, membris luxatis & fractis restituendis, accommodatnm. B. De Bank van Hippocrates. G. Ein schemel von Hippocrates. Gall. *Un Bank de Hippocrates*. A. Bench of Hippocrates.

SCANDIX, putatur esse Pecten Veneris, aut Gingidium: an à σκίω, id est ξίω seco, quia semen ei acutum. Vide *Pecten Veneris*.

SCAPHA, est fasciarum species capiti propria, inserviens venæsectioni in fronte institutæ. B. Schuit-zwagtel. G. Schiflein-windel. Gall. *Le Scafa*.

SCAPHA, dicitur ambitus auris interior, exteriori oppositus. Vide *Anthelix*.

SCAPHOIDES, est tertium os tarsi in pede, *Naviculare* dictum, à scaphæ seu cymbæ similitudine: connectitur cum talo, & tribus ossibus posterioribus.

SCAPUS, est caulis qui in styli modum sursum proreptat, aut in altum fertur, ducta à calumnaribus scapis similitudine.

SCAPULA, vide *Homoplata*.

SCARIFICATIO, est incisio cutis scalpello vel phlebotomo, quæ fit cum vel sine cucurbitulis; sive cucurbitulis fit in membris & partibus gangræna corruptis, ne sc: Separatio

ratio procraſtinetur. Cum cucurbitulis autem fit, ut extrahatur ſanguis. Gr. Ἐγχάραξις, Καθαχασμὸς. Ἀπόκνψις *Hippocr.* Ἀπαχασμὸς. B. **Inſnydinge / Scarificering / Vliemen / Schrabben.** G. Das Schrepffen / Köpffen / Auffbickung der Haut. Gall. *Ventoſer.* A. Scarrification.

SCARIFCATORIUM, eſt inſtrumentum quo ſcarificatio ſive inciſio fit. B. **Een ſcherf-yſer.** G. Das ſchrepffeyſen. Gall. *Scarificatoire.* A. Ferè idem.

SCARLEA, idem quod *Sclarea.*

SCAURUS, eſt is cui tali ſunt extantes.

SCELERATA, vide *Batrachium.*

SCELETUM, eſt oſſium totius corporis arida compages, arte anatomica articulis ſuis conjuncta, à Σκέλλω arefacio. B. **Een been geraamte.** G. Ein Beincörper / ein ſcelet. Gall. *Un Squelette.* A. A Skeleton.

SCELOTYRBE, eſt cruris perturbatio, nunc ad hanc, nunc ad illam partem inclinans, ſæpe ex ſcorbuto proveniens, ex Σκέλος crus, & τύρβη tumultus, unde aqua ſcelotyrbitis, quæ adverſus ſcorbutum uſurpatur. B. **Blauwſcheut.** G. Mund-fäule / der ſcharbock. Gall. *Scorbut.* A. Scurvy.

SCHESIS, eſt corporis diſpoſitio: unde ſchetica febris, quæ in diſpoſitione eſt, non in habitu, à σχεσαπίζω diſpono, effingo.

SCHETICA FEBRIS, opponitur Hecticæ, ſchetica quippe in ſanguine ita radices egit, ut facile curam admittat; Hectica vero in ipſa ἕξει ſive partibus ſolidis ita altius radicata eſt, ut non niſi difficulter medicamentis curetur.

SCHIDACEDUM, eſt fracturæ ſpecies, per oſſis longitudinem, non per transverſum factæ, quæ Καυληδὸν vocatur. Vide *Cauledon.*

SCHISMA, eſt ſciſſura in dura vel molli parte, à σχίζω findo.

SCHIATICA, vide *Arthritis.*

SCIRRHOSIS, idem quod *Scirrhus.*

SCIRRHUS, & SCIRROMA, Barb. *Sclroſis*, eſt tumor durus, lividus, renitens, & doloris expers, à σκιρρόω induro. B. **Verhard Gezwel / een knoeſt-gezwel.** G. Harte/en Geſchwulſt / das hart iſt geworden Gall. & A. *Scirrhe.*

SCHOENANTHUM, & SCOENANTHUM, juncus eſt arabicus, qui & fœnum Camælorum appellatur, eſt valde aromaticum, & ferè roſeo ſapore, altitudine unius pedis,

pedis; floſculos etiam aromaticos in ſummitate gerit, creſcit in Arabia, uti hic loci graminum ſpecies. B. **Kemels hoy** / vel **Kemels ſtroy.** G. Camels-heu / Camel-ſtroh. Gall. *Paſture de Chameau.* A. Camels-hay, ex Σχοῖνος fœnum, & Ἄνθος flos, vocatur & *Squinanthum.*

SCHOENOS, Gr. Σχοῖνος, eſt juncus, παρὰ τὸ ἔχειν, id eſt retinendum, ligandum, junco enim vincitur. Vide *Juncus.*

SCHOENOPRASUM, eſt porrum junceum, ex σχοῖνος juncus, & πράσον porrum. B. **Bies-look** / **bies-parrei** / **Honds-look** / **Aſt-look.** G. Schnit-lauch / bryſz-lauch / bintzen-lauch / aſſlauch / abſlauch. Gall. *Petit pourreau, appetits.* A. Porret, cive.

SCILLA, eſt planta bulboſa: nomen accepit vel quod inter hanc & marinum teſtaceum piſcem, à tunicatâ ſquammarum compactili ſerie *Scyllam* vocatum. Vel ἀπὸ τῆς σκιλλήσεως, id eſt, *Ariditate*, quod in ſabuletis marinis, ſole retorridis oriatur, dicitur etiam *Squilla.* B. **Zee-ajuin.** G. Meer-zwibel. Gall. *Stipoule, Scille.* A. Squills, Sea onion.

SCIRPUS, eſt *Juncus*, ſic fortè dictus, quaſi ſine ſcrupulo, hoc eſt ſine nodo; hinc naſcitur proverbium in meticuloſos & nimium circumſpicientes, nodum in ſcirpo quærit, quia ſcirpus nullos habet nodos. Vide *Juncus.*

SCLAREA, ſeu SCARLEA, eſt Horminum, dicitur quod oculos claros reddat. B. **Scarlei** / **algoede.** G. Scharlach / Scharleyen. Gall. *Vale, orvale, toute bonne.* A. Clary.

SCLERIASIS, eſt alicujus partis induratio, à σκληρόω induro.

SCLEROMA, idem quod *Scleriaſis.*

SCLEROPHTHALMIA, eſt Lippitudo dura, cum dolore, motu oculorum tardo, rubedine & ſiccitate, à σκληρὸς durus, & ὀφθαλμία dolor oculorum. B. **Hardigheid der Oog-ſchelen.**

SCLEROTICA, vide *Cornea*, à Σκληρόω induro.

SCLEROTICA, ſive indurantia ſunt, quæ partes firmius inter ſe conjungunt: idque vel tenues & molles diſſipando, vel eas interdum retinendo. Illud fit, ubi per nimis calefacientia ſcirrhus induratur; hoc, ubi, per ſempervivum, ſolanum, portulacam, vel lentem paluſtrem, aliave refrigerantia & aſtringentia, pars ex. gr. œdematoſa duritiem acquirit. Ideoque horum materia, in calefacientibus, & re-

frigerantibus, ac astringentibus, est quærenda, à σκληρόω induro. B. Verhardende Middelen.

SCLERUNTICA, idem quod *Sclerotica.*

SCLIROSIS & SCLIROMA, idem quod *Scirrhus.*

SCOLIASIS, est spinæ dorsi, in hoc aut illud latus distorsio, à σκολιόω intorqueo.

SCOLOPENDRIA, SCOLOPENDRUM, sive ASPLENIUM, dici putatur, quod ejus folia scopendræ animalis similia sint. B. Herts-tong. G. Hirschen-zung. Gall. *Langue de Cerf.* A. Harts-tongue.

SCOLOPOMACHÆRION, est cultellus chirurgicus, quo vulnera thoracis angusta dilatantur, magnis item tumoribus aperiendis summopere convenit; abdominis item aperturæ maximè utilis, ex σκολόπαξ gallinago, & μάχαιρα culter.

SCOLYMUS, est *Cinara*, seu *Articocalus*: appellari volunt à σκολύπτειν, hoc est κολύειν, & ἐκπίνειν λιμὸν, quod famem arceat, cohibeat, extinguat, vel à σκόλοψ spina. Vide *Articocalus.*

SCOPTULA, idem quod *Scapula.*

SCOPUS, in vegetabilibus est racemosum id, è quo dependent acini.

SCORBUTUS, est intemperies Belgis mare accolentibus endemia, qua manus, pedesque, maculis sæpe lividis conspurcantur, ac accedit item crurum debilitas, oris fætor, dentes vacillantes, sanguinem manantes gingivæ, spasmi, dolores, arthritidesque vagæ, colica & sexcenta alia. Estque vel salino sulphureus, vel sulphureo-salinus; Item vel in sanguine, vel in nervoso succo, vel in utrisque simul, quod symptomatibus indicatur. Antiquitati hunc morbum non fuisse incognitum liquet ex *Hippocrate* Lib. II. Cap. XLII. scorbuti symptomata enarrat evolvitque. B. De Scheurbuik / Blaauw-schuit / Schimmel-ziekte / Blaauw-zugt. G. Schurbuck / Scharbock / Schorbock / Schor-mund. Gall. *Schurbut.* A. Scurvie.

SCORBUTICA, sunt medicamenta acidum temperantia, & diaphoresin procurantia, quibus scorbutus medetur. B. Scheurbuiks middelen.

SCORDIUM, est herba Allium olens: à Σκόρδα, vel Σκόρδον ab Allio nomen habet: vel propter Allii acrimoniam. B. Water-look. G. Wasser-bathenig / lackenknob-lauch. Gall. *Scordion, camaraz, chamaraz.* A. Water-germander.

Sco-

SCORIÆ, sunt recrementa metallica. B. **Schuim der Metalen / Slek.** G. Schlacken / Metallen Schaum. Gall. *l'Ecume*, *l'Impurite*. A. Droſſ, Ruſt or refuſe of Metals, Scories.

SCORDOTIS, eſt planta Marrubio non abſimilis: an vero ſit Scordium? an Alliaria, quia allium olet, an ejus, ut videtur, ſpecies, in medium relinquo? videtur derivari à Σκόροδον Allium.

SCORODON, eſt Allium: dicitur quaſi σκαιὸν ῥόδον, id eſt, rudis roſa, quod aſperè ſupra modum redoleat, & olfacientium nares offendat, vel à σκῶρ ὄζειν, quod *ſœdé oleat*, tanquam ſtercus. Vide *Allium*.

SCORODOPRASUM, eſt planta inter Allium & Porrum media. Σκόροδον, eſt allium, & πράσον porrum. B. **Look-parei.** G. Acker-knob-lauch. Gall. *Ail porreau*. A. Leek ſchallot, Italis *Rocobole*.

SCORPIO, SCORPIUS, ſive DORONICUM, eſt Aconiti ſpecies, cujus radix ſcorpii caudæ ſimilis eſt, à σκορπίζειν à ſpargendo veneno.

SCORPIOIDES, eſt legumen, cujus ſiliquæ ſcorpii ſimilitudinem habent, ex Σκορπίος ſcorpius, & εἶδος forma.

SCORPIURUS, eſt Heliotropii ſpecies, cujus ſummitates caudæ ſcorpionis ſimilitudinem habent, ex Σκορπίος ſcorpio, & οὐρὰ cauda.

SCORSONERA vel SCORZONERA, Hiſpanis *Scurzonera* ab Hiſpanica voce *Scurzo*, quod eſt vipera: hinc dicitur *Viperina*, *Viperaria* vel *Serpentaria*: ita dicta ob eximias vires contra viperarum morſum. B. **Gift-wortel / ſlange-wortel / adders-kruid.** G. Schlangen-mord. Gall. *Scorzonere*. A. Vipers graſſ.

SCORTUM, idem quod *Scrotum*.

SCOTODINOS, idem quod *Scotomia*.

SCOTOMA, idem quod *Scotomia*.

SCOTOMIA, VERTIGO, Gr. Δῖνος, Ἴλιγξ, Ἴλιγγος, Σκότωμα, Σκοτωματικὸν πάθος *Ægin*. Σκοτόδινος *Hippocrat*. Σκοτοδινία *Platoni*, eſt ſpirituum animalium circumgyratio, ita ut objecta externa videantur circumrotari, à σκοτόω obſcuro. B **Drayinge in 't hooft / ſuiſelinge / zwijmelinge / hooft-ſwijmel.** G. Der haupt ſchwindel. Gall. *Vertige*, *un Vertiginoſite*, *tenebroſite*, *tournement de tête*. A. A turning round, vel giddineſſ in ones head.

SCRIPTULUS, vide *Scrupulus*.

SCROBICULUS CORDIS, idem quod *Anticardium*.

SCROFFA, idem quod *Scrophula*.

SCROFULA, seu STRUMA, CHÆRES, Gr. Χοιράδες, quia porcas infestare solent, sunt glandulæ p. s. & adventitiæ, sive tumores p. s. glandularum colli vel aurium renitentes, propriâ tunicâ contenti. B. **Klieren / Krop-zweren.** G. Ein Kropff / oder schlier am Halse. Gall. *Ecrouelles*. A. The kinges evill.

SCROPHULARIA, seu SCROFULARIA, sic vocatur, quod strumosa radix ex multis granorum frumenti grumis videtur coaluisse, vel quod strumis, quas imitatione Græca, scrofulas vocant, medeatur. B. **Speen-kruid.** G. Braunwurtz / Feigen-wartzen-kraut / Knotten-kraut / Saüwurtz. Gall. *Scrophulaire*. A. Scrophulary, Fig-wort, Pile-wort, Celandine.

SCROTOCELE, est Hernia scroti. Vide *Hernia*.

SCROTUM ut & BURSA, Gr. Ὄσχεος, Ταῦρος, Ποιρὶν *Nicand. Schol.* Πήνιρα & Πυνίρα Θορράλη invenio apud *Erotianum*, fortasse rectius Πυρῖνα, est sacculus, quo testiculi viriles continentur, constans ex cute, panniculo carnoso, tunica Erythroide & Elythroide: in medio lineam habet secundum longitudinem, dextram à sinistra parte dividens: ad faciliorem extensionem & corrugationem pinguedine caret. B. **Het kloot-sakje / bal-sak.** G. Der hoden sack. Gall. *Le scrotum, la bourse des testicules*. A. Sack of the stones or cod.

SCROTUM CORDIS, vide *Pericardium*.

SCRUPULUS, est tertia pars drachmæ, continet scrupulus grana viginti seu obulos duos, vocatur item *Scriptulus* & *Scripulus*. B. **Een scrupel.** G. Ein scrupel. Gall. & A. *Scrupule*.

SCUTALIS CARTILAGO, idem quod *Ensiformis*, item idem quod *Thyroides*.

SCUTIFORME OS, idem quod *Mola Genu*.

SCUTIFORMIS CARTILAGO, vide *Ensiformis* & *Thyroides*.

SCUTUM, idem quod *Mola Genu*.

SCUTUM, item est emplastum *Scutum* referens, quod stomacho, cordi aliisve locis applicatur. B. **Een schildgelijke pleister.** G. Ein schilt pflaster. Gall. *Ecusson, Emplastre scutiforme*. A. Shieldliks plaister. *Scutum* quoque significat patellam seu molam genu, ideoque *Os Scutiforme* appellatur, vide suo loco.

SCY-

SCYBALA, sunt excrementa alvina in globulos, velut ab ovibus aut capris, excreta.

SCYPHO, est infundibulum in cerebro: item meatus palato pituitam, ab osse cribriformi adducentes: sic appellatur, quod Scythæ simili vase vinum bibebant.

SCYTALIDES, vocantur ossicula digitorum singulorum terna, excepto pollice, qui duo habet, mutuo inter se colligata, & ordine succedentia, veluti in acie, turma equitum, quæ ἔντομα vocatur. Latine *Internodia*.

SCYTHICA RADIX, vide *Glycyrhiza*.

SEBEL, idem quod *Pannus Oculorum*.

SEBESTEN, prunorum species est, dicuntur & *Myxæ* & *Mixaria*. Crescunt in Ægypto pruni instar, flores parvi, albi, & Geranio proximi, à quibus fructus crescunt parvis rotundisque prunis similes, quorum nuclei tricostati cernuntur; viscosi sunt admodum masticati, exterius, siccati nigri, pro tussi assumuntur. B. Bozst pruimen/ sebesten. G. Brust beerlein. Gall. & A. *Sebesten*.

SECACUL, dicitur sigillum Salomonis, est vox Arabica.

SECALE, est frumenti species, à secando dici videtur; quod messis tempore falce secari solet, dicitur & *Farrago*, *Rogga*, *Siligo*. *Briza*. B. Hogge. G. Rocken/ kom. Gall. *Seigle*. A. Rye.

SECTIO CÆSAREA, vide *Hysterömotocia*.

SEC. NAT. significat Secundum naturam, vide infra suo loco.

SECUNDÆ, idem quod *Secundinæ*.

SECUNDINÆ, sunt tres membranæ, Chorion, Alantois & Amnion, quæ una cum placenta uterina & lochiis ab utero post partum excluduntur. B. De nageboorte. G. Nachgeburt / affter geburt. Gall. *l'Arriere faux*. A. The secundine.

SECUNDUM NATURAM, quando omnia sese debito modo habeant, ut in statu sanitatis. Cui opponitur *Præter Naturam*, in eo statu omnia male aut pessimè sunt, vide quid de *Natura* dixerim.

SECURIDA, est Hedysari species: sic appellatur ad formam ejus seminis securim referentis. B. Bylkens-kruid. G. Beil-kraut. A. Axede, Ax-wurt.

SEDIMENTUM URINARUM, sunt particulæ à succo nutritio residuæ, una cum sero à sanguine secretæ, quæ,

præponderante gravitate, in urinis subsideat. Gr. Υπόστασις. B. Setsel / grond-setsel. G. Das Dicke / daß sich im urin auff den boden setzt. Gall. *Affaissement*. A. sediment, subsistence.

SEDUM, est *Semper Vivum*, seu *Barba Jovis:* est planta sessilis, nam supra ejus radicem sedere videtur. B. Huisslook / Donder-baard. G. Hauß-lauch / Hauß-wurtz. Gall. *Joubarbe*. A. Hous-leek.

SELENITIS, est *Lunaria*; dicitur à Luna, quæ Gr. est Σελήνη. Vide *Lunaria*.

SELIBRA, est libræ dimidia pars, sive unciæ sex. B. Een half pond.

SELINUM, vocatur *Apium:* dictum scribunt ab ἕλος, à *Palude*, quod in palustribus libenter nascatur: alii à Σελήνη diducere volunt, quod epilepsia laborantibus obsit ac novum paroxysmum creet, aliis quasi ἕλκος σεύομενον, hoc est paludibus impulsum: paludosis enim gaudet, & in iis enatum lætus exurgit. Vide *Apium*.

SELLA EQUINA, seu TURCICA, componitur interius ex quatuor processibus ossis Sphenoidis: continet glandulam pituitariam, & rete mirabile in brutis. B. Het saalbeen. G. Das sattel bein. Gall. *L'os de Selle*. A. Saddle bone.

SELLA SPHENOIDIS, vide *Sella Equina*.

SELLA TURCICA, vide *Sella Equina*.

SEMEIOSIS, idem quod *Diagnosis*.

SEMEN, est humor albus, calidus & spirituosus, crassus, viscidus, subsalsus, ex sanguine tenuissimo in testibus & Epididymidibus elaboratus, qui ad generationem fœtus, per vias proprias in uterum muliebrem ejaculatur, ibi enim à materia mucilaginosa comprehenditur. Est & in fœminis alia materia, semen appellata, ea enim ex lacunis, prostatis glandulosæ vaginæ substantiæ insertis, provenit, quod non raro in lascivientibus prorumpit & foris emittitur: facit plurimum ad titillationem, ut concupiscibilis esset coitus. Secus in fœminarum ovariis sive testiculis, in quibus ova reperit *Insignissimus de Graaf*, quæ maturitatem adepta, à tubis & foliaceo ornamento comprehenduntur, uteroque materno traduntur. Vocatur item Genitura *Plin.* semen genitale, Urina genitalis. Gr. Σπορά, Σπέρμα, Δρόσος Aristoph. Γονή, Θορός, Θορή, *Aretæo*. B. Saad. G. Saamen. Gall. *Semence*. A. Seed.

SE-

SEMEN, in officina minutiores plantarum fructus denotat, ex quibus simile nasci potest.

SEMICONGIUS, est dimidium congii, est nomen mensuræ liquidorum, continens aquæ libras quinque, olei libras quatuor cum dimidia.

SEMICOTYLE, est dimidium cotylæ. Vide *Cotyla*.

SEMICUPIUM, idem quod *Insessus*, est dimidium balneum, cui æger umbilico tenus insidet. Vide *Balanæum*.

SEMILUNARES VALVULÆ, vide *Valvulæ*.

SEMIMEMBRANEUS, seu SEMIMEMBRANOSUS MUSCULUS, est inter tibiæ motores: ab eadem, cum bicipiti meta provectus, in tibiæ usque ossis involucrum tendinis lati productione extenditur: hic à dissimili tendinum, supra carneam superficiem, inflexione tendinis respectu membranæ præ se fert speciem. B. **De half vliesige spier.** G. Der haut gleiche mauß. Gall. *Muscle Semimembranose*. A. The semimembranous muscle.

SEMINALIS, vide *Polygonum*.

SEMINERVOSUS MUSCULUS, eandem hic cum semimembranoso sortitur alligationem, præterquam quod posterius paulo atque inferius, tibiæ affigitur, usque etiam ad ossis medium provehitur, antequam tendinis arripit occasionem: hujus tendines separatas cum teneant carneas classes, musculum constituunt, intuitu primo, in duos divisum, cum revera unus idemque maneat. B. **De half Senuw-agtige Spier.** G. Der Halb Sehnige Mauß. Gall. *Muscle Seminerveuse*. A. The Seminervous Muscle.

SEMIOBOLUS, est oboli dimidium, vide quantitatem *Oboli*.

SEMIOTICA, est pars Medicinæ, sanitatis & morborum signa tradens, à σημεῖον significo.

SEMIS vel SEMISSIS, est unciæ dimidia pars, & scribitur S, vel ℥ß.

SEMISIDERATUS, idem quod *Hemiplegia*.

SEMISPECULUM, est Instrumentum Chirurgicum, ad dilatandum vulnus, in collo vesicæ. B. **Een Halve Spiegel.**

SEMISSIS, vide *Semis*.

SEMISPINATUS MUSCULUS, est dorsi musculus, oritur à spinis ossis sacri & lumborum omnibus apophysibus

lumborum transversis, spinisque vertebrarum thoracis omnibus affigitur, easque amplectitur, donec in spina thoracis prima sibi ponit terminum, dorso movendo una cum aliis musculis & extendendo destinatus. B. De Halfgratige spier. G. Der Halbe Ruckgrads mauß. Gall. & A. Muscle semispinate.

SEMIUNCIA, seu SEMUNCIA, est uncia dimidia, vide *Semis* & scribitur ℥ß. B. Een half once. G. Ein Loth. Gall. *Demie Once.* A. Halfe an Ounce.

SEMPERVIVUM, Gr. Ἀείζωον, id nominis sibi vendicat, quoniam ejus folia semper vireant. Vide *Sedum.*

SEMPERVIVUM MARINUM, vide *Aloes.*

SEMUNCIA, idem quod *Semiuncia.*

SENECIO, est Erigerum, sic appellatur, quod flores capillorum ritu vere canescant, sive senectutem indant, dicitur etiam *Senetio.* Vide *Erigerum.* B. Kruis-kruid / kruis-wortel / grind-kruid. G. Kreuß-wurß / grind-kraut / baldgreiß. Gall. *Senesson.* A. Grounsell.

SENTIS, est *Rubus*; dicitur quod à tangentibus quamprimum sentiatur. Vide *Rubus.*

SENNA, estque Alexandrina, quæ & Orientalis, Ægyptiaca & Syriaca dicitur, quæ habet folia acuta, & ea est præstantissima: vel Italica, foliis magis obtusis, quæ priori substituitur. Appellatur & *Sena.* Estque planta sese erigens, floribus luteis instar Coluteæ, folia habet oblonga, post flosculos folliculi prodeunt semen continentes, renemque figura referentes. B. Senebladen. G. Sennenblätter.

SENSORIUM COMMUNE, est illa pars in cerebro ubi sensuum nervi terminantur, quæ est initium medullæ oblongatæ, non vero glandula pinealis, ut quidam ἐγχειρητοὶ anatomicæ imperiti statuerunt. Gr. Τὸ πρῶτον Αἰσθητήριον. Vide *Aistheterium.*

SENSUS, Gr. Αἴσθησις, est receptio, qua motus à corpore aliquo objecto, fibrillis nervorum impressus sensorio communi, sive initio medullæ oblongatæ vel potius animæ mediantibus spiritibus animalibus in nervis existentibus, communicatur. Vide *Aistesis.* B. Sin / bevat. G. Empfindlichkeit / der Sinn. Gall. *Sens, Apprehensions.* A. The sense, perceiving.

SEPARATIO, Chirurgis est, quando caro emortua, à

sana,

sana, & caries ossis ab integro osse, arte separatur. B. Scheidinge. G. Absonderung/ das scheiden. Gall. *L'exfoliation, separation.* A. Separating.

SEPARATORIUM, seu HYPOCLEPTICUM, est vas Chymicum vitreum oleis ab aqua separandis destinatum. Est vas transmittens quodammodo uniforme, oblongum, orificio ad capacitatem auricularis digiti aperto, cui materiá infunditur, & fundo, in modum acus acuato materiam rursus emittendi gratia, præditum. In Medio ventricosum est, ad capiendam materiæ sufficientem capacitatem. B. Schei-glas/ Schei-tuig/ Schei-trechter. G. Der Scheid-trichter. Gall. *Un séparatoire, Etonnoir a separer.* A. A Separator by sifting.

SEPHIRUS, est inflammatio alicujus partis indurata.

SEPIÆ OS, vide *Os Sepiæ.*

SEPLASIARIUS, à foro Capuæ in Italia nomen habet *Seplasia* dicta; erant ii, qui odoramenta & unguenta aromatica divendebant. Tunc temporis circumforanei ita vocabantur, & Pharmacopœis illud nomen, sed improprie, quoque attribuitur.

SEPTA, idem quod *Septica.*

SEPTANA, dicitur de febre, quæ septem dierum spatio periodum absolvit. An detur dubitandum? B. Seven-daagse koorts.

SEPTICA, sive PUTREFACIENTIA, sunt, quæ calore & acrimoniâ malignâ, carnem tenuem colliquant, putrefaciunt, & corrumpunt, à σήπω putrefacio.

SEPTIFOLIUM, vide *Heptapleuron.*

SEPTUM AURIS, est membrana Tympani. Vide *Tympanum.*

SEPTUM CORDIS, est carnosum interstitium Ventriculum dextrum à sinistro dividens. B. Het Herte schot. G. Der Herz zaum. Gall. *La taille du Corps.* A. The middle parting of the Heart.

SEPTUM LUCIDUM, est sepimentum, propter tenuitatem diaphanum, cerebri ventriculos distinguens. B. Het doorschijnende spiegelblies.

SEPTUM NARIUM, est Sepimentum illud quo nares ab invicem in duo foramina dividuntur. B. Het Neusschot. G. Der Nasen zaum. Gall. *La Taille des Narines, L'entre deux des narines.* A. The Middle-part, or Bridge of the nostrils.

SEPTUM TRANSVERSUM, vide *Diaphragma.*

SEPTUNX, est pondus unciarum septem.

SERAPIAS ORCHIS, est Satyrionis species: dicitur quod hujus flores insecta quædam referant lasciva & fœcunda, tanquam à Serapide Ægyptiorum idolo nomen habentia, cujus in Canopo Ægypti urbe, magnificum templum erat, ubi lascivis & impudicis cantibus, & saltationibus colebatur. B. **Vosse-kullekens / vlieg-bloem.**

SERAPIUM, idem quod *Syrupus.*

SERICUM, est tegmen bombycinum. Illud crudum & integrum folliculi serici dicuntur, qui Hyacinthorum confectionem ingrediuntur. B. **Zijde.** G. Seiden, Gall. *Soye.* A. Silke.

SERIOLA, idem quod *Seris.*

SERIPHIUM ABSINTHIUM, dicitur marinum Absinthium: à Seripho insula nomen habet, in qua copiosissime crescit.

SERIS, SERIOLA, est *Intubus*, sive *Endivia*; nomen quidam à serendo derivant, quia cum sylvestris sit planta serendo melior fiat: alii quod aqua tacta, quasi recenter sata foret, virescat, sed nomen non Latinum sed Græcum est, & originem potius à σαίρειν vel σάρειν, *Mundare*, *Purgare*, non quod purgandi vim obtineat, sed quod uti mundata & purgata, inanis & vacua sit, à caule itaque cavo nomen potius habere videtur. *Seris* itaque à σαίρω *Inanis sum.* Vide *Endivia.*

SERPENTARIA, dicitur Scorzonera, quod serpentum morsibus venenatis medeatur. Item sic B storta appellatur, sed quare, nescio. Ita quoque Ari species vocatur, ob nigras & purpureas, quas habet caulis, maculas. Vide *Dracontia*, & *Centum morbia.*

SERPENTARIUM LIGNUM, vide *Colubrinum.*

SERPENTINA, est Stellariæ species, sed latere fateor me ejus nominis Etymon, quia proserpit & folia Stellæ in modum explicet?

SERPIGO, vide *Lichen.*

SERPILLUM, est Thymus sylvestris. Gr. Ἕρπιλλον, à serpendo tam Græcis quam Latinis dictum; quoniam si quæ ejus particula terram attingit, inibi radices demittit. Gr. Ἕρπω enim est serpo. B. **Quendel / wilde thym / onser vrouwen bedstroo.** G. Quendel / hunerhohl / kuulein / kumel / wild doley. Gall. *Pillolet*, *Serpolet.* A. Mother of thyme, wild-time.

SER-

SERRA, est Instrumentum Chirurgicum quo ossa serrando auferuntur. Gr. πρίων. B. Een Zaag. G. Eine säge. Gall. *Siē*, *Sciē*. A. A sawe.

SERRA VERSATILIS, est instrumentum chirurgicum, tympanis duobus, iisque dentatis præditum; utile maximè ad intercidenda duorum vel trium, modiolis factorum, interstitia. B. Draey-zaag.

SERRATA, vide *Chamædrys*.

SERRATULA, sic vocatur à foliis primum è terrâ erumpentibus, serramque æmulantibus. Vide *Chamædrys*.

SERRATUS MUSCULUS, quadruplex est, *Postici*, habentur duo & totidem *Antici*. *Posticus Primus Superior*, tenui ac membranoso principio, à tribus inferioribus vertebrarum colli posticis processibus, primaque spinæ productus, post in descensu carnosus ad tres quatuorve superiores costas fertur, prout duobus aut tribus dentatis productionibus præditus fuerit, costas sursum trahere videtur. Alter *Posticus Inferior*, non minus dorso quam lumbis adhæret. Ab ilii ossis margine, sacri posteriore sede, spinosisque lumborum processibus ortus, à costis, quibus omnibus inferius duplici tendinea insertione, trium circiter digitorum à spinis spatio alligatur, maximum fibrarum accipit acervum. Alterum par *Anticum* est. Istius inferior musculus major est, latus & undique carnosus, cum abdominis obliquo descendente serratam compagem efficit. Oritur carnosus ex basi interna scapulæ, alii à costis duabus supernis usque ad claviculam, quæ costæ videntur immobiles. Porrigitur tendine quinque inæqualibus extremis ad costas quinque superiores, nonnunquam & ad inferiores seu breviores duas, quas attollit. Alterum par *Superius Anticum Minus* sub pectorali musculo latens, Costis superioribus quatuor, prima excepta, totidem extremitatibus adnascitur, hinc ad scapulæ processum coracoidem implantatur. Antrorsum ad thoracem scapulam adducit. B. De Zaagspier. G. Der Sägen gleiche Muß. Gall. *Muscle Serrate*.. A. The Sawe Muscle.

SERRIOLA, vocatur endivia, ut & lactuca sylvestris: sic dicitur quod ejus foliorum costa media, à posteriore parte, spinis serræ in modum, sit aculeata. Vide *Endivia*.

SERTULA CAMPANA, vide *Melilotus*.

SESAMUM, nomen habet à σείω, quod quandoque σεύω denotat, *Concutio*, *Impello*; & ἀμάω *Meto*, quod subitò & quasi impetu ad messem propelleretur. Vel, nomen accepit ab Ægyptiis, Syrisve fortè Indis. Ægyptiis *Sempsem* dicitur. B. Vlas-dotter. G. Lein-dotter / flachs-dotter. Gall. *Jujoline*, *Sesame*. A. Sesamy.

SERUM, Gr. Ὀρός, est humor aqueus tenuis, subflavus, & subsalsus, constans ex plurima aqua, mediocri sale & pauco sulphure; usus est ut sit vehiculum sanguinis seu alimenti, deinde ut sanguinem diluat, ab adustione arceat, & ut commodè ad minimas partes, alimentum propellatur, aptum natum. Apud Hippocratem vocatur Ὀρὸς τ τροφῆς. B. Wei / lyui. G. Schotten / molcken / floret / matticken. Gall. *Laict clair*, *Megue*. A. Whey.

SESAMOIDEA OSSA, sunt ossicula, 16, 19, 20, & plura aliquando, à figurâ sesami seminis dicta, quæ in internodiis manuum & pedum reperiuntur. B. De Taatbeentjes. G. Die saamen beinlein. Gall. *Les os Sesamoides*. A. Seed-bones.

SESCUNCIA sive SESQUIUNCIA, continet unciam unam & semissem, sive drachmas duodecim. Sic notatur ℥i ℈.

SESELI, SESELEOS, & SESELIS, dicitur & *Sesedi*, hinc manavit vitium lectionis vulgatæ *Sili*, sed haud scio an vox *Sili* sit rejicienda. *Silatum* Antiqui dicebant, quod nunc jentaculum dicimus, eo quod tum jejuni, vini sili herba conditum, absorbebant, Veteres etiam *Seli* vocabant.

SESQUI, vocabulum cum aliqua mensura vel modi, vel numeri vel temporis collocatum, non integrum modo id cui jungitur explicat, sed integrum & semis. Sic sesquilibra libram unam & semissem significat. Sesquimensis integrum mensem & & semissem.

SESQUIHEMINA, est Hemina una & dimidia.

SESQUILIBRA, est libra una & dimidia.

SESQUIOBOLUS, est obolus unus cum dimidio sive grana quindecim.

SESQUICYATHUS, est Heminæ quadrans, vel sextans cum uncia dimidia.

SESQUIPLUM, est libra una cum dimidia.

SSQUISEXTARIUM, est sextarius unus cum dimidio.

SESQUIUNCIA, idem quod *Sesuncia*.

SETACEUM, à seta dictum, pertinet ad Operationes Chirurgicas, est, cum cervix acu compungitur, vulnusque per setas aut ligulam apertum servatur, ut per id vitiosi humores evacuentur. Sed intentio illa nullius est momenti, nam per illud ulcus nihil evacuatur quam pus in ipso ulcere generatum, ideoque materia morbifica non exantlatur: Et si quis attentus fuerit ad rem, nunquam experietur, morbos hoc modo, nisi casu, vel ab aliis medicamentis, aut bona diæta, curari; idem sit dictum de *Fonticulis*, hæc enim circuitui Sanguinis contrariantur. B. Een Seton. Germ. idem, uti & Gall. & A.

SEUTLOMALACHE, vel SEUTLOMALICHIUM, quidam Betam, alii Spinachiam esse tradunt. Gr. Σεῦτλον enim vel πευτλον enim Beta est, & Μαλάχη Malva.

SEVUM, est pinguedo duriuscula, sumiturque à solis quadrupedibus corruptis.

SEXCUNX, idem quod *Semiuncia*.

SEXTANS, est libræ sexta pars, uncias duas continens.

SEXTARIUS, mensuræ Romanæ genus est, quod si melle repleatur, pendet uncias triginta; si oleo uncias octodecim; si vero aqua repleatur, pendet aquæ uncias viginti. Capit (ut alii dicunt) mensurales uncias viginti olei: pondere vero habet uncias sedecim, Drachmas quinque & scrupulum unum, continet duas heminas vulgo, seu uncias decem & octo. Dicitur sexta pars Congii. Aliis est vini libra cum unciis octo, & olei libra una cum semisse. B. Een halve mate. G. Ein Nössel. Gall. *Sextier*.

SEXTULA, pendet scrupulos quatuor.

SEXUNX, est pondus sex unciarum, sive libra dimidia.

SEXUS, sive CUNNUS, est differentia inter marem & fœminam. B. Geslagt / kunne / sexe. G. Geschlecht / oder art. Gall. *Sexe*. A. A Kind, or sexe.

SIAGONAGIA, est arthritis Maxillarum, à σιαγὼν maxilla, & ἄγρευω capio. B. 't Flerecijn der kake.

SIALISMUS, idem quod *Ptyalismus*.

SIALOCHUS, idem quod *Ptyalismus*.

SIALON, seu SIELOS, idem quod *Saliva*, à σιελίζω salivam emitto.

SIBILUS AURIS, idem quod *Tinnitus Auris*.

SI-

SICILICUS, seu SICILIUM; ponderis nomen veterinariis usitatum, pendens unciam dimidiam sive drachmas quatuor; alii putant esse quartam unciæ partem.

SICYS & SICYOS, est *Cucumer*: dici volunt à σεύω & χίειν moveo: quia cucumeres citò crescunt: hinc Σικύα *Cucurbita*; Alii à σεύω concitari & χύειν osculari, vel utero gerere, quoniam dicunt eo cibo venerem accendi: sed hoc verum esse nequit, nisi à contrario veritas eluceat. Vide *Cucumer*.

SIDA, alii Althæam volunt: sed alii Malum punicam ejusque fructum; alii quid simile putant: nomen est à Sida Bœotiæ oppido.

SIDERATIO, idem quod *Sphacelus*, & *Apoplexia*.

SIDERITIS, dicitur Herba judaica, aut Millefolium &c. Latinis *Ferraria*, quia vulnera ferro icta firmiter conglutinat. Σίδηρος est ferrum, ensis.

SIEF ALBUM, est Collyrium siccum. Vide *Collyrium*.

SIELISMUS, idem quod *Salivatio*, à σιελίζω sputum emitto.

SIELOCINETICA, idem quod *Salivantia*, ex σίελον sputum, & κινέω moveo.

SIGILLUM SALOMONIS, sive POLYGONATUM, sic dictum ob characteres sigilli modo radicibus impressos. Vide *Polygonatum*.

SIGMOIDES, sunt Apophyses ossium semilunares; ut processus Ancyroides scapulæ, & sinus ossis radii, Græcorum antiquorum C. referentes.

SIGMOIDES, sunt valvulæ tres arteriæ magnæ, circa cor foris spectantes, ut sanguinis recursus inhibeatur, à littera C, seu sigma & εἶδος forma. Vide *Valvula*.

SIGNUM MORBI, Gr. Σημεῖον, est, quicquid sensibus nostris est obvium, vel aliquid ad ipsum pertinens, potest indicare, quare id quod ad curationem necessariam pertinet, indicatur. Signum est morbi causa vel Symptoma: signum est proprium vel commune: proprium separabile; proprium inseparabile sive Pathognomonicum, Synedreuon, Epiphainomenon, Bonum, Malum, Certum, Incertum, Salutare, Lethale &c. *Signa Sanitatis* sunt, Actiones integræ, Qualitates convenientes, excreta & retenta benè convenientia. B. Teilienen der Siehte. G. Die Zeichen der Kranckheiten. Gall. *Signe de Maladie*. A. A Token of the disease.

SI-

SILER, est Liguſtici ſpecies, & dicitur *Montanum*, hinc corrupta voce, in omni linguâ, *Sermontaine* appellatur: derivant nonnulli à ſaliendo, ſed quare, me latet.

SILIGO, est tritici albiſſimi ſpecies. Gr. Ὄλυρα, & σίλιγις vel σίλιγνις, putant derivari ab Hebraica voce *Scheley*, nix, ob farinæ ejus albedinem.

SILIQUA, Gr. Κεράτιον, ſeu KIRAT, est dimidium lupini, & ſiliquæ ſex pendent ſcrupulum. Semen autem in ſiliqua contentum, non tota ſiliqua intelligitur, & id mediocre, non enorme & habitius; neque ſtrigoſum & emaciatum, quare hordei aut tritici grana uſurpamus, quæ hodie minimum pondus faciunt, velut olim grana lentis, nonnullis est pondus quatuor granorum.

SILIQUA, est folliculus ſive integumentum, cui grana, leguminum vel herbarum ſemina concluduntur. Nam non modo Legumina, ſed & complures quoque & herbæ & frutices ſiliquas proferunt.

SILIQUA, est etiam *Folliculus* ſive Integumentum, cui grana leguminum includuntur.

SILIQUÆ DULCES, quorum arbor *Ceratonia* appellatur. Creſcunt in Regno Neapolitano, inſula Creta, Syria, Hiſpania &c. Fructus ſunt ſiliquæ inſtar oblongi & plani, extus colore caſtanei; intus ſemina ferè continent, ut caſſia fiſtula; fructus ipſi dulces ſunt, ideoque in morbis pneumonicis uſui veniunt. B. St. Jans-brood. G. S. Johanns-brodt. A. S. Johns-bread.

SILIQUASTRUM, ſeu piper Braſilianum, est Capſici ſpecies, à ſiliquis ſiliquaſtrum dictum.

SILO, est is, qui habet naſum reſimum, hoc est, ſurſum verſus repandum, more ſimiæ. B. Kamuis Neus. G. Rumpffnaß / der eine ubergeſtilpte Naſen hat.

SILPHIUM, est ex genere ferulacearum. Cyrenenſibus Σίφι, aut Σίλφι, item Σίφι, unde Gr. Σίλφιον, Lat. *Sirpe*, *Silpe* & *Serpe*, atque porro *Lac Serpicium*, unde *Laſerpicium*. Vide *Laſerpicium*.

SIMILARES PARTES, ſunt, quæ ſibi ubique per totum ſimiles ſunt, ut os, Cartilago, Ligamentum, membrana, tendo, fibra, vena, Arteria, Cutis, Caro, Adeps, Pili, Ungues &c. Notandum tamen, illas partes non adeo eſſe ſimilares, quam creditum vulgò fuerit, Venæ enim & Arteriæ in varias tunicas ſibi diſſimiles dividi poſſunt: Cutis item ex variis fibrillis, vaſculis & glandulis conſtat, & ſic de

de cæteris. Vulgo decem his versiculis continentur, ut

Cartilago, Caro, Membrana, Arteria, Nervus,

Vena, Ligamentum, Cutis, Os, Lentissima Fibra.

Vulgo *simplices partes* dicuntur. B. **Eendraantige Deelen/ enkele Deelen/ Similare Deelen.** G. Theilen die einander gleich sein. Gall. *Les Partes Similaires.* A. The simple Parts, similar Parts.

SIMPLICES PARTES, vide *Similares partes.*

SIMPLICIA, sunt medicamenta singularia & non composita, ut sunt radices, herbæ, semina, flores, gummi, succi, partes animalium &c. B. **Enkele Geneés-middelen.**

SIMUS, est cui nares depressæ superius. Gr. Σιμὸς. B. **Kamtigs.** G. Schaff Naß/ der eine flache/ oder mitten eingedruchte Nasen hat. Gall. *Camus.* A. Flat nosed.

SINAPI, & SINAPIS, Gr. Νάπυ vel Σίναπι, ejus nomen venit è Græciâ in Latium, censeturque dict. ἅπ σίνεσθαι τὰς ὄψεις τῇ ὀδμῇ, hoc est, quod olfactu luminibus officiat: ergo à πάφω lædere, & ὤψ oculus, vel à νὴ & πάω, quod parum pascat, vel à νὴ & πίω, quod ob acrimoniam non possit bibi. Pleraque Græcia *Napy* nominat, quasi *Naphy*, quod sit acris, & proinde incommoda. Alii *Napy* per privationem videlicet Νήπιον, quasi immite dici volunt, quoniam acrimoniæ vehementis particeps sit. B. **Mostaart.** G. Senff. Gall. *Moustarde, Senevé.* A. Mustard.

SINAPISMUS, est medicamentum, ardorem cuti inducens; forma ejus est similis cataplasmati, vel massæ duriori. Paraturque, ex *Sinapi, Raphano Silv. Sale & Fermento Acido*, à Σίναπι sinapi semen. B. **Een Mostert-pap.** G. Eine artzney von senff/ damit man die haut auffbeitzet. Gall. *Sinapisme.* A. Mustard Cataplasme.

SINAPIUM, est embamma vel intinctus, ex semine sinapi paratus.

SINCIPUT, Gr. Βρέγμα, est pars anterior à fronte, usque ad suturam coronalem. B. **'t Voorste Deel des hoofds.** G. Der Halbe Kopff/ die fordere theil des haupts. Gall. *Le Devant de la Tête.* A. The fore Part of the Head.

SINGULTUS, Gr. Λυγμὸς & Λύγξ à λύζω singultio. Est re-

respiratio brevis interrupta, cum expiratione, quæ sonitum acutum edit: molestus item est, nec sine aliquo, ut plurimum, dolore in cordis regione. Laborant aut Singultu, qui cibo aut potu non satis bono se impleverint; maxime autem nonnulli febricitantes, Hysterica affectione afflictæ fœminæ: imo sæpe ii, qui Pleuritidem, colicam, Nephritidem, Iliacam passionem, gravem Vomitum, alvi fluxum vel Dysenteriam patiuntur: quinimo cum aliis convulsionibus incidit, & à vomitoriis & catharticis, aut julapiis refrigerantibus perperam datis, à cibis nimis celeriter ingestis sæpe efficitur; quinetiam moribundos exercere solet. Denique reperitur singultus non lethalis, qui per aliquot hebdomadas perseverare solet. B. De hik / nok. G. Das kluxen / schlucken / der Heetsch / Hecker. Gall. *Hoquet*, *Hochet*. A. Yexing, Hicket, Hiceough.

Sinus, est, cum abscessus & ulceris initium satis angustum apparet, profunditas vero se in latitudinem diffundit. Gr. Κόλπος, Υπόπυον Ἕλκος Dioscor. B. Bogt-gezweer / Boesem-zweer. G. Ein eiterstock / ein schwähr so sich in die Krümme zeucht. Gall. *Le Sein Surgidoire*. A. Bosome of an ulcer.

Sinus Meningis, sunt cavitates, quas Galenus ventriculos crassæ membranæ vocat: primus & secundus sive laterales inter cerebrum & cerebellum situm habent, & desinunt in sinubus vertebralibus; tertius ab osse cribriformi incipit, & in medio priorum sinuum finem consequitur; quartus à glandula pineali oritur & in medio lateralium sinuum desinit: quorum insertio vocatur *Torcular Herophili*: cranio egressi partim venis jugularibus continuantur, partim per totam medullæ spinalis partem ad os sacrum usque descendunt, usus est venarum vicem agere, nam omnem sanguinem à cerebro & cerebello accipiunt & partim in venas jugulares, partim in sinus vertebrales se exonerant. B. Boesem-hollen / Hoek-hollen. G. Die Krümme / oder busen der hirn-häutlein. Gall. *Sein*. A. Cavitie of the meninx.

Sinus Ossium, sunt cavitates, quæ capita aliorum ossium admittunt.

Sion, & Sium, est Becabunga seu Anagallis aquatica & Laver quibusdam; aliis vero Phellandrion, vel Nasturtium aquaticum &c. nomen sibi adscivit à concussu, quod Gr. à σείω derivant: nam excutiendi vim nactum est, ut

pote

pote quod à renibus calculos pellat, urinam & menses ducat. Vel, ut aliis placet ab eodem σείειν, quod in aquis vacillando, ab aquis præterlabentibns succutiatur. Vide *Laver*.

SIRENES, idem quod *Sirones*.

SIRIASIS, est cerebri & meningum, ab ardore solari, inflammatio, seu (rectius) incalescentia; pueris propter tenuitatem cranii, frequens, à σίρος cavitas sincipitis. G. Das blatfallen / schiessen / oder eine entzundung am hirn und hirnhautlein der kleinen kinder.

SIRONES seu CHIRONES, sunt pustulæ, quæ in vola manus & pedum plantis oriuntur, in quibus minutissimum quoddam vermiculorum genus sub cuticula latet. G. Seurn / reitleussen.

SISARUM, & SISER, dicitur esse radicula saccharea: vocatur nonnullis, quod singulæ radices colli ac summi pectoris ornamenta, quæ ex auro, argento, gemmisque quondam fiebant, mentirentur. Sed malunt alii à sio & sione. Sunt qui extritis prioribus literis diminutrice forma *Servillum* aut *Servellam*, aut *Chervillam*, pro *Siserculo* nominent. B. Suiker-wortel. G. Gierlein / Sucker-wurtzel / klingel-rübelein. Gall. *Chervy*. A. Scirrets.

SISYMBRIUM, est Cardamine, ut & Mentha aquatica: dicitur à sisymbrio, quæ fuit Veteribus in comœdiis meretricula, appellatur etiam *Corona Veneris*, vel quod ob odoris suavitatem, quam præ se fert, eo juventus quæ amoribus gaudet coronata, in commessationibus suis blando odoris oblectamento suas illecebras commendaret. Vel potius, quod Sisymbrii caulis articulatim per internodia verticillato florum ambitu concinnè coronetur.

SISYNRICHIUM & SISYRICHION, est Iridis species, seu bulbus esculentus: dicitur vel à pabulosa atque carnosa radice: vel à rostrata forma hujus plantæ, rostro suillo simili. Σῦς, est porcus; & Σίρος fovea in usum Granarii excavata.

SITANION, est frumenti species, à σῖτος frumentum.

SITIS, est defectus humoris (salivæ nempe) ad irrigationem partium internarum, necessarii; quo phantasia sibi potum imaginatur in auxilium. Sitis etiam est ordinaria, quæ homini sano obtingit; vel præterordinaria & nonnunquam depravata quæ ægris. Gr. Δίψος. B. Dorst. G. Der durst. Gall. *Soif*. A. Thirst.

SIUM,

SIUM, vide *Sion*.

SMILAX, Gr. Σμίλαξ & Μίλαξ, Lat. *Convolvulus*: est nomen puellæ, quæ amore croci pueri capta extabuit, mutataque est in fruticem sui nominis, quæ similis est Hederæ. B. **Winde**. G. Winde-kraut. Gall. *Liseron*, *Liset*. A. Bind-weed.

SMILE, est *Scalpellum*, sive instrumentum chirurgicum, quod utrinque aciem habebat, & lineas utrasque, utrinque curvas; sed alteram concavam, alteram vero illi oppositam, gibbam. Cuspis autem acuta erat; diversi generis erant; aliud magnum, aliud parvum, aliud mediocre.

SMYRNA, idem quod *Myrrha*.

SMYRNIUM, nomen accepit, quod radix lacrymam emittat Myrrhæ similem: vel, quod huic idem odor sit, qui Myrrhæ: Σμύρνη enim est Myrrha. Vulgo vocatur *Levisticum*; quibusdam *Ligusticum*.

SOCOTORINA ALOE dicitur, quia in Insulâ Socotorâ crescit.

SODA, idem quod *Cephalalgia*.

SODA, idem quod *Ardor ventriculi*.

SODA, sunt cineres ex herba kali usti, quibus vitra conficiuntur.

SOL, quid sit notum. Sed à Chymicis sumitur pro auro: adeo ut Medicamenta solaria sint ex auro parata.

SOLANUM, ejus variæ sunt species, plerumque somnum conciliantes: dicitur & *Solatrum*, *Cuculus*, *Uva Lupina*, *Uva Vulpis* & *Morella*. Gr. Τρύχνον, vel Στρύχνον, fortè à solamine dictum, quod dolores intensos sopiendo sistat: hinc Gr. Στρυχνὸν vel τρύχνον mollis, lenis, quod emolliat, lenitaque dolores ardentes. B. **Nagt-schade/ bol-kruid**. G. Nacht-schatten/ sau-kraut. Gall. *Morelle*. A. Night-shade.

SOLDANELLA, & SOLDANA, alias *Convolvulum Marinum*, est *Brassica Marina*: nonnulli à voce *Solidus* Etymologiam trahunt, sed ratio non videtur suadere, an à solidandis vulneribus? an à Belgica fictitia voce *Sautenelle*, vel *Soutenelle*, quasi diminutivum à *Sout*, *Sal*. B. **Zee-winde/ zee-kool**. G. Meer-winde. Gall. *Chou de Mer*. A. Sea-kole, sea-bind-weed. Gr. Κράμβη θαλασσία.

SOLEN, Chirurgis est instrumentum oblongum, intus

cavum, in quod membrum fractum, crus aut fermur, imponitur, aut continetur.

SOLEUS MUSCULUS, eſt latus & tibiæ fibulæque oſſis commiſſuræ poſterius inſertus robuſtiſſimus exiſtit, ſuræque maximam conſtituit molis partem. Variam ob tendinum connexionem, varios fingit, ut Gaſtrocnemius, muſculos. B. **De Zool ſpier.** G. Der Solen gleiche mauß. Gall. *Muſcle de Plante.* A. The ſole Muſcle.

SOLIDAGO SARACENICA, vide *Saracenica Solidago.*

SOLIDAGO, eſt Herba vulnera conſolidans: derivatur ergo à ſolido, ſano. Gr. Σύμφυτον.

SOLIDUM, eſt Antiquorum pondus pendens ſcrupulos quatuor.

SOLUTIO CHYMICA, eſt operatio qua corpus quodcunque miſtum in ſua principia, Spiritum nempe, Salem, Acidum, Sulphur, Aquam & Terram, ex quibus omnia miſta conflata ſunt, recluditur. B. **Ontdoening der ſcheikonſt.** G. Die Entbindung durch die Chimie. Gall. & A. Solution.

SOLUTIO CONTINUI, eſt, quæ partium cohærentiam & unitatem diſſolvit: ut in vulneribus, ulceribus, fracturis &c. B. **Een ſcheiding des geheels.** G. Das auflöſen / die entbindung der theilen. Gall. *Solution de quelque partie.* A. Solution of the parts.

SOLUTIVA, à ſolvendo, quia humores inteſtinales ſolvunt, idem quod *Laxantia.*

SOMNAMBULO, vide *Noctambulo.*

SOMNIFERA, Gr. Ὑπνωτικὰ, ſunt, quæ ſulphureis ſuis fœtidis particulis, ex ſulphure nempe & ſale fixo conſtantibus, ſpiritus animales, profligant, extinguunt & eorum generationem aliquo modo impediunt, unde quies eorum & ſomnus concitatur.

SOMNIUM, Gr. Ἐνύπνιον. *Inſomnium*, eſt quando dormiendo nobis varia videntur occurrere, eodem modo ac ſi eſſemus vigiles, eſtque regulare, quando apparentiæ ſeu phantaſmata connexionem quandam habent; vel irregulare, quando contrarium evenit. B. **Een dzoom.** G. Ein Traum. Gall. *Songe.* A. A Dreame.

SOMNOLENTIA continua, eſt aſſidua in ſomnum procidentia & inclinatio; oritur, quod pori extremi corticalis ſubſtantiæ cerebri viſcoſitate quadam obliterantur & clau-

clauduntur, ita ut liber transitus & generatio spiritibus animalibus denegetur.

SOMNUS, est pororum cerebri & nervorum considentia & angustatio, à quiete spirituum animalium orta, qua sensus externi ab operationibus externis desistunt. Somnus dicitur *Naturalis* vel *Præternaturalis*, qui iterum divinus vel diabolicus, vocatur item *Sopor* & *Quies*. Gr. Ὕπνος. B. Slaap. G. Der Schlaff. Gall. *Sommeil*. A. Sleepe.

SONCHITES, vide *Hieracium*.

SONCHUS, dicitur παρὰ τὸ σῶν χέειν, quod salubrem succum de se fundat: vel, nuncupatur quasi σομφὸς ab inanitate caulium. Lat. *Cicerbita*, *Lactuca Leporina*, *Lactucella* & *Lactero*, quia lac fundit, & nutricibus lactis copiam præbet. B. Hase-latouw / Hase-salade / Konijnen-kruid / Gansen-distel / Hasen-struik / Dauw-distel / Melk-weye. G. Hasen-kohl. Gall. *Palais de Lievre*, *Laicteron*, *Lais-seron*. A. Sow-thistle.

SOPHIA CHIRURGORUM, quasi Chirurgorum sapientia: quia fortè ad illam plantam, ob salubres effectus, solebant effugere, ac si illorum tota sapientia in istius herbæ usu consisteret.

SOPHRONESTERES, sunt sapientiæ dentes. Vide *Dentes*.

SOPORARIÆ ARTERIÆ, idem quod *Carotides*.

SOPORIFERA, idem quod *Somnifera*.

SORA, idem quod *Essere*.

SORBETTUM, vulgo *Serbet*.

SORBUS, SORBUM, vel à sorbendo, quod fluxus alvinos absorbeat: vel, quod fructus ore absorbeatur, vel quod diu servetur. Gr. Ὄη, vel ὄα, & fructus ὄον, & ὄον ab ovi forma. B. Sorben-boom / spree-boom / spreuw-besien-boom / haver-elsen. G. Sperber-baum / Spier-baum / Sparr-baum / Speirea. Gall. *Sorbier*. A. Sarvice-tree.

SORGUM, est frumenti seu Milii species: ab Italica voce *Sorgi* nomen habet: vocatur etiam *Melica*. B. Sorg-saad. G. Sorg-saamen. Gall. *Bled Barbu*. A. Sorgh seed.

SORY, est minerale lapidosius & vehementius compactum quam *Chalcitis* aut *Misy*, sed & crassissimum, fricatum scintillas *Miseos* emittens, *Chalcitis*, *Misy* & *Sory* mine-

ralia sunt, inter se origine & viribus conjunctissima. Nimirum ex Sory fit chalcitis, ex hac Misy: in Ducatu Brunsvicensi inveniuntur.

SPAGYRICA CALCINATIO, vide *Calcinatio Philosophica.*

SPAGYRICA MEDICINA, quam vocem nonnulli ἀπὸ τοῦ σπᾶν & ἀγείρειν, à segregando, & conjungendo, quod heterogenea separet, & homogenea iterum conjungat, deductam putant, idem quod *Hermetica Medicina*, à σπάω traho & ἀγείρω congrego.

SPANACHIA, vide *Spinachia.*

SPARADRAP, sive SPARADRAPUM, est linteum utrinque unguento spisso vel emplastro tinctum, & hoc modo fit; post liquationem unguentorum vel emplastrorum, linteum penitus immergitur, quod tinctum extrahitur, extenditur & in usum medicum asservatur. Gall. *Sparadrap, toile gautier.*

SPARAGUS, idem quod *Asparagus.*

SPARGANIUM, est gladiolus aquatilis, vel platanaria: an à Σπάργανον fascia, vel Σπαργάνιον fasciola, quod foliis ejus pro fasciis uterentur nutrices? vide *Platanaria.*

SPARGANUM, vide *Fascia*, à σπαργανόω fasciis ligo.

SPARGANOSIS, est mammarum, à nimia copia lactis, distensio, à σπαργανόω fasciis distendo.

SPARGIRIA, idem quod *Spagyrica.*

SPARSI MORBI, vide *Sporadici Morbi.*

SPARTUM, SPARTIUM, est Genistæ species: ita dicitur quod funiculi ac vinculi usum in alligandis vitibus præbeat, à σπείρω, quia in spiram flecti & convolvi potest.

SPASMA, idem quod *Spasmus.*

SPASMODICA, sunt medicamenta spasmum pellentia. B. **Kramp en Stuip-middelen.** G. Krampff Stillende Mittlen.

SPASMOLOGIA, est de contractione nervorum & tendinum enarratio, ex σπασμὸς contractio, & λέγω enarro. B. **Verhalinge der kramp.**

SPASMUS, & SPASMA, ut cum *Doctiss. Willisio* loquamur, denotat quemlibet motum convulsivum in genere: nam *Cardanus* affectus convulsivos dividit dupliciter, in Tetanum & Spasmum; per illum contractionem constantem, qua membrum rigidum & inflexile evadat; per hunc vero motus celeres & concussiones, quæ interjecta quiete,

te, alternatim ceſſent redeantque, intelligit. Spaſmus fit cum acri dolore in artubus, crure, ſura, pede, &c. Spaſmus fit, qui aut momento uno aut altero, aut aliquot horis perſeverat; accidit vero ægris & iis qui utcumque ſani ſunt; in febribus, ſcorbuto, crapula, & ſæpe in ſomno: ac cui ſemel evenit, ei ſolet ſæpe contingere, ita ut ſomnus interrumpatur. Hujus ſpecies ſunt, ſpaſmus in vulneribus, ſpaſmus cynicus, Strabiſmus, Riſus ſardonius &c. à σπάω contraho. B. **De kramp/ de kiem.** G. Der krampff/ der einen zeucht. Gall. *Spaſme.* A. Crampe.

SPASMUS CYNICUS, ſive CANINA CONVULSIO, eſt convulſio muſculorum oris. Hoc eſt, quando muſculi maxillares convelluntur, & os, naſus, oculus, atque adeo dimidii faciei pars in obliquum & in rugas torquetur, imo & irati canis effigiem repræſentant, ita ut qui correpti, efflare aërem, aut humorem expuere nequeant, ſaliva ex ore fluente. B. **Honds Trekking / Honds kramp.** G. Hunds Krampff. Gall. *Convulſion de Chien.* A. The doggs Crampe.

SPATHA, Gr. Σπάθη & Ἐλάτη, eſt integumentum fructus palmarum; à σπαθάω texo.

SPATHA, eſt inſtrumentum oblongum, ex argento, chalybe, cupro aut ligno confectum: inferius latum, quo electuaria vel conſervæ, abſque manuum inquinatione commodè tractantur, Chirurgis & Pharmacopæis, familiare. Vide *Spatula.* B. **Een ſpatel.** G. Ein ſpatel. Gall. *Un Spatule.* A. A ſpatula.

SPATHOMELA, ſive SPECILLUM LATUM, eſt inſtrumentum oblongum ex argento vel ferro, ligno, aut cupro confectum, quo Chirurgi & Pharmacopæi utuntur, dicitur & Spatha, ex σπάθη ſpatha, & μήλη ſpecillum. B. **Een Spatel.** G. Ein Spatel. Gall. *Un Spatule.* A. A ſpatule.

SPATILE, eſt ſpecies alvi lubricæ.

SPATULA, vel SPATHULA, eſt inſtrumentum minori forma, quam *Spatha.* Significat quoque *Scapulam*, à σπάω traho, ut putatur. B. **Een ſpatel.** G. Ein ſpatel. Gall. *Eſpatule.*

SPATULA FOETIDA, eſt Iridis ſpecies: à foliorum figura ita dicta, *Spata* enim gladium ſignificat. Eſt enim illi folium ancipiti novaculæ ſimilius, acutiore acie, & tenuiore, rigidioreque quam gladioli aut iridis mucrone.

Fœtida cognominatur, quod gravem exhibet odorem. Gr. Ξυρίς gladius, novacula. B. **Wand-luis-kruid / stinkende-lis.** G. Wandt-lauß-kraut. Gall. *Glayeul puant.* A. Stinking gladwin.

SPECIES, seu PULVIS, dicuntur in officinis simplicia (ingredientia) pro compositis conficiendis coordinata. Sic dicuntur species theriacæ, i. e. ex quibus theriaca compilatur: sic sunt & species decoctorum usualium, præ reliquis tamen hoc nomen sibi vendicant pulveres nonnulli, tum aromatici, tum catharctici. Forsan quia ordinati fuerint olim, ut inde conficerentur electuaria, morsuli vel rotulæ, sic sunt species aromatic. rosac. Species Diaturbith cum rhabarbaro, &c. B. **Poeder.** G. Pulwer / staub. Gall. *Poudre.* A. Powder.

SPECIFICA MEDICAMENTA, sunt, quæ vi specifica, hoc est appropriata, morbos invadunt, ut sunt quæ dicuntur Hepatica, Splenica, Cephalica & sexcenta alia.

SPECILLUM, est instrumentum chirurgicum, Spithamæ longitudine, tenue ex argento, vel chalybe, ab una extremitate latum, rotundum & nonnihil incurvatum; ab altera vero rotundum nodulum habet; specillis vulnerariis, vulnerum, fistularumque altitudo pertentatur. Videtur esse diminutivum à *Specium*, quo usus est *Pacuinus*. Μήλη, Τραυματικὴ Μήλη *Galeno*, Ἰχνρὴ *Hippocrat.* à tentando imperitum vulgus *Tentam* vocat. B. **Een Tintel-yzer / tenten-yzerken / provet / wond-yzer / proef-yzer / sondeer.** G. Ein such-eisen / wund-eisen / pruffeisen. Gall. *Soudé*, *Esprouvette.* A. A Lancette.

SPECULUM ANI, est instrumentum chalybeum, quo Chirurgi anum dilatant, & spinas, aliaque inhærentia extrahunt, vel innata absumunt. B. **Een aars-spiegel.**

SPECULUM LUCIDUM, idem quod *Septum Lucidum.*

SPECULUM OCULI, est *Aranea Tunica Oculi.*

SPECULUM MATRICIS, vide *Dilatatorium.*

SPECULUM ORIS, G. Mund-stuck. Matricis &c. Vide *Dilatatorium.*

SPELTA, Gr. Ζέα: nonnullis *Far.* Vox videtur descendere à *Speltâ Italorum*, quæ est Frumenti species. B. **Spelt.** G. Tinckel & dinckel korn. Gall. *Espeautre.* A. Spelss.

SPERAGUS, idem quod *Asparagus.*

SPER-

SPERGULA, dicitur etiam Πολύγαλα, an à σπείρω sero, semino, spargo, & γάλα lac: quia ejus semen lactis gratia spargitur: nam creditur vaccis lac augeri, si illa planta vescatur. B. **Spurie.** G. Spergel. A. Franke or spuny.

SPERMA, idem quod *Semen*.

SPERMA CETI, quid propriè sit, necdum constat. Alii Balænæ semen putant, & mari instar spumæ supernatans. Alii alicujus Ceti Macrocephali cerebrum, lixivio peculiari purificatum autumant. Alii aliud quid. Est substantia pinguedinosa, facile flammam suscipiens, alba, adipis ferè odore. B. **Walschot.** G. Walroth. Gall. *Sperme de Baleine.* A. Parmacity, Seed of the whale.

SPERMATICÆ PARTES, sunt venæ & arteriæ, sanguinem à testiculis abducentes & adducentes. *Item*, vasa seminis excretoria. *Item*, partes albidæ, quæ olim propter albedinem censebantur ex semine duntaxat generari, ut nervus, membrana, os, cartilago &c. Verum omnes partes ex semine successive generantur, quia ex ovo, quod totius fœtus rudimentum continet, generantur: imo & omnes partes, quotquot habentur, si sanguis aliive succi eluantur, etiam albidæ apparent. Hinc omnibus illud nomen ex æquo competit. Ex Σπέρμα semen. B. **Zaad-deelen.** G. Saamen theilen. Gall. *Les Parties spermatique.* A. The Spermatick Parts.

SPERMATOCELE, impropriè ita dicitur, quia non semen, sed vas seminis ejaculatorium corrugatum in Scrotum delabitur, ex σπέρμα semen, & κήλη tumor.

SPERNIOLA, seu SPERNIOLUM, vocatur *Sperma Ranarum*; est enim mucilaginosa quædam substantia, aquis innatans. B. **Kikvorsch Schot.** G. Der Saamen der Frösche, Gall. *Semence de Grenouilles.* A. Seed of Frogg's.

SPHACELODES, est quid sphacelo simile, ex Σφάκελος sphacelus, & εἶδος forma.

SPHACELUS, est Sideratio, sive sensus & vivificationis in quacunque parte extinctio, à σφάλλω interficio. Gr. Σφακελὸς, Σφακελισμὸς, Τελεία Νέκρωσις. B. **Yet Yeet Duur.** G. Der kalte-brand/ die vollzogene ersterbung. Gall. *Sphacele, Mortification.* A. Sphacele.

SPHACELUS, vide *Salvia*.

SPHÆRITIS, quasi planta globosa, seu capite globoso, quia capitula habet rotunda & globiformia, à Σφαῖρα globus

SPHÆROCEPHALUS, est cardui species, capitula habens rotunda, à Σφαιρα globus, & κεφαλη caput.

SPHAGITIDES, sunt venæ jugulares in collo, à Σφαγάζομαι jugulo, macto.

SPHATULA FOETIDA, idem quod *Spatula Fœtida.*

SPHENDAMNOS, sic vocatur Acer. Gr. Σφενδαμνος dicitur durus, firmus, ob ligni duritiem.

SPHENOIDEA OSSICULA, vide *Cuneiformia.*

SPHENOIDES, vide *Cuneiforme Os.*

SPHENOIS, sive SPHENOIDES, vide *Cuneiforme Os.*

SPHENOPHARYNGÆUS, est par musculorum, à sinu alæ internæ ossis cuneiformis ortum ducens, atque obliquè deorsum inclinans, in œsophagi latera extenditur; gulam dilatat, ex σφην cuneus, & φαρυγξ œsophagi caput sive fauces. B. **Wiggebeens strotspier.**

SPHINCTER, est musculus constrictor œsophagi, Ani, Vesicæ &c. à σφιγγω constringo. B. **Sluitspier.** G. Der Schliesmauß. Gall. *Muscle Sphincter.* A. Muscle Spinctere.

SPHONDYLIUM, idem quod *Spondylium.*

SPHYGMICA, est pars Hygieinæ, agens de pulsibus, à σφυζω pulso.

SPHYGMUS sive PULSUS, est motus fermentationis & ebullitionis sanguinis, à particulis spirituosis & fermentabilibus concitatus, ut mediante corde, sanguis ex arteriis quaquaversum per totum corpus distribuatur, cui accedit fibrarum, arteriam unà cum cæteris partibus componentium, contractio & remissio, à σφυζω pulso.

SPICA, in frumento dicitur totum illud quo granum continetur: & ad similitudinem plurimæ plantæ, earum summitates spicatæ spica nominantur, ut lavendula, spica celtica, indica &c. *Spica* dicta quasi *Speca*, à spe, nam quum fruges in spicam exeunt, spem præbet hominibus. Aliis dici putant à figurâ spiculi, quam refert, ubi primum è folliculis erumpit. Tria vero continet, Granum, glumam & aristam. Spica mutica est, quæ non habet aristam, & *Mutica* quasi mutila nominatur. Gr. Στάχυς à Στιξ ordo, quia certos habet granorum ordines, vel à στεω & χεω fundo. Seges suo stat caule, & spicæ fluitant quasi à vento fusæ:

alii

alii derivant, quod verticillato ambitu florum & orbibus spicarum caules cingentibus coronetur.

SPICA CELTICA, sive NARDUS CELTICA, crescit in Liguria, Carinthia, Styria, in Alpibus Tyrolis, montibusque Pyrenæis, ad spithami altitudinem: folia ferè salici similia habet, unde *Saliunca* forte dicitur, sed minora, erigit spicam, huc mittuntur folia cum radice fibrosa, aromaticum spirant odorem. B. **Celtiſche ſpicenard.** G. Celtiſcher narden. Gall. *Du Nard Celtic*, *Aſpic.* A. Celtick Spikenard.

SPICA INDICA, vide *Nardus Indica.*

SPICA, deligationis species est unius vel utriusque humeri luxati; alia est, cujus fascia ab una extremitate voluta est; alia quæ ab utraque.

SPINA, vide *Acantha.*

SPINA DORSI, vide *Acantha.*

SPINA VENTOSA, Barbaris vocatur *Flatus*, seu *Ventus Spinæ*, & *Ventositas spinæ.* Est exulceratio, qua ossa ab humore maligno, sine ullo perioștei dolore, corrumpuntur & exeduntur, postea orto œdemate indolente, pars affecta exulceratur, unde non raro partis amputatio subsequitur. Vocatur & *Caries Ossis*, *Teredo*, *Pædarthrocace*, vide suo loco. B. **Een Beenvreter / Winddoorn.** G. Beinfreſſer / beinfeule. Vide *Caries.*

SPINA, est pars scapulæ acuta, ob figuram sic appellata.

SPINA ALBA, Gr. Ἄκανθα λευκὴ, nomen herba hæc ab albis foliis seu lacteis maculis, quibus folia conspersa sunt, accepit. Officinæ *Bedegarim* seu *Bedeguar* pœno nomine appellant.

SPINA CHRISTI, sive SPINA JUDAICA, est Paliurus, sic dicta, quia creditur coronam, qua Christus à Judæis coronabatur, ex Paliuro fuisse contextam. Vide *Paliurus.*

SPINA JUDAICA, idem quod *Spina Christi.*

SPINACHIA, & SPINACIA, est olus vulgo notum, sic vocari videtur à spinoso semine; vel quod ejus folia in acumen desinant. Gr. Σπανάχια. Arabicæ factionis Principes *Hispanach*, hoc est, *Hispanicum Olus* nominant. Spanachiam haud dubiè ab oleris raritate dixerunt Græci; raro enim illo utebantur Medici, quod cibo magis forsitan, quam Medicinæ nata esset, nec quicquam illustre sortita.

Spinagie. G. Spinet / ſpinat / binetſch. Gall. *Eſpinars, Eſpinardes.* A. Spinach, ſpinage.

SPINALIS MEDULLA, vide *Medulla Spinalis.*

SPINATI MUSCULI, duo habentur in cervice, inter ſpinas totam cervicem occupant, ſuntque longi & ampli. Oriuntur à quinque ſpinis vertebrarum colli, ſeptemque thoracis. In totam inferiorem ſpinæ ſecundæ vertebræ partem validè implantantur. Uſus eſt, extendere vel in poſteriora flectere, & oblique movere. B. **Graatſpieren.** G. Der Stachel Mauß. Gall. & A. Muſcle Spinate.

SPIRÆA, eſt arbuſcula humilis florigera: nomen invenit ἀπὸ τ σπείρας, quod frutex ſit lentus, & vitilis, ita ut in ſpiram torqueri poſſit: σπεῖρα enim eſt ſpira. B. **Duiſſieſ wilge.**

SPIRITUS, dicuntur triplices; *Animalis* in cerebro; *Vitalis* in corde; *Naturalis* in Hepate, dichotomiam amant, & dicuntur *Animales* in cerebro, ſed *Vitales* & *Naturales*, qui idem ſunt, in maſſa ſanguinea collocantur. Alii hunc numerum reſpuentes, unicum tantum agnoſcunt: & revera rem bene intuenti, unicus apparebit ſuccus cerebralis: cui notus eſt ſanguinis circuitus, etiam non ignarus ſit, per arterias carotides ſanguinem in cerebri corticalem ſubſtantiam vehi, quæ glanduloſa eſt, & ab illis glandulis ſuccum tenuiſſimum ex ſanguine in medullarem ſeu fibroſam ſubſtantiam tranſcolari; qui latex tandem ad nervos penetrans totum corpus irradiat. Hinc ſatis liquet, unicum tantum eſſe ſpiritum, vel potius ſuccum *Cerebralem*, qui & *Nervoſus Succus* dicitur, ſpiritus enim dici non meretur. Ille ſuccus, qui jam in omnes partes influxerit, iterum per vaſa lymphatica in ductum thoracicum revehitur. Uſus iſtius ſucci eſt ſenſibus non tantum inſervire, ſed & actionibus, ſive motibus tam voluntariis, quam involuntariis, imo & nutritioni. Gr. πνεῦμα. B. **Geeſten** vel **Herſenſap / ſenuwſap.** G. Die Geiſter / ſeinader feucht. Gall. *Eſprits.* A. Spirits.

SPIRITUS CHYMICI, ſunt liquores, qui deſtillando non tantum tenuiſſimi ſunt redditi, ſed incorruptibiles & majoris efficaciæ. Sunt triplices, *Sulphurei*, *Acidi* & *Salſi*. *Sulphurei* ſunt, qui facile flammam concipiunt, & conſtant ex particulis oleoſis, ut eſt ſpiritus vini, & omnes ſpiritus ardentes ex baccis ribium, fragorum, ſambuci &c. *Acidi* ſunt qui conſtant ex particulis acidis & aqua, ut ſunt ſpiritus

vitrio-

vitrioli, ſulphuris, ſalis &c. Qui veri ſpiritus non ſunt. *Salini* ſunt, qui ex ſale volatili & aqua conſtant, ut ſpiritus ſalis armoniacia, ſpir. urinæ, fuliginis &c. Alii ſunt ſimplices, ut jam recenſiti; alii *Compoſiti Sulphurei*, ut ſpir. aromatici, ſpiritus diuretici. *Acidi Compoſiti*, ut Aqua fortis, ſpiritus nitri dulcis, aqua regia &c. *Salini Compoſiti*, ut ſal volatile oleoſum, ſpir. ſalis armon. acidus &c. B. Geeſten. G. Subtile Geiſter/ oder Spiritus. Gall. *Eſprits*. A. Chymical Spirits.

SPLANCHNICA, ſunt Medicamenta, adverſus morbos inteſtinorum, à σπλαγχνίω, exta in manus ſumo.

SPLANCHNON, eſt viſcus, ſive pars organica, in magna cavitate contenta. Vide *Inteſtina*.

SPLEN, ſive LIEN, Gr. Σπλὴν, eſt infimi ventris viſcus, à parte ſiniſtra ſitum, poſt ventriculum, rubrum ſeu ſanguinolentum quidem, ſed & ſæpe lividum, adeo ut obſcurè rubeat. Pars ventriculum ſpectans ſima eſt, ubi & vaſa ſanguinea cum nervis & vaſculis lymphaticis conſpiciuntur. Ab altera parte gibba, & lumbis & diaphragmati, peritonæo adhæret. Interior ſubſtantia conſtat ex plurimis veſiculis ſeu ſaccullis, quibus glandulæ interſperſæ ſunt, qui vicem venarum gerunt, plantæ pedis non abſimilis eſt, in vaccis & bobus bovinam linguam affabre refert. Uſus eſt è ſanguine lympham ſegregare, eandemque in ciſternam chyli ablegare: hinc lienes tam obſcurè rubent; nam ſanguis lympha ſua orbatus, intenſum colorem amittit. Hinc olim putarunt receptaculum eſſe humoris melancholici. Sive ut alii excrementorum ſalſorum & terreſtrium, ut ibi mediantibus ſpiritibus animalibus volatiliſentur, & ſanguine denuo ad ulteriorem fermentationem inſpirentur. Sed hoc verum non eſt, & ſi liveat, & atro ſanguine turgeat, caſu hoc factum aut à morbo & incraſſato ſanguine puta. B. De Milt. G. Die Miltz. Gall. *La Rate* vel *Ratelle*. A. The Milt. *Lienes Morbidi*, valde obſtructi & tumentes, etiam vocantur, *Lienes*. à Σπλάγχνον viſcus, vel à σπάω λέων contraho valde. B. Milt gezwellen. G. Miltz Kranckheit/ miltz-ſucht. Gall. *Rateleux*, *Mal de Rate*. A. A Diſeaſe in the milt.

SPLENETICA, ſunt Medicamenta, adverſus ſplenum morbos. B. Milt middelen.

SPLENIA, PLUMACEOLI, ſeu PLAGULÆ, componuntur ex linteo, ter, quater & quinquies duplicato, ita

ut

ut *Spleni* craſſitie quadret, quæ vulneribus, ulceribus & fracturis imponitur. Sic à figura & craſſitie lienis, dicta plumaceola antiquis, quia vulgo ex pluma inter duos pannos conſuta conſtabant à ſplenis figura, ſplenia dicuntur. Item pulvilli, quod pulvinaris formam referant. Differunt ratione figuræ, longitudinis, latitudinis & craſſitiei. Figura triplex eſt, pro poſitionis ſc: eorundem modo. Quidam enim parti ſecundum longitudinem rectè, quidam obliquè, quidam vero tranſversè imponuntur, & quidem nunc ſinguli, nunc plures; pro uſu parti affectæ debito, ad deligationem firmandam, membra craſſitudine inæqualia, aut partes graciles & concavas æquandas & explendas, ut tota deligatio æqualis evadat, partes item à faſciarum & vinculorum onere defendendas & ſaniem ichoreſque exprimendos & imbibendos. Imponuntur interdum ſicca vel liquore aliquo imbuuntur & madefiunt. B. **Plumeſolen / Compzeſſen / Wondkuſſentje.** G. Plumeſole / Trucktuch / Compreſſen. Gall. *Plumaſſeau*, *Compreſſe*, *Plumeſole*. A. Bolſters.

Splenica, ſunt, quæ validius attenuando, incidendo, & volatilizando, obſtructionibus ſplenis corrigendis conducunt. B. **Milt-middelen.**

Splenii Musculi ſeu Triangulares, ſunt, origine gemina, partim à quinque ſpinis vertebrarum colli inferiorum, partim à totidem apicibus vertebrarum thoracis ſuperiorum prodeunt: atque obliquatis nonnihil fibris inſeruntur; caput ad poſteriora trahunt, ſic à laterum figura nomen inditum eſt. B. **De ſpalk-ſpieren.** G. Die langlichte mäuſe. Gall. *Muſcle Splenetique*. A. The Spleen Muſcles.

Splenion, eſt Scolopendriæ ſpecies, dicitur ſpleni, ſeu lieni mederi. Conſtatque ſic inventum, cum exta ſuper eam projecta eſſent, fertur adhæſiſſe lieni, eumque exinaniſſe. Ob id à quibuſdam *Splenium* vocatur. Narrant ſues, qui radicem ejus edunt, ſine ſplene inveniri. Vide *Aſplenium*. B. **Steen-varen / Milt-kruid.** G. Stein-farn / Milz-kraut.

Spodium, eſt favilla eadem ac *Pompholyx* ob gravitatem in pavimentum decidens. Dicitur *Spodium Græcorum* ad differentiam *Spodii Arabum*, quod nihil aliud eſt, quam radix Alcannæ combuſta, & Officinæ noſtrates *Uſtum Ebur* ejus loco ſubſtituunt. *Spodium Græcorum* uti ſpecie à Pompholige non differt, ita & viribus inter ſe conveniunt. Gr. Σπό-

Σπόδιον & Σπόδος, Lat. *Spodium Græcorum, Offic. Nil* vel *Nihili Gryseum.* B. **Grauwe Tutia / Spodium.** G. Grau Nicht. Gall. *Tutie Grise.* A. Spodium, Grey Tutey.

SPONDYLIS, vel SPONDYLIUM, est Panacis Heraclei species, nomen habet à vertebris vel verticillis fusorum: sed alii malunt ab odoris gravitate, à Spondyle sc. insecti specie odoris gravis.

SPONDYLUS seu VERTEBRA, VERTICILLUS, sunt ossa triginta capiti subjecta, in medio excavata pro transitu medullæ spinalis, variis processibus, pro insertione musculorum, & foraminibus, pro vasorum & nervorum transitu, prædita. Septem collo; duodecim dorso; quinque lumbis, & sex ossi sacro tribuuntur. Connectuntur per ginglymum. Gr. Σπόνδυλος, Στροφεῖς, Ἁρμάλοι Hom. Κύβοι. Σπόνδυλον deducunt à σφίγγω, quod vertebræ inter se constrictæ sint: alii à σπᾶν δίνειν, quod altera alteram quasi attrahat & subingrediatur. B. **Werbel-beenen.** G. Die gelencke im Ruck-grade. Gall. *Spondile, Vertebre.* A. Back bone, Chine bone.

SPONGIA, spongias inter vegetabilia Antiqui olitores vocarunt radiculas illigatas & connexas. Hinc Asparagi sativi & altilis radices multis irretitæ capillamentis coalescentes, & inter se implicatæ, ac quasi in unitatem coëuntes spongiolæ & spongiæ spongiosæque appellantur. Sic aliquando muscus quidam comosus est, in meditullio continens alveolos præduros, vermiculari sobole instructus, ex variis fibrillis villosis constans, ut in Cynosbato fieri inquit Cl. Hagedornn.

SPONGIA, est Musci marini species rupibus adnascens, dicitur ὡς ἀπὸ τοῦ σπᾶν τὰ ὑγρά, quod liquida attrahat & combibat.

SPONGIOSUM OS, idem quod *Cribriforme Os.*

SPONGOIDEA OSSA, vide *Cribriformia Ossa.*

SPORADICI MORBI, sunt, qui specie differentes, plures homines simul uno tempore, & in una regione infestant: item venarum propagines hinc inde palantes, à σπείρω sero. B. **Verspreidende sieckte.** G. Eine seuche, Gall. *Maledie sporadique.* A. Sprinckling disease.

SPURII MORBI, ut febres spuriæ, pleuritis & angina spuria &c. sunt qui ordinarium rhythmum non absolvunt, item *Costæ* breves, dicuntur *Spuriæ.* Vide *Nothæ Costæ.*

SPU-

SPUTUM, est liquor saliva paulo crassior, ab Amygdalis in palatum effusus. Gr. πτύελον. B. Spog / spoutsel. G. Speichel. Gall. *Crachat.* A. Spitle.

SQUAMMOSA SUTURA, vide *Lepidoides.*

SQUILLA, bulbus est, ex Italia vel Hispania huc allatus, non procul à mari crescens, Floribus subalbidis, ad sulphureum colorem, quantum memini, nonnihil vergentibus. Exinde componuntur trochisci pro Theriaca, & acetum scilliticum: dicitur & *Scilla* & *Cæpa marina.* Vide *Scilla.* B. Zee ajuin. G. Meer zwiebel. Gall. *Scipoulle, Squille,* & *Stipoulle.* A. Sea-onion.

SQUINANTHIA, barbaro vocabulo dicitur Angina. Vide *Angina.*

SQUINANTHUM, idem quod *Schœnantæum.*

SRINT, morbi apud Hungaros familiaris nomen, quo omnis tumor in ore, gutture vel ano inflammatorius indigitatur.

STACHYS, dicta quod verticillato florum ambitu, & orbibus spicarum caules cingentibus coronetur. Vide *Spica.*

STACTE, sive gutta, à στάζω stillo, sunt guttæ alicujus gummi, ut styracis, myrrhæ &c. G. Zimmet und myrrhen safft.

STAGMA, sunt latices, qui destillationi exponuntur, à στάζω stillo.

STALAGMA, est id quod à stagmate destillatum est, à στάζω stillo.

STALTICA, idem quod *Sarcotica.*

STAMINA, in plantis sunt qui in medio calycis erumpunt apices: sic dicta, quod veluti filamenta ab intimo floris sinu prosiliant.

STAPES, vide *Incus.*

STAPHIS AGRIA, nomen à foliorum divisuris accepit, quibus vitem imitatur sylvestrem, vocatur & *Pedicularis,* quia enecat pediculos: & *Pituitaria,* quia manducando salivam pituitosam elicit. B. Luis-kruid. G. Leuß-kraut / speichel-kraut / bißmunt / Mauß-pfeffer / Ratten-pfeffer. Gall. *Herbe aux povilleux* vel *aux poulx.* A. Staves-ager.

STAPHYLE, idem quod *Cion.*

STAPHYLEPARTES, est instrumentum chirurgicum, quo uvula laxior elevatur & attollitur, dicitur & σταφυλάγρα. B. Een huig-ligter. G. Eine Zaffleins-zange. Gall. *Pincette pour la luette.* A. The roflifto.

STA-

STAPHYLINOS, est *Pastinaca*, à Σταφὶς uva, sed cur, divinare nequeo, cum pastinaca uvas non ferat: neque folia vitis similitudinem habent.

STAPHYLODENDRON, est nux vesicaria, ferens nuces invesiculas. Σταφὶς uva est, sed hic potius nucem denotat, & Δένδρον arbor. B. **Pimpernoten.** G. Pimpernuß. Gall. *Nez Compez.* A. Bladder-nut.

STAPHYLOMA, est oculi vitium, quando cornea rupta, & tunica uvea ei subjecta, acini instar excidit, à σταφὶς uva, Latinis *Uvatio.* B. **Druif gezwel.**

STATUR, est nomen ponderis unciam semis pendentis.

STATUS MORBI, vide *Acme.*

STEATOCELE, est tumor scroti sebaceus, ex στέαρ sebum, & κήλη tumor. B. **Kloot-zaks-spek gezwel.**

STEATOMA, est tumor propriâ tunicâ contentus, originem trahens à materiâ sebo simili, ejusdem ubique coloris, mollis, ab exiguo principio augmentum paulatim sumens, digitis difficulter cedens, at iis remotis facile ad primam magnitudinem rediens, ex στέαρ sebum. B. **Een spek-gezwel.** G. Ein speck-geschwulst. Gall. *Steatome.* A. Idem.

STEGNOSIS, est pororum constrictio & constipatio, à στέγω constipo.

STEGNOTICA, idem quod *Astringentia.*

STELLÆ HERBA, idem quod *Coronopus.*

STERCUS, est excrementum crassum, ab alimentis residuum, bile permixtum, & nutritioni inutile, quod per intestinum rectum & anum excernitur, vocatur item *Excrementum Alvi*, *Alvus*, *Merda*, Horat. Gr. Σκὼρ, Κόπρος Ἀποπάτημα, Ἀπόδυσις, Πύελος *Nicandro*, Σπατίλη *Aristoph.* Πάτος, Σκύβαλον, Ἀφόδευμα *Nicandr.* Ἀφόδευμα, Διαχώρημα. B. **Stront / drek / uitdijgzel.** G. Koth / dreck / mist. Gall. *Estron*, *merde*, *fiante.* A. Dung, Excrement.

STERILITAS, idem quod *Agonia.*

STERNOHYOIDES, est musculorum par ossis hyoidis, quod recto ductu deorsum movet, à supremo sterno exterius profectum, in basin ossis hyoidis ascendit, à στέρνον pectus, & ὑοειδὲς os Hyoidis. B. **Tongbeens borst-spieren.** G. Brust-blats mauß. Gall. *Muscle de l'os de la poitrine.* A. The breast bones muscle.

STERNOIDEI MUSCULI, idem quod *Triangulares Musculi.*

STER-

STERNOTHYROIDES, eſt par muſculorum cartilaginis ſcutiformis, eamque deorſum trahens, à ſuperiore atque interna parte profectum, inferiori ſcutiformis cartilaginis lateri inſeritur, ex στέρνον pectus, & θυρεοειδὴς ſcutiformis. B. Schild-wijze-krake-beens boyſt-ſpieren.

STERNUM, eſt os quod in anteriore thoracis parte coſtis incumbit & inſternitur, unde *Sternum* dici putant; conſtat nunc ex tribus nunc ex quatuor oſſibus, in adultis ſæpe in unum ſolidum os faceſcit: inferius ei cartilago enſiformis adhæret. B. Het Boyſt-been. G. Das Bruſt-bein. Gall. *L'os de la Poitrine.* A. Breaſt Plate. The breaſt bone.

STERNUTAMENTUM, idem quod *Sternutatorium.* Vide *Ptarmica.*

STERNUTATIO, Gr. πτάρμος, à πτάιρω ſternuto. Eſt fortis ac ſubita aëris efflatio per nares potius quam per os: ſed ita, ut in altum ſublatis viſceribus abdominis, imo altius quam ſolent, tum etiam & pulmonibus fortius conſtrictis, valida ac ſubita inſpiratio ſubſequatur cum forti pæne totius corporis concuſſione, atque ita fit ſternutatio, quæ raro una vice, plerumque bis vel pluries ſucceſſive contingit, ſed cum ſæpius repetit, admodum moleſta eſt non modo naribus, à quarum vellicatione incipit, ſed toti corpori & maximè ventri ex illa concuſſione, aliquando cum tuſſi illis in morbis reperitur. Sunt etiam ſani, nares humidas habentes, qui ſæpius de die ſternutant. Sic à ſternutatoriis frequens eſt ſternutatio. B. Nieſinge. G. Das Nieſen / Brauſen. Gall. *Eternuement.* A. Neeſing ſneeſing.

STERNUTATORIUM, STERNUTAMENTUM, Cic. Gr. πτάρμικὸν, eſt medicamentum quod naribus inditum, tunicas cerebri in motus convulſivos concitando, per ſternutationem caput expurgat. B. Nies-poeder. G. Nies-pulver / nies-kraut. Gall. *Sternutatoire.* A. Sneeſing Powder.

STERTOR, Gr. Ῥόγχος à Ῥέγχω ſterto, eſt ſonus inſolitus, qui inter reſpirandum auditur, maximè vexat quoſdam moribundos, cum viribus detritis, loquela abolita eſt. Sed etiam multi inter ſomniandum ſtertunt, ſic ut alios ſecum dormientes excitent, iiſque moleſti ſint. In Aſthmate vero, Apoplexia & Epilepſia frequens eſt ſtertor. Sed Aſthma nunquam ſine ſtertore, aut ſi gradus minor ſit, ſine ſibilo,

bilo, sive sonitu paulo arctiore respirationem difficilem facit: cum tussi denique etiam, stertor sæpe auditur, & tum Asthmatis initium; & in tussi etiam sonus auditur, qui tamen non est stertor. B. Ronking / snorking. G. Das schnarchen. Gall. *Ronflemens*. A. Snooring, snorting.

STIBIALIA, sunt quæ ex stibio seu antimonio parantur.

STIBIUM, quod & *Stibi* & *Stimmi*, Gr. Στίμμι, idem quod *Antimonium*.

STICHAS, idem quod *Stœchas*.

STICA, sunt astringentia externa, ut bolus, sanguis draconis &c.

STICTICUM EMPLASTRUM, est vulnerarium, fortificans, deficcativum, consolidans.

STIGMA, est cicatrix unde cutis deformatur, à στίζω pungo. B. Een Lid-teiken / Brandmerk. G. Brandmal / Brandzeichen. Gall. *Signe* vel *Marque de Playe*. A. A Skarr, gash, marke.

STILLICIDIUM SUPRA PARTEM, vide *Embroche*.

STILLICIDIUM URINÆ, idem quod *Stranguria*.

STIPES, est pars plantæ inter radicem & ramos, idemque quod caulis.

STIPULÆ, sunt folia culmum ambientia.

STOEBE, est species Scabiosæ, Jaceæ &c. dici volunt à στοιβάζειν instipando, cogendo: fortè quia juxta vias calcandas succrescat.

STOECHAS & STICHAS, est planta Arabica spicata: Stichas nomen accepit à Stœchadibus ex adverso Massiliæ sitis Galliæ insulis, in quibus provenit, Arabicæ factionis Authores patriam stichada reliquis omnibus prætulerunt, hinc sequaces illorum gentili cognomento *Arabicam* nuncuparunt. Sunt qui rectius *Stachyn*, quasi spicam, dici existiment.

STOLONES, vocatur coliculorum soboles, inutilisque è radicibus fruticatio.

STOMA, Os, seu cavitas, lingua, dentibus, palato &c. præditum. Item, oscula vasorum dehiscentia, dicuntur *Stomata* & *Ora*. B. Mondekens. G. Mundlein.

STOMACACE, est scorbuti symptoma, illud ob oris malè olentis & putridi vitium dicitur. G. Durch-fäule.

STOMACACIA, idem quod *Stomacace*, & *Scelotyrbe*.

STOMACHICA, sunt medicamenta, adversus stomachi morbos. B. **Maagmiddelen.**

STOMACHUS, quandoque sumitur pro toto stomacho, verum strictè refertur ad sinistrum ventriculi orificium cibis recipiendis destinatum, & plurimis nervis ex ramo paris vagi & intercostalis intertextum, ex στόμα os, & χέω fundo: vel à στόμα os, & ἄγχω coarcto: aliis à στενὸς & μακρὸς, angustus & longus. B. **Krop der maag / de linker Mond des maags.** G. Das unterste an der speise-röhr / der Magen. Gall. *L'etomac.* A. The stomak.

STORAX, vide *Styrax.*

STRABILISMUS, idem quod *Strabismus.*

STRABISMUS, seu STRABILISMUS & STRABOSITAS, est oculi spasmus, quo pupilla versus nares, vel tempora, vel frontem, vel genas trahitur: ita ut objecta cerni nequeant è directo, sed in contrarium flexo oculo. Est vero hic spasmus plerumque perpetuus, vel in uno tantum, vel in utroque oculo, atque iis versus unam partem, vel altero versus contrarium, contortis. Hinc evenit, quod objecta dupliciter repræsentantur. Causa non tantum à spasmo sed à relaxatione, paralysi, nimia musculorum oculos moventium longitudine, aut brevitate &c. à στραβίζω sum oculis distortis. B. **Scheel-oog / dubbelt gesigt.** G. Das schielen / ein schielender. Gall. *Louche, Bigle.* A. Asquint.

STRABOSITAS, idem quod *Strabismus.*

STRAMONIA, *Pomum Spinosum, Malum Spinosum, Nux Methel*, synonyma sunt: unde ejus Etymologia derivetur, necdum assecutus sum. B. **Doorn-appel.** G. Stech-apffel / Rauch-apffel. Gall. *Pomme de Pern.* A. Thorn apple.

STRANGURIA, sive URINÆ STILLICIDIUM, est, quando urina guttatim cum dolore stillat cui adest indesinens mingendi conatus, fit autem vel ex potu, &, ut passim creditur diverso, una vice hausto, vel gonorrhæa, in dysuria, vesicæ calculo, &c. ex στάγξ gutta, & οὖρον urina. B. **Droppelpis / de houde pis.** G. Kältpiß / der harn wind Gall *Stranguri, difficulte d'urimer, retention d'urine* A. The strangury.

STRATIFICATIO, est corrosio per pulveres corrosivos; fit cum crucibulum, metallo laminato & pulveribus corrosivis repletur, faciendo S. S. S. hoc est ponendo aliquid

liquid de pulvere corrosivo in crucibulum, & huic supersternendo tenuem laminam corporis metallici, & sic pergendo, donec vas repleatur, postea ponuntur carbones per circuitum, vel datur ignis reverberii paulatim augendo, ut res postulat.

STRATIOTES, vide *Millefolium*.

STRATIOTES, vide *Militaris*, à στρατεύω milito. Στρατιώτης est miles.

STRATUM SUPRA STRATUM, vide *Stratificatio*.

STRIÆ, plantis partes sunt quædam quæ protuberant & eminent. Hinc striatus caulis, qui hujusmodi striis est præditus, aut striaturis est exasperatus. *Strigiles* etiam, si Vitruvio credimus, appellantur.

STRICTOR seu CONSTRICTOR, idem quod *Sphincter*.

STROBILUS, est Articocalus seu scolymus: sic dicitur quod ejus capitulum structili nucleorum serie pineam nucem referre videtur, à Στρόβος vertex, turbo. Vide *Articocalus*.

STRUMA, idem quod *Scrophula*.

STRUTHIOFERA, est Filicis species, sic dicta, quod ejus folia avem struthium referant.

STRUTHIUM, vocatur *Ostruthium*; sed Theophrastus aliam plantam innuere videtur, qua fullones utuntur. Nomen non habet à πρασίζειν quod lanas purget, candidasque reddat: sed vox πρασίζειν à πράσις derivata est, quod herbâ hac lanæ mundarentur. Verisimilius nomen illud impositum à floris pulchritudine & similitudine alarum passeris, quam situs foliorum struthii præ se fert. Vide *Saponaria*, à præcipua & utiliore parte *Radicula* Romanis est appellata.

STRYCHNOS, STRYCHNON, dicitur & Στρύχνος, vide in *Solanum*.

STRYPHNA, vide *Astringentia*.

STUPEFACIENTIA, idem quod *Narcotica*.

STUPHA seu STUPA, est linteum liquori intinctum & parti dolenti admotum, idem quoque quod *Laconicum balneum* vel *Sudatorium* aut *Vaporarium*.

STUPOR, est id quod sensum tactus tollit; ut obstructio nervorum in Paralysi. Vel quando quis ex casu, lapsu aut alia plaga in caput stupet, & talis stupor vocatur Gr. Ἔκπληξις. Idem fit in *Hæmodia dentium*. Vel quando pes, brachium, postque musculo premendo & incumbendo di-

euntur dormire, & quando remittuntur, punctionis ſenſum ſubſequitur. B. Doof-gevoelig / een ſlapend gevoel. G. Erſtarrung/ Erſtummung. Gall. *Stupidité*. A. Numneſſ.

STUPPA vel STUPA, vide *Stupha*.

STYLOCERATOHYOIDES, ſunt muſculi oſſis Hyoidis oblique ſurſum trahentes, oriuntur à Styliformis appendice externo, qui in os Hyoidis cornua porriguntur, ex στύλος ſtylus, & κερατοειδὴς cornuformis. B. Pziem-wijſe tong-beens hoozn-ſpieren.

STYLOGLOSSUM, eſt par muſculorum linguam attollens, à ſtyliformi appendice natum, quod circa linguæ medium inſeritur, ex στύλος ſtylus, & γλῶσσα lingua. B. Pziem-wijſe tong-ſpieren.

STYLOHYOIDES, idem quod *Styloceratohyoides*.

STYLOIDES, ſeu BELENOIDES, ſunt proceſſus oſſium ſtyliformes, poſterius baſi ipſius cranii infixi, ex στύλος ſtylus, & εἶδος forma.

STYLOPHARYNGÆUS, eſt par muſculorum gulam dilatans; ab appendice ſtyliformi deſcendens, in gulæ latera exporrigitur, ex στύλος ſtylus, & φάρυγξ gula. B. Des pziemwijzigen ragchen-ſpier.

STYMMA, eſt ſpiſſamentum ſeu craſſamentum rerum (florum, rerumque aliarum) quod remanet poſt macerationem & expreſſionem oleorum.

STYPTICA, idem quod *Aſtringentia*, à στύφω aſtringo.

STYRAX, ſive STORAX, eſt *Siccus* & *Liquidus*, ſiccus dicitur *Calamita*, à cannarum calamis ſic dicta, in quibus olim ex Pamphilia apportabatur. Eſt gummi alicujus arboris Betulæ vel Cydonio non abſimile. Florem profert album; fert quoque nuces ferè uti *Staphylodendrum*, ſed rotundiores. Ex cortice ſtillat illud gummi ſeu reſina, quæ concreſcens odoris eſt ſuaviſſimi. Fertur ad nos non in cannis, ut olim, ſed in globulos concretus. Venit ex Syria, Silicia, Pamphilia &c. Debet eſſe pinguis, lentus, fragmentis albicantibus ruffeſcens, vel flavus, odore perſeveranti, qui dum mollitur, melleum liquorem reddit, *Styrax* porro *Liquidus*, inſtar Terebinthinæ ſpiſſus eſt & graveolens. Unde veniat necdum ita planum: quidam putant eſſe factitium quid, alii quod ex fructibus & corticibus ejuſdem arboris exprimatur: Alii eſſe Myrrhæ ſtacten. Gr. Στύραξ dicitur tela ſeu canna, in quibus olim ſolebat colligi & conſervari.

Su-

SUBACTIO, est, quando res quædan manibus tractatur; & dicitur de mistione & emollitione Emplastrorum ceræ & similium massarum, manibus vel in mortario cum pistillo facta. B. **Onderbzenging.** G. Auffweichen / erweichen. Gall. & A. Subaction.

SUBCARTILAGINEUM, idem quod *Hypochondrium.*

SUBCLAVIA VASA. sunt venæ & arteriæ quæ sub clavicula transeunt. B. **Onder sleutelbeens Vaten.** G. Des unterschlüsselbeins Gefässe. Gall. *Vaisseaux Souclaviculaires*, & *Souclaviers.* A. The Vessels under the Channel Bone.

SUBCLAVIUS MUSCULUS, ita dictus, quod sub clavicula situs sit, spacium replet inter claviculam & primam costam. Oritur carnosus à parte interiore & inferione claviculæ: inseritur carnosus in partem superiorem primæ costæ, quam sursum & extrorsum trahit. B. **De Onder sleutelbeens Spier.** G. Der Schlüsselbeins Mauß. Gall. *Muscle Souclaviculaire.* A. The under Muscle of the Channel bone.

SUBER, dicunt à subire, quod mergi nequeat, vel à Græcâ voce σύφαξ, sive corium, nam cortex est, vocatur etiam φελλὸς à φελλεύειν à levitate, quod aquis semper innatet, nec obruatur. B. **Kozk-boom / Vlot-hout.** G. Gorck-baum / Pantoffel-holtz-baum. Gall. *Lige.* A. Cork, an à Συφαξ, cortex exuvium.

SUBETH AVICENNÆ, idem quod *Coma.*

SUBLIGACULUM, idem quod *Bracherium.* Vide *Amma.*

SUBLIMAMENTUM, idem quod *Enæorema.*

SUBLIMATIO, est sicca subtiliorum partium per ignem in sublime elevatarum, & vasi adhærentium, extractio. Uti sunt Mercurius dulcis &c. significat quoque exaltationem alicujus rei, quando à debiliori statu res in statum majorum virium elevatur. B. **Opheffinge / verheffinge.** G. Erhöhung. Gall. & A. *Sublimation.*

SUBLIMATORIUM, est instrumentum vitreum vel figulinum, instar cucurbitæ cum capitello non rostrato, in quo res volatiles & siccæ in altum elevantur, uti sunt Mercurius sublimatus, cinnabaris, flores salis armoniaci &c. nomen habet à sublimando, inde *Sublimatum*, materia ignis ope elevata; & *Sublimatorium*, instrumentum quo elevatur. B. **Een Sublimeer-tuig.** G. Ein Sublimier-gefässe. Gall. *Sublimatoire.* A. Sublimatorie.

SUBLIMATUM, eſt res elevata per ignem, uti flores ſulphuris &c. B. Sublimaat / bloem / opheveling. G. Sublimat. Gall. & A. *Sublimate*, *Sublime*.

SUBLIMIS MUSCULUS, idem quod *Perforatus*.

SUBLINGUALES PILULÆ, ſive Hypoglottides, ſunt quæ ſub lingua collocantur, ad bonum halitum, ad tuſſim &c.

SUBLUXATIO, ſive elongatio, eſt quando os paululum tantum promovetur à ſinu: vel eſt oſſis alicujus de loco ſuo aliqualis dimotio. B. Verdringing. G. Das verrencken / verrucken. Gall. & A. *Subluxation*.

SUBSCAPULARIS MUSCULUS, vide *Infraſcapularis*.

SUBSIDENTIA, idem quod *Hypoſtaſis*, & *Sedimentum*.

SUBTILISATIO, Chymicis dicitur diſſolutio, qua partes craſſiores à ſubtilioribus ſeparantur. Illa eſt quando corpora brevi temporis ſpatio diſſolvuntur, eſtque iterum duplex, *Elevatio* vel *Deſcenſio*. Hæc dicitur, quæ tempore longiore res diſſolvit. Eſtque *Exaltatio* & *Digeſtio*.

SUBVOLA, idem quod *Hypothenar*.

SUCCAGO, vide *Apochyliſma*.

SUCCEDANEUM, idem quod *Antiballomenon*.

SUCCENTURIATI RENES, vide *Capſulæ Atrabilares*.

SUCCIDUS, idem quod *Oeſypus*.

SUCCINUM, à quibuſdam inter mineralia recenſetur; alii tamen illud pro terebinthina habent, quæ æſtivo tempore ex arboribus (quæ juxta aquas creſcunt, in aquam, & ex ejuſmodi ſortis arboribus, in terram, quæ certis temporibus, maris nempe fluxu & refluxu, aqua marina obducitur) deſtillat: poſtea hinc & inde aquæ ſuperficiei innatans, vel potius fundum petens, in ſuccinum mutatur. Colore differt, habetur enim *Album*, *Flavum* ſive *Phalernum*, *Citrinum* ſive *Cereum* & *Nigrum*, quod omnium vilius eſt, ſed album præ omnibus eſt præferendum. Dum adhuc liquidum eſt, varia animalcula involvuntur, uti muſcæ, culices, araneæ, feſtucæ &c. uti inter rariora mea videre eſt. Chymica Analyſis docet, *Succinum* ex multo oleo, pauca aciditate, & magna ſalis volatilis parte conſtare, illud oleum & ſal volatile, optima ſunt medicamenta; ſed ipſum ſuccinum crudum tanti non eſt æſtimandum. Dicitur *Ambra*, *Electrum*, *Chryſolectrum*, *Carabe*, *Gleſſum*, (*Gentarum* Pruſſorum, *Smalternium* Scytharum, *Sacul* Ægyptiorum putatur) Paracelſo. B. Amber / Barnſteen / emmer. G. Ag-

G. Agſtein / bernſtein / gentar / bornſtein bremſtein. Gall. *Ambre*. A. Amber.

SUCCISA, eſt *Morſus Diaboli*, ſic dicta, quod ejus radix ſemper quaſi ſucciſa & commorſa exiſtat. B. Duivelş beet. G. Teuffels-abbiß / Abbiß. Gall. *Mors de Diable*. A. Devils-bit.

SUCCOLLATA, vide *Chocolata*.

SUCCOTRINA ALOE, dicitur quibuſdam quaſi conſtans ex ſucco citrino, quia pulverem præbet crocei coloris: vel denominatio venit ab inſula *Socotra* ubi copioſè creſcit.

SUCCUBUS, eſt *Incubus* mulieribus noctu adveniens, putantes cum incubo rem veneream habere. Idem quod *Epialtes*, vide *Ephialtes*.

SUCCUS, ſucci in officinis vocantur expreſſi liquores, ſeu expreſſæ eſſentiæ ex radicibus, foliis, floribus, fructibus &c. ſucci aliquando in ſpiſſam condenſantur conſiſtentiam, evaporando nempe, ut ſuccus glycyrrhizæ, acaciæ, hypociſtidis, &c. item, qui ex arbore, vel frutice ſauciata emanat, ut ſuccus vitis, betulæ &c. B. Sap. G. Safft. Gall. *Suc*, *Jus*. A. Juice.

SUCCUS CEREBRALIS, vide *Spiritus*.

SUCCUS NERVOSUS, vide *Spiritus*.

SUCCUS PANCREATICUS, vide in *Callicreas* & *Ductus Pancreaticus*.

SUCCUS NUTRITIUS, idem quod *Chylus*.

SUDAMINA, Gr. ἱδρωτα, ſunt exanthemata in ſumma cute corporis hærentia, granis milii ſimillima, quæ ἑλκώδης cutem exaſperant, à *Plinio* papulæ ſudorum appellantur. Affectus familiaris eſt pueris & juvenibus, præſertim temperamento calidioribus, qui æſtatis tempore nimis moventur, & exercentur, in collo, ſcapulis, pectore, brachiis, & femoribus, frequentius tamen circa pudenda & anum accidens. B. Zweet-zweertjeş / water-puiſjeş. G. Grubel-ſucht / ſchwülen / ſchweiß-flecke. Vide *Hydroa*.

SUDATIO, eſt ſudoris eruptio, quæ fit à morbo, ab exercitio, aut medicamentis diaphoreticis. Gr. ἱδρωσις. B. Sweetinge G. Das Schwitzen. Gall. *Suement*. A. A ſweating.

SUDATIONES, idem quod *Sudamina*.

SUDOR, eſt humor aquoſus, ex plurimâ aquâ, mediocri ſulphure & ſale conſtans, caloris & fermentationis ope, inter-

interdum quoque & sanguinis debilitate, per cutis poros sive glandulas aut tubulos lymphaticos, expulsus, & à frigore externo condensatus, qui in guttas colligitur. Istum humorem, cutis glandulæ, si calor fuerit paulo intensior, à sanguine separant, qui deinde per lymphica vasa, & tubulos foras erumpit. Gr. Ἱδρὼς. B. Sweet. G. Schweiß, Gall. *Sueur*. A. Sweat.

SUDOR ANGLICUS, sive HYDRONOSOS, & HYDROPYRETOS, in Anglia febris est species, qua quis unico die liberatur vel moritur, vagabunda est & contagiosa, finitur ut plurimum per sudorem, unde & febrem etiam *Sudorem* appellant incolæ. Quibus per sudorem solvitur, ferè omnes evadunt, sin minus, maxima pars perit. B. Sweet-koorts. G. Schweiß fieber, Gall. *Fievre Suante*, A. The Sweating feaver.

SUDORIFERA, vide *Hidrotica*.

SUFFERSURÆ, dicuntur exanthemata, vel pustulæ, quæ pueris ex calore solent evenire, interdum sicciores, interdum humidiores.

SUFFIMENTUM, idem quod *Suffitus*.

SUFFITUS, est pulvis crassiusculus, ex plurimis odoriferis paratus, qui super carbones vivos injectus, non ingratum odorem & fumum à se diffundit. Vocatur & *Suffimentum Plin. Suffitio Ibidem*, *Suffimen Ovidio*. Gr. Θυέιαμα, Θυείασις. B. Kooking. G. Das Rauchern/ Beräucherung. Gall. *Parfum*, *Parfumement*. A. A Perfuming, fumigation.

SUFFOCATIO HYPOCHONDRIACA, vide *Hysterica Passio*.

SUFFOCATIO HYSTERICA, vide *Hysterica Passio*.

SUFFOCATIO UTERINA, vide *Hysterica Passio*.

SUFFRUTICES, sunt quæ compluribus ramulis, surculisque lignosis scatent, sed minutis constant foliis.

SUFFUMIGABULUM, est instrumentum, quo utimur in suffimentis accendendis. B. Een kooli-tuig. G. Räuch-zeug. Gall. *Encensoir*. A. A Censor, smoaking vessel.

SUFFUMIGIUM, vide *Suffitus*.

SUFFUSIO, vide *Hypochyma* & *Cataracta*.

SUGILLATA, vide *Enchymoma*.

SUGILLATIO, vide *Enchymoma*.

SULPHUR, est resina sive terræ pinguedo vitriolica aciditate

ditate gravida. *Nativum* seu *Vivum* prostat in officinis & *Factitium*. *Nativum* ex terra effoditur, purum, solidum, interdum scissile & ignis expers. Habetur & *Solare Americanum Pellucidum*, quam speciem inter alia sulphura reservo. *Factitium* vel ex vivo sulphure impuriori vi ignis educitur, vel ex aquis sulphureis excoquitur. *Sulphur Caballinum*, fæces sunt è coctione sulphuris vivi impurioris relictæ & in urceos admixtis nonnunquam squammis martis transfusæ. Adhæresçunt quoque interdum quædam striæ sulphureæ camino, ubi vitriolum ex sua vena excoquitur, quæ nihil aliud sunt, quam sulphuris flores ex vitriolo dum excoquitur, elevati. Horum copiam exhibet Suecia sat magnam. Exhibet chymia & artificialia sulphura, ex Antimonio, cinnabare &c. sulphur stillatitium, nitidissimè figuratum, & purissimum, inter κειμήλια mea reservo. Eligatur colore optimè flavescens, facile inflammabile, luculenter ardens, fumumque magis cæruleum halans. Gr. Θεῖον. Arab. *Cibut*, *Chybut*, *Crybtit*, *Rabric Albusao*. Chym. *Akiboth*, *Abusal*, *An*, *Anerit*, *Anerick*, *Alnerick*, *Kibrith*, *Kaprili*, *Lamare*, *Tisasum*, *Tin*, *Usisur*. B. Swavel / Solpher. G. Schwebel / Schweffel. Gall. *Soufre*. A. Brimstone, sulphur. Omnia etiam olea, resinæ, Adipes & pinguedines Chymicis sub nomine sulphuris veniunt, sive ex vegetabilibus, sive ex animalibus; imo omne, quidquid est inflammabile sulphur habet. Sulphur propriè constat ex particulis ramosis, facile aliis adhærentibus.

SULPHUR COELESTE, est Alcohol vini.

SUMACH, est vox Arabica: idem quod *Rhus*.

SUMMITATES, seu COMÆ, aut CORYMBI, sunt cacuminula herbarum, *Summitates* dictæ, & dicuntur de herbis foliorum minutiorum, ut absinthii, centaurii &c. B. De opperste topjes. G. Der wipffel / das oberste am kräutern. Gall. *Le Sommet*. A. The tops.

SUPERBUS MUSCULUS, est is qui oculum attollit, superius locatus: oritur juxta foramen ubi nervus opticus oculi orbitam intrat, venter ei carnosus est & teres: finis tendo tenuissimus est ad corneam porrectus. B. De hovaardige spier. G. Der Hoffertige mauß. Gall. *Muscle Orgueilleuse*. A. High minded muscle.

SUPERCILIUM, dicitur quod *Supercilium* sit. Gr. Ἐπισκύνιον & Ὀφρύς. *Supercilia* dicuntur pili in frontis fine su-

pra oculos, excipientes quæ à capite defluunt, ne in oculos delabantur. B. **Wijmbrauwe.** G. quid Die Augbrawen / Augen wimpren. Gall. *Les Sourcils.* A. An eye browe. Partes ad sinuum orbem instar labrorum circa ossa prominentes, & sinus cavitatem augentes, *Supercilia* quoque dicuntur & *Labra.*

SUPERFOETATIO, seu EPICYEMA, est cum post conceptum fœtum, ex congressu iterum novus concipiatur, cujus exempla apud *Sennertum* aliosque prostant. B. **Over bevrugting.** G. Uber Empfangung. Gall. *Superfetation.* A. Idem.

SUPERGEMINALIS, idem quod *Epididymis.*

SUPERHUMERALIS, idem quod *Epomis.*

SUPERIMPRÆGNATIO, idem quod *Superfœtatio.*

SUPERLIGAMEN, idem quod *Epidesmus.*

SUPERLIGULA, idem quod *Epiglottis.*

SUPERPURGATIO, vide *Hypercatharsis.*

SUPERSCAPULARIS SUPERIOR, idem quod *Supraspinatus.*

SUPERSCAPULARIS INFERIOR, idem quod *Infraspinatus.*

SUPINATOR MUSCULUS, est duplex amboque movent radium. Primus est *Supinator Longus*, ab extremo humeri ossis tuberculo, ad radii apicem tendine membranaceo, funiculoso ac valido descendit ad inferiorem. Alter *Brevis* est *Supinator*, ab externo brachii processu emergens, circa radii medium tendineus ut supra, desinit. Hi ambo radium extrorsum movent. B. **De achteromkeerende spieren.**

SUPPLANTALIA sive HYPOPEDIA, sunt Medicamenta externa, quæ in formam cataplasmatis pedibus alligantur: componuntur ut plurimum, ex fermento acido, sinapi, raphano silvestri, sale, sapone, pulvere pyrio &c. B. **Voet-pappen.** G. Fuß-pappen. Gall. *Supplantale.* A. Feet pultise.

SUPPOSITORIUM, à *Supponendo*, dicitur & *Glans* & *Balanus*, est Medicamentum rotundum, longitudine digiti medii in adultis: in pueris digiti minimi aut paulo minus, ex melle, sale, & speciebus purgantibus, ut plurimum confectum, quod ano inseritur. B. **Een setpil.** G. Stulzäpfflein. Gall. *Suppositoire.* A. Suppositorie.

SUPPRESSIO MENSIUM, est, quando mulierum mensium

ſium expurgatio ceſſat, ſive à morbo, ſive ab imprægnatione aut lactatione. B. **Ophoudig van de Vrouwe ſuivering.** G. Stilſtand der monat-fluß. Gall. *Suppreſſion de mois.* A. A ſtopping of the menſtrual fluxe.

SUPPRESSIO URINÆ, idem quod *Iſchuria.*

SUPPRESSIONIS IGNIS, eſt ignis ſupra arenam.

SUPPURANTIA, ſunt ea quæ abſceſſum maturant. B. **Rijpende middelen.** G. Eiter Machende mittlen. Gall. *Suppuratifs.*

SUPPURATIO, vide *Abſceſſus.*

SUPRASCAPULARIS, idem quod *Infraſpinatus.*

SUPRASPINATUS MUSCULUS, ſive SUPERSCAPULARIS SUPERIOR, aliis *Rotundus minor*, ſupra axillam carnoſus & oblongus implet cavitatem inter coſtam ſcapulæ ſuperiorem, & ejuſdem ſpinam, è qua naſcitur. Inſeritur vero tendine lato & valido cervici humeri ad articuli ligamentum, articulum primum ſupervectus. Brachium ad exteriora circumagere retrorſum videtur.

SURA, eſt poſterior, intra genu & pedem infimum, maxime carnoſa & extuberans pars. Gr. Γαστροκνημία. B. **De Braye / de Kuit.** G. Die Waden am Schenckel. Gall. *Le Gras de la Jambe.* A. The Calfe of the Legge. Item *Os* ſignificat *Fibulæ.* Vide *Fibulæ Os.*

SURCULUS, eſt quod ex ramis ſimplex ac individuum oritur, eſtque velut germen quoddam ex ipſo trunco vel caudice productum.

SURDITAS, idem quod *Cophoſis.*

SUSPIRIUM, eſt cum magno nixu reſpiratio fit rurſumque cum ſonitu efflatur ſuſceptus aër. Hoc evenit triſtibus & iis, qui ſæpe contriſtantur, in conſuetudinem tranſeunt, ut etiam inſcii, & ſine triſtitia ſuſpirent in morbo quoque Melancholico; in Cachexia, in debili valetudine, & maximè cum quis ab animi deliquio revertitur: fœminæ quoque magis ſuſpiriis afficiuntur quam viri. Gr. Στεναγμὸς & Στεναχή. B. **Sugting.** G. Ein Seufftzer. Gall. *Souſpirement.* A. Sigh.

SUSURRUS, idem quod *Tinnitus.*

SUTORIUM ATRAMENTUM, idem quod *Vitriolum.*

SUTURA OSSIUM, eſt connexionis ſpecies, imitans compagem duarum ſerrarum, vel veſtium ex plurimis pannis laceris compoſitionem. In cranio ſuturæ ſunt Coronalis,

lis. B. Kroon-naad. G. Scheytel-nath. Sagittalis, Lambdoides & Mendosa. Commissuræ cranii item vocantur. Gr. Ῥάφαι, Συμβολαὶ, Γόμφοι. B. Een Naad. G. Eine Fuge / Nath. Gall. *Suture*, *Juture*. A. Suture.

SUTURA, est connexio labiorum vulneris aut aliarum partium mollium, quæ duplex est; *Actualis*, quæ fit acu triangulari, cannula & filo cerato. Sutura autem hoc modo fit: in medio vulneris acu duplex filum trahente, si vulnus sit magnum, vulneris labia transfiguntur, & facto nodo filum paulo supra nodum resecatur, deinde in mediis utrinque spatiis alii punctus simplici filo fiunt, & facto nodo similiter filum abscinditur, idque continuandum donec labia vulneris rectè consuta sint. Quæ sutura interscissa vocatur, quod post singulos punctus facto nodo filum abscinditur; prospiciendum ne nimis rara nec nimis crebra fiat, monendum, suturas ita faciendas esse, ne ore ipsæ extorto se contingant, ut si quid intus humoris concreverit, sit, qua emaneat. Unde Chirurgi turundas vel penicilla unguentis illita, immittere solent. Est & alius suturæ modus, qui prorsus câ ratione perficitur, quâ pelliones peiles consuere solent, vulneratis intestinis & venis & arteriis dissectis accommodatus. Aliam describit *Celsius* quæ fit duabus acubus. Et *Potentialis*, sive emplastro firmiter conglutinante, quæ vocatur sutura per glutinum, est in hac apparatus talis: lintea comparantur valida, æqualia, mollia, quadrangularis, triangularis, vel alterius figuræ, prout vulneris situs & membri, cui applicari debent, constitutio requirit, quæ in parte, qua vulnus respiciunt, complicentur vel suantur subtiliter & fila per latitudinem eorum aliquoties trajiciantur: linteis istis annectuntur ansulæ è filo duplicato vel multiplicato & contorto cera oblito, ea distantia, quam suturæ habere solent, aut etiam minore linteis istis inducatur glutinum, ex medicamentis astringentibus & viscosis compositum, qualia sunt *Albumen Ovi*, *Bolus Arm. Thus*, *Mastix*, *Sarcocolla*, *Farina Volatilis*, *Gypsum*, *Tragacantha*, *Gummi*, *Resina pinguis* &c. Suturæ hæ, circa corpora aut vulnera tenera adhibentur, quæ acum non ferunt. B. Een hegting. G. Eine fuge / nath / hafftung. Gall. *Connexion*, *Conjunction*, *Suture*. A. Suture.

SYCAMINOS, & SYCAMINEA, est Morus: volunt dici quasi σύκων ἀμείνω, quod fructum ferat, *Qui Ficubus Melius*

lius Sapiat. Sed alii à παρὰ τὸ σύειν sive σεύειν καὶ κάμινον & *Movendo*, *Expellendo* & *Colore:* quod ligno cum sit validissimo & firmissimo, una nocte, magno cum impetu expellat germina, florem, fructumque, adeo ut sonitum etiam excitet. Quidam derivant à particula σὺ & κάμινος, quasi dicerent, tu nigra es morus. Vide *Morus.*

SYCE, Gr. Σύκη, Συκέη, ficus arbor, Σῶκον ficus fructus, à σεύω quod celeriter crescat. Alii à σεύεσθαι concitari, & κύειν osculari & uterum gerere.

SYCOMA, idem quod *Sycosis.*

SYCOMORUS, sic dicitur, quod cum ficu & Moro similitudinem habeat.

SYCOSIS, SYCOMA, MARISCA, seu FICUS, est carnis excrescentica circa anum à ficus similitudine appellata. Est etiam ulcus, quod à fici similitudine Σύκωσις à Gr. nominatur, quia caro in eo excrescit: & id quidem generale est. Sub eo vero duæ species sunt. Altera ulcus durum & rotundum est: altera humidum & æquale. Ex duro exiguum quiddam & glutinosum exit: ex humido plus & mali odoris. Fit utrumque in iis partibus, quæ pilis conteguntur: sed, id quod callosum & rotundum est, maximè in barba; id vero quod humidum, præcipuè in capillo, à συκὴ ficus. B. **Een Vijggeswel.** G. Feig wartzen. Gall. *Condylome*, *Figue.* A. Fig tumour.

SYDERATIO, vide *Apoplexia.*

SYLVÆ MATER, vide *Matrisylva.*

SYMBEBECOTA, sunt accidentia sanis contingentia: nam Symptomata ægris obvenire dicuntur, à συμβάλλω accido.

SYMMETRIA, est bona temperies, sive pars sanitatis, in conveniente qualitatum constitutione consistens, ex σὺν cum, & μέτρον mensura. B. **Een Gematigtheid.** G. Mässigkeit. Gall. *Temperament.* A. Temperance, Temper.

SYMPASMA, idem quod *Catapasma.*

SYMPATHIA, est morbus ab alio morbo dependens. Ut si quis nephritide laboret, per consensum sæpè vomiturus est. Sic à Pleuritide, spirandi difficultas subsequitur, à συμπάσχω compatior. B. **Medelijdigheid.** G. Mittleiden. Gall. *Sympathie Arcord*, *Convenance.* A. Consent.

SYMPATHETICUS, dicitur de vitrioli pulvere, quo vul-

vulnera ſanantur, modo ſanguinem attingat, ſed hæc nugæ ſunt, nam vulnera abſque illo pulvere, ſimplici deligatione, ne ab aëris injuriis afficiantur, ſanantur. Porro, an habeant aſtra, lapides, ſigna quædam fictitia, conſenſum, influxum, aut ſympathicum nobiſcum, eſſet inquirendum, ad me quod attinet, nego. De pulvere Sympathetico integrum librum ſcripſit *Kenelmus Digbæus.*

SYMPEPSIS, eſt humorum in abſceſſum abeuntium coctio, à συμπέπτω concoquo.

SYMPHONIA, idem quod *Harmonia.*

SYMPHYSIS, eſt oſſium coalitio, quæ fit abſque motu, & duo tamen oſſa ſe invicem tangunt, vel ad ſe mutuo appropinquant; eſtque vel abſque medio, ut *Rhaphe*, *Harmonia*, *Gomphoſis:* vel per medium, ut in cartilagine, ligamento, carne, à συμφύω concreſco. B. **Aangroeijing.** G. Anwachs. Gall. *Symphyſe.* A. Joining.

SYMPHYTON, vide *Emphyton.*

SYMPHYTUM, eſt Conſolida major: dicitur à συμφύω concreſco, conglutino, quia vulnera citiſſimè conſolidat. *Solidago* & *Conſolida*, à conſolidando etiam appellatur. Vide *Conſolida.*

SYMPTOMA, ſive ACCIDENS, eſt res contra ſanitatem in corpore noſtro à morbo profecta. Eſtque vel morbus à morbo ortus, vel morbi cauſa à morbo nata: vel Symptoma ſimplex. Hoc poſtremum eſt actio læſa, excrementorum vitium, qualitas corporis immutata, à συμπίπτω accido. B. **Een toeval / een Accident.** G. Ein zufall / Accident. Gall. *Symptome*, *Accident.* A. An Accident, Chance or Symptom.

SYNACTICA, ſunt Medicamenta contrahentia, à συνάγω contraho.

SYNAITIA vel SYNÆTIA, vide *Continens Cauſa*, ex σὺν cum, & αἰτία cauſa.

SYNANCHE, eſt Anginæ ſpecies, quæ dicitur vel à ſuſpendii ſimilitudine, quod non ſecus, quam laqueus præfocans enecet. Gr. Ἄγχων enim laqueus eſt: vel à συνέχειν, quod ſpiritum continendo reſpirationem inhibeat, ut *Aurelianus* inquit, eſt anginæ ſpecies, ſive inflammatio p.s. in muſculis faucium exterioribus. Vide *Angina*, à συνάγχω coarcto. B. **Quade keel.** G. Braune / kälengeſchwär / halſwehe. Gall. *Eſquinancie.* A. The quinſey.

SYNARTHROSIS, eſt articulatio, interveniente cartilagi-

lagine, à συναρθρόω. B. t'ſamen-leding/ nauw in malkander geſlote leding. Vide *Articulatio.*

SYNCAMPE, eſt flexura, ſive locus, ubi pars brachii inferior committitur cum ſuperiore, & ad hanc inflectitur.

SYNCAUSIS, eſt combuſtionis ſpecies, quando excrementa, æſtu quaſi febrili, indurata ſunt.

SYNCHONDROSIS, eſt oſſium interveniente cartilagine connexus, ex σὺν cum, & χόνδρος Cartilago. B. kraekebeens vereeninge/ kraak-been binding.

SYNCHYSIS, eſt ſanguinis aut humorum confuſio p. s. in oculo, à συγχύω confundo.

SYNCIPUT, vide *Sinciput.*

SYNCOMISTUS, vide *Autopyrus*, item eſt cataplaſma ex pane cibario paratum, à κομίζω conveho.

SYNCOPE, eſt magna omnium virium cum pulſu debili aut deficiente & motus ſenſuſque privatione conjuncta proſtratio, à συγκόπτω concido. *Defectio Animæ Celſo. Deliquium Animi. Præceps Virium Lapſus.* Vide *Deliquium Animi.* B. Onmacht/ zwymelinge/ hert-bang. G. Eine ſchnelle und groſſe ohnmacht/ das beſchwemen. Gall. *Defaillance.* A. Feebleneſs.

SYNCRITICA, ſunt Medicamenta relaxantia.

SYNDESMUS, idem quod *Ligamentum.*

SYNDROME, eſt congreſſus variorum ſymptomatum in uno morbo concurrentium. Gr. Συνδρομὴ concurſus.

SYNEDREUONTA, ſunt ſigna communia, quæ una cum morbo invadunt: hæc cum morbis neceſſario non cohærent, nec fluunt ab eorum eſſentia, declarant tamen aliquid circa morbum: magnitudinem ſc: durationem, morem &c. à συνεδρεύω conſideo.

SYNNEUROSIS, eſt oſſium nexus ſeu alligatio, quæ fit interventu partium, ligamentorum ſc: ut femoris cum tibia &c. ex σὺν cum, & νεῦρον nervus. B. Band-hegting/ vleis-band.

SYNNYMENSIS, eſt talis connexio, qnæ fit ope membranarum, uti in recens natis oſſa ſincipitis junguntur oſſe frontis, ex σὺν cum, & ὑμὴν membrana.

SYNOCHA, eſt Febris continua, quæ continuo intenditur & remittitur, quæ ad plurimos dies extenditur, cum inſigni ardore & nonnunquam putredine conjuncta. Eſtque vel quotidiana, tertiana, vel quartana, à συνοχὴ una veho,

ho, sustineo. B. Een geduurige verminderende en verhyffende koorts.

SYNOCHOS, est febris continens, nullas remissiones habens, quæ ad plurimos dies quandoque extenditur. Estque simplex vel putrida, à συνέχω contineo. B. Een geduurige koorts sonder vermindering.

SYNOVIA, est liquor glutinosus intra articulorum commissuras. Item, recensetur inter species luis veneræ quando ille succus acris sit factus, membranas & ossa erodat &c. B. Lid-water. G. Glied-wasser.

SYNTASIS, est partium, à tumore vel alias, distensio, à συντείνω distendo.

SYNTENOSIS, idem quod *Syneurosis*.

SYNTERETICA, est pars *Hygicinæ* quæ præsentem sanitatem tuetur.

SYNTEXIS, *Plin. Consummatio Ciceroni*, est contabescentia & colliquatio corporis, quâ mollis primum caro tabescit, mox etiam solidarum partium substantia, à συντήκω colliquo. Vide *Marasmus*.

SYNTHESIS, est totius corporis structura & compages; sed strictè pro ossium compositione anatomica accipitur, à συντίθημι, compono.

SYNULOTICA, vide *Cicatrisantia*, à συνουλόω cicatricem infero.

SYPHILUS, idem quod *Lues Venerea*. Ex σῦς porcus & φιλέω amo: vel ut alii ex σὺν cum & φιλία amor. B. Verkens-lust.

SYPHON, idem quod *Syringa*.

SYRINGA, est instrumentum, quo liquores in anum, uterum & aures, &c. injiciuntur. Item, vas fistulosum, ut arteria aspera. B. Een spuit / siring. G. Eine sprütze. Gall. *Syringue*. A. A spout or syringe.

SYRINGA, derivatur à Σύριγξ fistula, quod ex illa arbuscula fistulæ fiant, vel quod fistulis utilis sit, sed quod inanis sit & totus concavus, ad fistulæ instar, minimumque habeat carnis & ligni.

SYRINGOMATA, sunt cultelli chirugici, quibus fistulæ inciduntur. B. Fistel-messes / Pijp-snyders / Fistel-snyders. G. Ein Fistelmesser. Gall. & A. *Syringotome*.

SYRINGOTOMIA, est Fistularum incisio, ex σύριγξ fistula, & τέμνω seco.

Sy-

SYRINGOTOMUS, eſt culter, quo fiſtula inciditur: vel is, qui fiſtulam incidendo accomodat, ex σύριγξ fiſtula, & τέμνω ſeco.

SYRONES, vide in *Phthiriaſis*.

SYRUPUS, SERAPIUM, Gr. Δρόσος Nic. Σηράπιον Actuario, aliis Συρητὸς, quaſi Κύριος ὀπὸς, ut cuidam placuit. Aliis à σύρω traho & ὀπὸς ſuccus, vel à *Sirab* voce Arabica ſignificans potionem. *Serapium* fortaſſis à *Sirapa*, quam vocem adulta Latinæ linguæ ætas, quæ *Columellam* tulit, agnoviſſe videtur, pro uſitato quodam condituræ olivarum genere: unde ad ſimiles condituras tranſlata ſit vox, eſt medicamentum internum fluidum, ex decoctis, ſuccis, vel infuſione, cum addito ſaccharo vel melle, in eam conſiſtentiam coctum; ut gutta in marmore non diffluat: eſtque ſimplex vel compoſitum: item alterans, Purgans, ad Tuſſim, Confortans, Stomachicum, Nephriticum, Scorbuticum, &c. B. **Een Syroop.** G. Sirup. Gall. *Syrop.* A. Syrup.

SYSSARCOSIS, eſt connexus oſſium mediante carne, ut in Hyoidis oſſe conſpicitur. Ex σὺν cum, & σαρκόω incarno. B. **Vleiſs-band / vleiſs hegting.**

SYSIRINCHIUM, vide *Siſyrinchium*.

SYSTEMA, idem quod *Syntheſis*, à συνίστημι conſtituo.

SYSTOLE, eſt cordis contractio, ejuſque ventriculorum commiſſio, qua cruor in arteriam aortam expellitur, à συστέλλω committo. B. **Toeſluiting des herts.** G. Das zuſammen drucken des Hertz. Gall. *Contraction du cœur.* A. Contraction of the heart.

SYSYGIA, eſt debita temperies, ex σὺν cum, & σύγος jugum.

T.

TABACUM, eſt Petum; nomen habet ab inſula Tabago. B. **Tabak / Toubak / bilſen-kruid van Peru.** G. Indianiſch-bein-welle / Indianiſch-wund-kraut / Heilich-wund-kraut / Toback. Gall. *Tabac, Nicotiane, Herbe Reine.* A. Tobacco.

TABELLA, eſt medicamentum internum ſolidum ex pulvere & triplo vel quadruplo ſacchari, in liquore accommodato ſoluti, ad ſpiſſam ſyrupi conſiſtentiam cocti & ſupra lapidem marmoreum in orbiculos effuſi, confectum. B. Koekjes / vide *Morſuli*. G. Küchlein / morſell. Gall. *Tablette*. A. A Morſel.

TABES, vide *Atrophia*.

TABES DORSALIS, ex ſpinali medulla præcipuè vero recentes ſponſos & libidinoſos corripit. Febris ſunt expertes, bene comedunt & colliquantur, quod ſi ita affectum perconteris, aſſerent, ſibi videri ex ſuperioribus partibus à capite velut formicas in ſpinam demitti, cumque urinam aut ſtercus reddunt, ſemen genitale copioſum & liquidum eis effluit, neque generatio fit, & inter dormiendum, cum uxore dormiat, nec ne, veneris ludibria patitur. Cumque alias, tum præcipuè cum per locum arduum iter fecerit aut concurrerit, anheloſus & imbecillis evadit, caput gravatur, & aures ſonant. Sic temporis progreſſu vehementibus febribus correptus perit ex lipyria febre. B. **Rugge Tering.** G. Schwind Sucht / Rucken Darre. Gall. *Eſtique de Dos*. A. A Conſumption in the ſpinal marrow.

TABULA, vide *Tabella* & *Morſuli*.

TABUM, eſt ſanies tenuis è malo ulcere exiens. B. **Waterig bloed.** G. Waſſericht blut / dicker oder zeher Eyter. Gall. *Sang Aqueux*. A. Waterish-blood.

TACAMAHACA, reſina eſt, ex Hiſpania nova huc allata. Colligitur ex vulnerata arbore inſtar Populi procera, admodum odorata, cujus fructus rubet, pœoniæ ſemen æmulans. Reſina autem colore accedit ad Galbanum, unguibus eſt albis, uti Ammoniacum, odorem ac ſaporem gravem refert, cutique tenaciter adhæreſcit.

TACTUS, eſt ſenſus, quo tactiles quorumvis corporum tactilium qualitates, ex diverſo nervorum, per totum corpus diffuſorum, motu, mediante cute, communi ſenſorio offeruntur, ibique percipiuntur, vel Tactus eſt rei tactæ, mediante cute, per nervos ſenſorio communi oblatæ, ibique perceptæ, ſenſus. B. **'t Gevoel.** G. Das fühlen. Gall. *Sens*, *Attouchement*. A. The Senſe of touching.

TÆNIÆ, ſunt lumbrici lati, vide *Lumbrici*, ubi *Cucurbitini* vocantur.

TAGETES, vide in *Tanacetum*.

TAL-

TALPA, est tumor ita dictus, quod sicut talpa sub terra repit, ita hic sub cute cranium depascit: referri potest ad species atheromatis. B. Een Blint Geswel. G. Ein blind geschwulst. Gall. *Tumeur avengle.* A. Mole tumour.

TALPARIA, idem quod *Talpa.*

TALUS, vide *Astragalus.*

TAMARINDUS seu THAMARINDUS, est arbor Fraxini aut juglandis, castaneæve amplitudine; Folia sunt solsequia, noctu se contrahentia, interdiu se explicantia, minutim incisa, vere forma & virore ciceris arietini, palmi magnitudine: flores fert albos & odoratos mali aurantii floribus perquam similes, è quorum medio exeunt quatuor fila alba & tenuissima, ex quibus siliquæ crassæ producuntur, primo virides, tandem maturæ cineritiæ, quæ intus nonnulla semina crassa, rubentia, dura & inæqualia, lupinorum magnitudine, pulpamque nigram gustui acidam, continent, per totam Indiam orientalem ferè. *Tamar* Arabibus & *Tamar-Indi* idem vult ac *Dactylus* Indi, quamvis dactylum vel glandem non referat. Gr. ὀξυφοινιξ Palmula acida: fructus conditi ad nos vehuntur. B. Tamarinde. G. Tamarinden.

TAMARISCUS, TAMARICE, TAMARIX, & AMARIX, nomen ex Gr. factum volunt à Μυρίκη, præposita syllaba τα, & υ littera mutata in α *Tamarica.* Lat. dum Tamaricem nominant, non aliud dicere videntur, quam adstrictas & minimè luxuriantes aquarum divitias; qua è *tammer-ryk:* amat enim loca aquosa.

TAMUS vel TANUS, est vitis sylvestris seu Bryoniæ species: Etymologiam non inveni. Ejus baccæ sunt rubicundæ coccineo colore & uvæ Taminiæ dictæ: an à Minio? vel an à *Tanus*, qui est in Peloponneso fluvius per Argiam fluens? vel, an à monte Siciliæ ejus nominis? Wilden-wyngaart. Gall. *Coulevree sauvagie.*

TANACETUM, dicunt esse corruptum nomen à voce *Tagetes:* vel derivant ab *Athanasia*, quasi immortalis, quia ejus flores longæ sunt durationis. Alii à Tannaco, quo nomine Parthenium appellatum fuit. *Tagetes*, an à τιγάνω primus sum, quia primas partes in Medicina habeat? B. Wormkruid / Rein-vaar. G. Rein-farn / Wurm-kraut. Gall. *Tanaise*, *Athanasie.* Tansey, Tansie.

TAPSUS BARBATUS, est *Verbascum:* putatur dici à

voce *Taxus*, quia animal Taxus à ſerpentibus morſus illâ plantâ ſe reſtituere poteſt: ſic ergo dicitur quod Toxicis adverſetur: & *Barbatus* à Lanugine. Vide *Phlomos*.

TARAXICUM, eſt *Dens Leonis*, ſive cichoreum ſylveſtre: à ταράσσω altero, quia ſanguinem alterat. B. **Paarde-bloemen / Hengſte-bloemen / Papen-kruid / Kanker-bloemen / Honds-Roſen / ſchorft-bloemen.** G. Pfaffen-blat / Münchs-kopff / Korl-kraut / Pfaffen-orlein / Lewenzahn. Gall. *Piſſe en Lict*, *Dent de Lyon*. A. Dande lyon, dent de Lyon.

TARAXIS, eſt humorum oculi, ventriculi, aut alvi perturbatio, à ταράσσω turbo.

TARSUS, eſt palpebrarum extremitas cartilaginoſa, ex qua pili erumpunt, à Latinis *Cilium* dictus. Item octo oſſa pedis poſteriora, cratium more ordinata. Gr. Στῆθος *Rufo* Προστηθὶς. B. **Voorvoet.** G. Die fuß biege / der rieß auff dem fuß. Gall. *Le devant du pied*, *Tarſe*, *Le cou du Pied*. A. Inſtep.

TARTARUS, & TARTARUM, ſignificat id, quod vini doliis inſtar lapidis accreſcit; ſed & latius deducitur ad quodvis ſabulum in rebus fermentantibus, imo ad craſſamentum ſabuloſum in corpore humano. A. **Wyn-ſteen.** G. Weinſtein. Gall. *Tartre*.

TATURA, vide *Datura*.

TAXIS, ſive reductio, eſt vox familiaris iis, qui Hernias reſtituunt.

TAXUS, videtur derivari à τεξικὸν venenum, quia eſt arbor venenata, præſertim in Hiſpania: vel à τάσσω ordino, quod folia ejus in ordinem ſunt diſpoſita. B. **Iben-boom.** G. Eiben-baum. Gall. *Yf*, *Ef*.

TECMARSIS, eſt morborum conjectura, à τεκμαίρω conjicio.

TELEPHIUM, idem ulcus eſt cum chironio, ita à *Telepho* dicitur, qui tali ulcere longo tempore afflictus fuit.

TELEPHIUM, ſive CRASSULA, aut FABARIA, dictum eſt, quod ulceribus malignis & deploratis, quibus Telephus Myſiæ Rex ab Achille vulneratus conſenuit, quæ eam etiam ob rem *Telephia* dicuntur, auxilietur. B. **Smeer-wortel / Hemel-ſleutel.** G. Wund-kraut / knaben-kraut / Donner bonen / ſette Henne. *Joubarbe des Vignes*, *Feve eſpeſſe*. A. Orpyne.

TEMPERAMENTUM, eſt qualitas ex unione & miſtione

ſtione elementorum, reſultans. Vide *Craſis*.

TEMPERANTIA, ſunt ea quæ acidum in corpore noſtro temperant. Vide *Abſorbentia*.

TEMPERATA, ſunt, quæ nec nimis calida, nec nimis frigida ſunt.

TEMPERIES, idem quod *Craſis*.

TEMPORALIS MUSCULUS, Gr. Κροταφίτης dictus. Nomen ſortitur à ſitu, nam Temporum cavitatem occupat. Ejus exortus circularis eſt è temporum regione, pericranio obductus infra os jugale deſcendens, ſenſimque attenuatus in tendinem brevem atque validiſſimum, maxillæ inferioris acuto proceſſui inſeritur. Muſculus hic leviſſimo negotio in varios ac multiplices ſecundum longitudinem, id eſt, à circumſcriptione ad tendinum punctum vergentes findi poteſt. Secundum latitudinem in duos ſive biventralem; non ſolum reſpectu intermediæ tendinoſæ membranæ, ſed & carnearum fibrarum apparentiæ dividendus eſt. Horum enim tendinoſæ & motrices fibræ membranoſo ſepto ab invicem diſtinguuntur. B. **De Slaap-ſpier.** G. Der ſchlaff mauß. Gall. *Muſcle Temporaux*, vel *Crotaphite*, *Muſcle temporale*. A. The temples Muſcle.

TEMPUS, Gr. Κρόταφος, eſt pars cranii lateralis inter oculos & aures media, in qua emplaſtra cephalica ad odontalgiam & cephalæam applicantur. B. **De Slaap of ſlag van't hooft.** G. Die ſchläff. Gall. *Temple*, *Tempe*. A. Temporal.

TENACULUM, idem quod *Forceps*.

TENDO, eſt pars (Antiquis ſimilaris) nervoſa, muſculis & oſſibus, annexa, qua motus arbitrarius membrorum, maximè peragitur, Gr. Τένων, à Τείνειν, à tendendo. Απονεύρωσις vulgus chirurgorum, tendinem & nervum vix diſtingunt. B. **Een Pees.** G. Eine ſennader / ſpanader / die ſenne / das geäder der fleiſch mauß / haarwachs. Gall. *Tendon* & *Tendron*. A. A tendon.

TENESMUS, TENASMUS, Gr. Τηνισμὸς & Τεινεσμὸς, eſt continua conſidendi cupiditas, qua tamen nihil præter pauca cruenta, mucoſa aut purulenta excernitur; aliquando Vermes & præſertim Aſcarides in cauſa ſunt. Hic morbus ſæpe diuturnus eſſe ſolet, & in gravidis non raro abortus eſt cauſa, *Teneſmus* dicitur ἀπὸ τάσεως, id eſt contentione & niſu, qui tum fit cum vehementi cupiditate egerendi, & laſſi crebro exurgere coguntur. B. **Per ſing / kruhinge /**

drukkinge/ waan-stoelgang/ lang-euvel/ dwang tot stoelgang. G. Das trucken oder treibende noth des stuelgangs/ mitt wenig wirckung. Gall. *Tenesme-* A. Idem. Lusitan. *Pucho.*

TENTA, idem quod *Mela*, vel quod *Turunda* aut *Penicillus.*

TENTIGO, idem quod *Priapismus.*

TENTIPELLUM, est Medicamentum, quod cutim explanat, rugasque: videtur ex *Tendere*, sive *Extendere*, & *Pellis*, sive *Cutis* derivari.

TEPHRION, est collyrii nomen.

TEREBELLUM, idem quod *Modiolus.*

TEREBINTHINA, in officinis duplex est *Veneta* & *Vulgaris.* Veneta quæ etiam dicitur *Chia*, & *Cypria*, est liquidiuscula, referens Balsamum, sive Oleum crassiusculum, colore ex albo flavescens, sapore acris, lenta, cutique tenaciter adhærens. (Avicennæ est *Gluten Albotin.*) Paracelsus *Lorchet* appellat. Optima debet esse clara, pellucida, alba, vitrei coloris in cæruleum vergentis, acris & odorata. Venit ex Chio, Lybia, Cypro, Ponto, Syria, Judæa, Arabia &c. Ipsius arbor non admodum procera est, multos emittit ramos, cujus folia instar Fraxini ferè divisa sunt, & singuli nervi habent septem, novem vel plura folia, uti in fraxino, rosis, sambuco &c. videre est. *Terebinthina Vulgaris* depromitur ex Larice arbore, ideoque & *Laricea* appellatur. Hæc quanto priori similior, tanto quoque præstantior. Pollet viribus cum priori, ast non est adeo pellucida. Gr. Τερέβινθος & Τέρμινθος. An nomen à serpente, quod ejus corniculum in modum serpentis, *Contortum* sit? B. Terpentijn / termentijn. G. Terpentein. Gall. & A. *Terebinte*, *Turpentine.*

TEREBRUM, vide *Modiolus.*

TEREDO sive CARIES ossis, vocatur & *Teredum*, Gr. *Pædarthrocace*, & ab Arabibus, *Spina ventosa.* Idem quod *Caries Ossis.* B. Been-vreter. G. Bein-fresser. Gall. *Vermolisseure des Os.* A. Worm-eating of Bones or Caries.

TEREDUM, idem quod *Caries.*

TERENIABIN, vide *Manna.*

TERES RADII MUSCULUS, vide *Pronator Rotundus.*

TERETRUM, vide *Modiolus.*

TER-

TERGUM, vide *Dorsum*.

TERMINTHUS, est tumor in cruribus supra quem pustula nigra eminet, fructus terebinthini magnitudine. G. Die braune blattern / hunds-blateren.

TERRA DAMNATA, idem quod *Terra Mortua*, & *Caput Mortuum*.

TERRA JAPONICA, vide *Catechu*.

TERRA MORTUA, est terra ex elixivatione residua, omnibus facultatibus efficacibus destituta. B. Doode Aarde. G. Todte Erde. Gall. *Terre Meurtri*. A. Dead Earth.

TERRÆ PANIS, vide *Cyclamen*.

TERRÆ TUBER, vide *Cyclamen*.

TERTIANA FEBRIS INTERMITTENS, est p. s. sanguinis efferveſcentia, tertio quovis die, cum variis suis symptomatis ad aliquot horas exactè homines invadens. Causa est sanguis acido-sulphureus. Estque Vera, vel spuria. Gr. Τεταρταῖος. B. De anderendaagse koorts. G. Dreitägiges fieber. Gall. *Fievre Tierce*. A. A Tertian Feaver.

TESSELLÆ, idem quod *Rotulæ* aut *Tabellæ*.

TESSERÆ, vide *Cuboides*.

TESTES MULIEBRES, dicuntur *Ovaria*. Vide *Orchis*.

TESTES VIRILES, constant ex plurimis & tenuibus vasculis in quibus semen generatur: exterius variis tunicis obducuntur. *Colei* Cic. & Mart. *vasa* Plauto, Ὄρχεις, Δίδυμοι, Μίζεα Hesiodo, Μύδια Hom. Ὀρχίδια, Ὄλγοι Oppiano, *Poma Amoris* quibusdam. Vide *Orchis*. B. Ballen. G. Mannlich Hoden / Hödlein. Gall. *Testicules*. A. Testicles, Stones.

TESTES CEREBRI, sunt prominentiæ duæ posteriores cerebri ob similitudinem testes dictæ, quæ homini majores quam brutis sunt.

TESTICULUS, vide *Testis* & *Orchis*.

TESTICULUS VENEREUS, est, quando testis post illicitam & contagiosam Venerem valde intumescat, non sine doloris sensu. B. Sand-kloot / Venus-kloot. G. Sand-balle / Venus-balle / Venus Hoden. Gall. *Testicle Venerien*. A. Swlling of the Stones.

TESTUDO CEREBRI, vide *Fornix*.

TESTUDO, est tumor magnus, mollis, vel non valde du-

durus in capite, latiore forma in modum teſtudinis, à cujus ſimilitudine accepit nomen, in principio in caſtaneæ, poſtea vero in formam ovi excreſcit, in quo mollis materia, tunica quadam obducta, continetur, (unde ab authoribus ad Melicerides refertur) quæ calvariæ ita inhæret, ut ipſam plerumque vitiet, ipſique cariem inducat. B. Een Schildpad Geſwel. G. Ein Schiltkrot Geſchwulſt.

TETANUS, eſt convulſio ſive tenſio ex Emproſthotono & Opiſthotono compoſita, contractis utrumque antagoniſtis in cervice, ſpina & artubus: ita ut corpus rigidum efficiatur & inflexile: quo ipſo patet Tetanum eſſe Rigorem vehementem, qui à communi rigore vehementiâ differt & duratione; tum etiam quod alter ille Rigor plus affligat fibras in cute, ſeu panniculo carnoſo. Tetanus vero muſculos utrinque, ita tamen ut ſemper vel Emproſthotonus, vel Opiſthotonus, nonnihil excedat. Aliquando quoque *Particularis* eſt, qui membrum quoddam vel articulum privatum reſpicit, à τείνω extendo. B. Kramtrekkinge/ regt-ſtijvigheid/ ſpanning. G. Die Halß Starre. Gall. *Tetane*, *Rigeur du Col.* A. Conſtant Contraction.

TETRATÆUS, idem quod *Quartana*.

TETRADRACHMON, ſunt quatuor unciæ.

TETRAPHARMACUM, eſt Medicamentum ex quatuor ingredientibus conſtans, ut unguentum Baſilicum, ex τέτρας quatuor, & φάρμακον medicamentum.

TETROBOLON, eſt pondus quatuor drachmarum.

TEUCRIUM, aliis *Chamædrys:* ita à Græcis pariter ac Latinis, quod Teucer Ajacis frater hoc invenerit: cum exta in ſacrificio ſuper id projecta fuiſſent, lieni adhæſit, eumque exinanivit: proinde quod caſus oſtenderat, obſervatumque à Teucro fuit, ad æternum humani beneficii decus & famam illi accreyit. B. G. Gall. & A. *Gamanderlin.*

TEUTLON, Gr. Τεύτλιον, Σίυτλον, eſt beta, à σεύω concutio, agito, ab impulſu nempe, quod facile excreſcat. Vide *Beta.*

THALICTRUM ſeu THALIETRUM: dictum volunt ἀπὸ τ θάλλειν virere, quod dum germina protrudit, elegantes vireat: tamen ita non eſt, cum ſint punicei purpurei coloris. Fortè ſic dictum, quod folia, cum primum expanduntur,

ac

ac præsertim minora eleganter vireant. Verisimilius dicitur ἀπὸ τῶν θάλλου vel θάλου surculo, ramulo, καὶ ἤτρου geniculo, quod cauliculos seu surculos geniculatos proferat. B. **Water-ruit / Poel-ruit / Valsche-rhabarber.** G. Wiesen Raute, Gall. *Rhabarbe batard.* A. Bastard-rubard, meadow-rue.

THAMAR, Arabibus *Dactylum*, palmæ arboris fructum significat; unde confectio quædam *Diathamaron*, corrupte *Diacamaron*.

THAMARINDUS, vide *Tamarindus*.

THAMNOS, *Thammion*, *Thamniscos*, *Thamnoides*, est *Frutex*; videtur dici, quasi creber ramis, à θαμινὸς, creber & quasi densus.

THAPSIA, est planta Ferulæ similis: vocatur à Thapso insula, in qua primum creditur inventa.

THAPSUS, vide *Tapsus Barbatus*.

THEE, Frutex est Chinensibus, Japonensibus, & Tartaris indigena Dicitur & *Chà* vel *Chià*. Folliculum amygdali foliis ferè similem, obscure viridem profert. Estque virgultum quod in ramulos varios aut virgulas sese diffundit. Flores fert Cisti fœminæ & Gossipii mediam faciem referentis, quinis foliolis albicantibus aut pallidis constantes, staminulis multis medium florem occupantibus. His demum succedunt fructus, dum adhuc vigent, ut ferunt, virides, resiccati autem cortice magis rugoso, ex spadiceo fusco vestiti: Figura sæpe globosa est, magnitudine globuli lusorii, semen tantum unicum continentes: Alii contra geminati, sive in duos loculos ceu scrotum caninum dispertiti: Alii vero trigoni, & tria semina continent. Folia porro hujus fruticis colligunt, & ignis calore in sartaginibus resiccant, quæ postea, urgente siti, aquæ fervidæ injiciuntur, quorum tinctura tunc ex vasculis myrrhinis sorbillando ebibitur: Folia masticata leviter astringunt, & non ingratum saporem relinquunt.

THELYGONOS, sic dicuntur plantæ, quæ sunt ex fœminino sexu. Gr. Θῆλυς est fœmineus, & γόνος soboles, generatio.

THELYPTERIS, vide *Filix*.

THENAR, est unus ex musculis pollicem abducentibus. *Thenar* quoque habetur pro cavitate omni interiore manuum & pedum; dicitur *Vola* item pro *Planta*, suntque carnosæ portiones sub digitis manuum & pedum, sed strictè su-

mitur pro *Vola Manus*, sive *Palma*. B. **De hand-palm.** G. Die Flache hand. Gall. *La Paulme de la Main*. A. The palme of the hand.

THEODORETOS, quod & Διαναγαρδίων vocatur, est Antidotus, ad frigidas capitis affectiones.

THEOPHILION, est collyrium quoddam.

THEOPHRASTICI, sunt Sectatores *Paracelsi*.

THEOREMA, vide *Theoria*.

THEORETICA, vide *Theoria*.

THEORIA, est pars Medicinæ speculativa & contemplativa, à θεωρέω contemplor, unde Theorema, quod est speculatio: & Theoretica, quæ ad Medicinam speculativam pertinent. B. **Bespiegelende Deel der Medicijnen.**

THERAPEUTICA, est pars Medicinæ, quæ tradit Methodum medendi, à θεραπεύω sano. B. **Genezende deel der Medicijnen.**

THERENIABIN, sive Tereniabin, est Manna orientalis; quæ *Drosomeli* & *Aëromeli* Gr. dicitur.

THERIACA, est medicamentum venenum expellens, à θὴρ fera, quia ferarum morsibus medetur: vel quia viperinæ carnes ejus compositionem ingrediuntur; ab ἀκέομαι sano. B. **Driakel.** G. Thiriack. Gall. *Thriacle*. A. Treacle.

THERIOMA, est ulcus ferum, carcinomati simile, à θηριόω in ferinam indolem degenero.

THERMÆ, sunt balnea, vide *Balaneum*, à θερμαίνω calefacio.

THERMANTICA, sunt Medicamenta calefacientia, à θερμαίνω calefacio.

THERMINTHUS, vide *Terminthus*.

THERMOMETRON, est calor debitus qui ex pulsibus deprehenditur, à θερμαίνω calefacio, & μέτρον modus. B. Vulgo **De natuurlijke warmte.** G. Die naturliche hitze. Gall. *Chaleur naturelle*. A. Na tural heat. Est etiam fistula vitrea cum vitreo globo, qua calor & frigus gradibus dimetiuntur. B. **Een weer-glas.** G. Ein wetter-glaß. Gall. & A. *Termometre*.

THLASPI, Gr. Θλασπίδιον, Σίνηπι Ἄγριον, item *Capsella* & *Scandulaceum*. Sunt hujus temporis Herbarii qui *Nasturtium Tectorum*, & *Sinapi Rusticum*, quod digitis friatum sinapim suboleat, appellent. Alii *Bursam Pastoris* vocant, non

non sane quod sit revera ejûs herbæ species, sed quod ad formam illius quamproximè accedat. Propriè est nasturtii species. Græci à fructus forma dictum volunt, qui nasturtio similis est, sed latior velut infractus & contusus. Θλᾶν enim iis contundi est & infringi, infringendoque, quod globosum tumidumve erat malleo, lapide, pedeve cum dilatatione exæquare.

THLIPSIS, est vasorum compressio, à θλίβω comprimo.

THOLUS DIOCLETIS, est fasciarum species, quæ vulneribus circa aurium regiones applicatur. B. Sluitballigs Swagtel / Oorswagtel. Gall. *Tolus de Dioclete.*

THORA, est Napelli species: dicitur & Phthora, Vide *Phthora.*

THORACICA, sunt medicamenta adversus pectoris mala.

THORAX, sive medius venter, est totum id, quod circumscribitur superiore parte, à claviculis; inferiore, à Diaphragmate; parte antica, sterno; postica, ab ossibus dorsi; lateribus à costis; ovalis figura est, continet cor, & pulmones, intus membranâ pleurâ circumtenditur: ab *Hipp.* & *Aristotel.* pro thorace sumebatur totum id quod à claviculis, ad pudenda usque excurrit, hoc est, medius & infimus venter, à θρέω salio, quia in eo cor continuo salit. B. De Borstholligheid. G. Die gantze brust. Gall. *Poitrine.* A. The bulke, breast.

THOREXIS, est vini generosioris potus, pectus calefaciens & quasi loricis circumdans, à θωρήσσω lorico.

THROMBUS, est sanguinis, aut lactis in grumos coagulatio, à θρομβόω grumesco. B. Geronne bloed. G. Gerronnen blut. Gall. *Grumeaux de sang, le sang caillé* vel *Coagulè.* A. Clodded bloud.

THRYALLIS, est Verbasci species, ex quo Elychnia solebant fieri. Θρυαλλὶς enim est Elychnion, à θράω & ἄλλομαι quod *Caleat & Surgat:* quod convenit Elychnio accenso.

THUS, sive OLIBANUM, Gr. Λίβανος & Λιβανωτὸς. Resina est duriuscula, obscurè pellucida, profluens ex arbore Arabica, quæ, ut ajunt, lentiscum appositè refert, quod tamen incertum. Genera thuris traduntur duo, *Masculinum* sc. quod propriè *Olibanum* vocatur, seu *Melax*, Arab. *Melasor:* & *Fœmininum. Masculinum* ex albo

bo flavescit, & testiculorum instar rotundum est, guttarumque formam referens, candidum intus & pingue: *Fœmininum* magis resinosum est ac molle, cito ardens & flavum. Præfertur *Masculinum*, ut quod ex arboribus montanis colligitur. *Cortex* etiam in usu est; debet esse crassus, pinguis, odoratus, recens, minimè scaber. *Manna Thuris*, sunt micæ fragmenta, pollen ac farina Thuris, quæ ex collisione, dum in saccis vehitur, colliguntur. Dicitur *Tus*, à tusis glebis: sed potius à græco verbo Θύω sacrifico nomen habere videtur, quod Veteres Thure sacrificabant & supplicabant. Gr. Λίβανος καὶ δενδρολίβανος: quemadmodum lachryma λιβανωτὸς, quæ Hippocrati λιβανωτοῦ καρπὸς dicitur, Λίβανος à λείβω stillo: licet Græci fabulentur à Juvene Assyrio hujus nominis, quod Deos studiosè coleret, ab invidis occiso & in hunc fruticem converso dici: hinc Diis Thure gratius nihil esse. B. Wierook. G. Weyrauch. Gall. *L'Encens*. A. Frankincense. Arab. *Lovan*, *Conder*, *Thus* vel *Tus* oriri putent à tundendo.

THYMA, idem quod *Ecthyma*.

THYMBRA, est herba aromatica, forte ἀπὸ τοῦ θύειν *Odores Accendere*, idque ob fragrantiam: vel à *Thymus* ob similem fortè odorem.

THYMELÆA, quibusdam *Chamælæa*: dictam volunt quasi Tithymelæam, ex tithymali & oleæ mixta facie. Sed malunt alii nomen esse compositum, ex Thymo & olea: ast Thymum non olet, neque eam, ut Thymum, consectantur apes, dicitur potius quod oleæ fert folia, & tithymali instar alvum solvat: vel quod foliis sit oleaceis, angustis, admodum viscidis, pinguibus, inter Tithymalum cyparissium & paralium.

THYMIAMA, idem quod *Suffitus*.

THYMION, est verruca minor super corpus in cute eminens, ut *Acrochordon*, tenuis, supra latior, subdura & in summo aspera. Idque summum colorem thymi repræsentat floris, à quo denominatur, habet magnitudinem fabæ Ægyptiacæ. Modo unum, modo plures nascuntur in palmis, talis & plantis pedum: pessima sunt in obscœnis locis, maximè ubi sanguinem fundunt.

THYMUM, THYMUS, ab odore, etiam dici videtur à θύω suffio: quod eo Veteres primum usi sint in sacris, quæ accenso igne fiebant, vel à θυμὸς animus, quia ejus odor

cor-

corroborat: quodque iis adhibetur, qui animi deliquium patiuntur. B. Thym.

THYMUS, eſt glandula in jugulo poſita, quæ lympham à ſanguine ſegregat, & per vaſa lymphatica amandat, Item tuberculum p. s. carnoſum, quod ſupra corpus, inſtar verrucæ eminet, colore florem thymi referens: unde ei nomen impoſitum eſt. B. De borſt-klier. G. Bruſt-drüſen. Gall. *Thyme*. A. The breaſt glandule.

THYROARYTÆNOIDES, eſt par muſculorum, ortum habens à cartilagine ſcutiformi, anterius in laterra Arytænoidis conſcendens, laryngis rimulam aſtringit, ex θυρεὸς ſcutum, ἀήρ aërem haurio, ἀνοίγω aperio, & εἶδος forma.

THYROIDÆÆ GLANDULÆ, ſunt numero duæ, ſubſtantiam habent viſcidam, ſolidam, ſanguineam, vaſis omnis generis communibus, membranaque duriore mirè perfuſam, ovi gallinacei ferè magnitudinis atque figuræ, ſitæ circa laryngis ſedem humiliorem, ad latera cartilaginum, thoracis, cricoidis, primorumque aliquot annulorum aſperæ arteriæ, quibus partibus immediatè incumbunt, ita tamen ut facillimè ab iis ſeparentur, niſi, ubi pertinacius adhæreant circa principium & finem; ad id Studio in iis locis collocatæ, ut eadem frigidiora calefaciant, humiditates recipiant, colloque ornatum contribuant.

THYROIDES, eſt *Scutiformis* ſeu *Clypealis Cartilago* laryngis. Item foramen oſſis pubis, ex θυρεὸς janua, ſcutum, & εἶδος forma. B. Het ſchilt-gelijke krakebeen. G. Das ſchildgleiche knorpel bein. Gall. *Cartilage Thyroide*. A. Shield like griſtle.

THYRSUS, eſt caulis, idque nomen ſibi vendicavit, quod virgulæ in modum, vel teli rectitudinem aſſurgat.

TIBIÆ OS, Gr. κνήμη, eſt pars inter genu & talum, oſſibus duobus conſtat; unum exterius quod *Focile Minus*: alterum interius & majus, totius nomine donatur & *Tibia* dicitur, κνήμη aliis *Focile Majus*, *Canna Major* &c. ſuperius proceſſum habet à femoris cavitate exceptum, & ſinus binos oblongos, profemoris capitibus, quorum ſinuum profunditatem auget annexa per ligamenta cartilago, mobilis, mollis, lubrica & humore unctuoſo delibuta, in ambitu craſſa, centrum verſus attenuata, unde lunata dicitur, anterius aſpera veniunt ligamenta, quæ cartilagines lunares augent. Anterior pars acuta & longa, ſpina dicitur inferius,

adeſt

adeſt proceſſus ex interno latere gibbus & prominens juxta pedem, diciturque malleolus internus. Anterior pars *Crea* & *Ocrea* quibuſdam dicitur. B. Het ſcheen-been. G. Das ſchien-bein. Gall. *Le Tibia*, *Jambe*. A. A Shin, Shin-bone.

TIBIÆUS MUSCULUS, idem quod *Tibialis Muſculus*.

TIBIALIS MUSCULUS, *Anticus* dicitur & *Poſticus*. *Primus* flectit pedem antrorſum. Tibiæ fibulæque ex parte oſſis ſuperiori extremitati alligatus tibiæque involucro lateris exterioris affixus, ſub annulari pedis ligamento provectus tarſi oſſis pollici ſubjecto ligamentaceo ligamento, ut plurimum adhæret, bifido namque nonnunquam tendine metatarſi, ut & innominato pedis oſſi affigitur inferior hic tendo ubi ſub tarſo reflectitur, cartilaginis inſtar durus evadit, ſuoque ſub extimo fibrarum faſciculo, officulum abſcondit minuſculum, Seſamoideum appellatum. Alter, ſive *Poſticus*, Tibiæ fibulæque oſſa interlocatus horumque involucris, ubi dehiſcunt, penniformiter ſive radiatim affixus, juxta interioris malleoli poſteriora, tendinem tarſi oſſis, quod teſſeræ conterminum eſt, ligamentaceo integumento inſeritur: atque hic inter oblique moventes & adductores, & ab aliis inter extenſores numeratur. B. Scheen-ſpieren. G. Der Schien-manß. Gall. *Jambier*, *Muſcle de la Jambe*. A. The Shin Muſcle.

TIGILLUM, idem quod *Crucibulum*.

TINCTURA, ſeu ELIXIR, eſt coloris, qualitatis & virium alicujus rei, mediante convenienti menſtruo, extractio. B. Verſſel / Afverſſel / Uittreckſel. G. Die Farbe / Färbung / ein Tinctur. Gall. *Teinture*. A. A Tincture.

TINEA, ſi achores diu durent, aut tardè nimis & malè curentur, in tineam, ulcera nimirum capitis cruſtoſa cutem ejus erodentia, & fœtida, tranſeunt; propterea merito inter morbos infantium ſed paulo adultiorum refertur: & ſi enim adulti quandoque hoc morbo laborent, tamen rudimenta ejus & initia in infantiâ contraxerunt. Dicitur autem *Tinea* à vermiculis illis veſtes erodentibus; quia ulcera iſta cutim capitis inſtar tineæ erodunt & corrumpunt, quo nomine à Græcis hic affectus appellatus fuerit, vix patet. B. Quaad zeer / dzooge ſchurft. G. Eine ſchabe / motte / kinder wurmer im leib. Gall. *Tigne*.

TI-

TINEARIA, dicitur etiam Ageratum, & Stichas citrina, ita vocatur, quod ejus flores, veſtes ciſtis aſſervatas, à Tineis arceat, conſervatque.

TINUS, TINNUS & TYNNUS, eſt Laurus ſylveſtris: Gr. Δάφνη Α'γρία. Hujus Etymologiam invenire non potui.

TINNITUS AURIUM, ſive SIBILUS, eſt ſuſurrus quidam aurium, ab obſtructione vel re aurem irritante, qua aër occluſus ab arteriis pulſantibus continuò movetur & tympanum leviter verberatur, unde ſuſurrus & bombus producitur. B. **Ruiſinge in het oor / oortuiting / oorſuiſing.** G. Das ſauſſen / und brauſen / das klingen der ohren. Gall. *Bruit Dans l'Oreille*, *Tintin*, *Tintouin*. A. The noiſe of the ears in Ohren.

TINTINABULUM TERRÆ, eſt Pyrola, dictum à floribus ejus Tintinabulo ſimilibus.

TIPHA, vide *Typha*.

TITHYMALUS, *Lactaria*, *Lactuca Caprina*, à τιτθὸς mamma, quia lac fundit.

TITHYMELÆA, idem quod *Thymelæa*.

TITILLATIO, eſt in voluptatis ſenſus gradus, propè dolorem proximus: nam ut voluptatem percipimus, cum organum ſenſus ita concutitur, vires uti ſint ad reſiſtendum majores: ita, ſi concuſſio fiat aliquantulum major, minor vero vis, quæ reſiſtat, oritur *Titillationis Senſus*, qui cum habet aliquam conjunctam moleſtiam, proxime ad dolorem gradum ſtruit, quare ad morbos referri debet: ſolet autem maximè ſentiri in latere, & ſub planta pedum, & in iis, quibus cutis tenera eſt & non aſſuevere. Gr. Γάργαλος. B. **Kittelinge.** G. Das kützeln. Gall. *Chattouillement*. A. Tickling.

TMETICA, idem quod *Attenuantia*.

TOMENTUM, Latinis omne id quod culcitræ ad molliorem & calidiorem quietem infarcitur, dicitur, ſive id lana ſit ſive pluma, ſive quod voluerit aliquis, excipiendis molliter & fovendis calore corporibus noſtris aptum. Sic dictamni folia, quod mollia videntur eſſe, tomentitia & lanea dicuntur, hoc eſt γναφαλοειδῆ: ita ex graminis Eriophori lanuginoſis ſummitatibus anaclinteria ſeu culcitræ fiunt.

TOMICI DENTES, vide *Dentes*.

TOMOTOCIA, idem quod *Hyſterotomia*, ex τέμνω ſeco, & τόκος partus, à τίκτω pario.

To-

TONICA, sunt quæ membris foris illinita, nervis & tendinibus robur conciliant, à τείνω porrigo, tendo.

TONICUS, idem quod *Tetanus*.

TONOTICA, idem quod *Tonica*.

TONSILLÆ, vide *Paristhmia* & *Antias*.

TOPASIUS, idem quod *Chrysolithus*.

TOPHUS, Gr. πῶρος, est concretio quædam lapidosa, seu gypsea, calci non absimilis, in quacunque parte, præsertim ossibus, excitata. B. **Kalk-builen / kalk-knobbels.**

TOPIARIUM, opus est, quod ex arbore, frutice vel herba ad decorem componitur in testudines aut cameras fornicatum. Hinc *Topiariæ* dici merentur arbores vel herbæ, quæ nimirum huic operi, quod flexiles sunt, ac suo lentore sequaces, accommodantur.

TOPICA, sunt medicamenta externa, quæ foris applicantur, ut Emplastrum, Cataplasma, Litus &c. à τόπος locus. B. **Plaats middelen.** G. Platz mittlen. Gall. *Topiques*. A. A Topike.

TOPINARIA, idem quod *Talpa*.

TORCULAR, vel TORCULUM, est prælum, quo olea vel succi exprimuntur. B. **Een Pers.** G. Ein kelter / presse. Gall. *Une presse*. A. Press.

TORCULAR, est instrumentum, quo chorda & duobus bacillis, circumagitur, in extirpandis membris, ut vasa sanguinea constringantur. B. **Draejer.** G. Ein trott / ein drehstoch. Gall. *Un Tournequet*. A. A presse.

TORCULAR HEROPHILI, est ille locus ubi quatuor sinus crassæ meningis conjunguntur. B. **De Pers van Herophilus / Hersen Persbak.** G. Die preße von Herophilus. Gall. *Presse d'Herophile*. A. Press of Hetophil.

TORDYLIUM, est Seseli creticum: nomen ei impositum, quod semen ferat copiosum, circinatum, quasi Toreumatis elaboratum, orbiculatum, compressum, geminisque valvulis conflatum, clypeoli speciem referens, dicitur etiam *Torgylium*, *Tordilium* & *Tordylon*. A. Heart-wort.

TORI, sunt in vegetabilibus prominentes partium calli & in se pulparum modo collecti nominantur. Gr. Κονδύλους vocant. Hinc κονδυλώδης, id est, torosus, quod idem Latinis est ac nodi formam præ se ferens.

TORMENTILLA, Gr. Ἑπτάφυλλον, sive SEPTIFOLIUM, quia ejus folia ex septem constant incisuris, sic dictam

ctam volunt, quod tormentum cruciatumque dentium sæviſſimum placat, atque venenatarum quarundam rerum compeſcat furorem, & cruciatum. B. Seven-blad. G. Bieck-wurtz / roth-heilwurtz / roth-guntzel / blad-wurtz / ruhr-wurtz. Gall. *Tormentille.* A. Tormentill.

TORMINA, vide *Dyſenteria.*

TORMINA ALVI, idem quod *Colica Paſſio.*

TORMINA HYSTERICA, ſunt hyſtericæ *Paſſiones*, vide *Hyſterica Paſſio.*

TORMINA INFANTIUM, ſunt dolores infantium ventris.

TORMINA POST PARTUM, ſunt dolores, quos puerperæ poſt partum patiuntur, quando nempe lochia ritè non procedunt. B. Naween. G. Nachwehe. Gall. *Doleurs apres l'Enfantement.* A. Pangs, or throwes afer Child bearing.

TORREFACTIO, idem quod *Toſtio.*

TOSTIO, eſt actio qua medicamenta torrentur, uti fit in toſtione Rhabarbari.

TOXICA, ſunt Medicamenta venenata, quibus Barbarorum ſagittæ illinebantur.

TRACHEA, idem quod *Aſpera Arteria.*

TRACHELAGRA, eſt Arthritis cervicis.

TRACHELIUM, eſt Campanulæ ſpecies: Lat. *Cervicaria* fortè dictum, quod cervicis & colli malis medeatur. Gr. Τράχηλος eſt collum. B. Hals-kruid. G. Halß-kraut. Gall. *Gantelet Ganteletz.* A. Throot-wort.

TRACHOMA, eſt, quando palpebræ invertuntur, denſiores & inæquales factæ; vel cum aſperitate etiam rubent cum pruritu & puſtulis, inſtar milii granorum; vel cum inveterato malo, inſuper à parte interiore exulcerantur cum fiſſuris & callis, à τραχύω aſpero. B. Houwe Oog-ſcheelen.

TRACHOMATICUM, eſt Collyrii ſpecies, quæ olim in uſu erat.

TRAGACANTHA, ſeu TRAGACANTHUM, eſt Gummi fruticis ejuſdem nominis pellucidum, album, ſubdulce, leve ac ſincerum, in granis plerumque fragmentisve contortis: ejus frutex pumila admodum eſt, lentis fere folia habet & pallida: Frutex hirſutus eſt, unde nomen, τράγος Hircus, & ἄκανθα ſpina, hinc dicitur *Spina Hirci.* Exudat hoc gummi radice inciſa, vel ut alii volunt, ſponte

ſua. Præſtat pelluçens, gracilis, levis, ſincera & ſubdulcis. B. Dragant. G. Tragant. Gall. *Meleſe*. A. Gum-Dragant, tragacanth.

TRAGANOS, & TRAGOS, eſt uva marina: à τράγω comedo: quia fructum edilem fert.

TRAGOPOGON, eſt *Barba Hirci*, ex τράγος Hircus, & πώγω barba. Nomen ſibi adſcivit, quod è calycis ſummo, floribus evaneſcentibus, pappoſa prodeat cæſaries, ſeu comoſa lanugo, cui cum hirci barba nonnulla ſimilitudo. Vel ita vocarunt propter ramulos florum fœtura racemoſa amictos, in prælongas quaſi comantes barbulas effigiatos, aruncos ſpirilloſque caprarum imitantes: candore niveo, puniceo, roſeoque colore intermixto, viſu & odoratu perjucundo. B. Bocks-baard / Josephs-bloemen / Morgen-ſter. G. Bocks-bart. Gall. *Barbe de Bouc*. A. Buckes-bearde, goats beard.

TRAGEÆ, non differunt à pulveribus, niſi quod tenuiſſimè adeo Medicamenta, ex quibus parantur, haud terantur, & vel externè adhibentur corpori, appoſitæ aut in fumum reſolutæ; vel ſacculo lineo incluſæ in vino aut alio liquore detinentur, ut vires ſuas liquori communicent. Aliquando tamen componuntur etiam ex ſpeciebus Antidotorum, odoratiſque aliis rebus & medicamentis ſimplicibus in pulverem redactis, ſaccharo addito. In his conficiendis communiter capitur uncia una ſacchari, ad ſingulas drachmas ſpecierum, præſertim amariorum & minus gratarum. Fortè τράγημα à τράγος Hircus, caper, lacte quippe caprino in inſulâ Rhodo educatus Jupiter: videtur dici quaſi *Panis Jovis*. B. Koeltjes. G. Pfaffen ſutter / kuchlein. Gall. *Dragée*. A. Cake.

TRAGEMA, idem quod *Trageæ*.

TRAGI, TRASI, vel TRASSI: vocatur & *Dulcichinum*, & *Ciperus*: eſt nomen origine Italica.

TRAGIUM, vocatur Fraxinella: à τράγος Hircus, quia Hircum olet.

TRAGOCEROS, eſt *Aloë*, ob folia cornuformia, Hirci cornibus ſimilia, à τράγος Hircus, & κέρας cornu.

TRAGOS, eſt *Caprificus*; à τράγος caper. Vide *Caprificus*.

TRAGOPYRUM, ſic aliquando vocatur *Fagopyrum*: quaſi Hirci frumentum, ex τράγος Hircus, & πυρὸς frumentum. Vide *Fagopyrum*.

TRA-

TRAGORCHIS, est satyrion Hircinum vel caprinum: ex τράγος hircus, caper, & ὄρχις Testiculus.

TRAGORIGANUM, est origanum Hircinum. Non alia fortitan ratione sic dictum, quam quod ejus pabuli voluptate animal hoc caperetur, ex τράγος hircus, & origanum.

TRAGUS, est auris eminentia, quæ tempora spectat, pilis aliquot hispida, in quibusdam densam hirci barbulam exprimens. B. De Bolt. G. Der Bock. Gall. *Bouc.* A. Bucke.

TRANSPIRATIO, idem quod *Diaphoresis.*

TRANSVERSALES MUSCULI, primum par exhibet sese membranoso principio, ab ipsis transversis lumbalium vertebrarum processibus, osse item Ileum cartilaginosoque: præterea costarum confinio interius profectum, peritonæo subjecto inhæret, & ad eandem cum cæteris abdominis metam fertur. Alterum par cervici extendendo vel in posteriora flectendo destinatum, oritur à sex aut septem primarum vertebrarum processibus externis, & inseruntur exterius in omnes vertebrarum cervicis transversos processus. B. Dwers Spieren. G. Der Zwerch-mauß. Gall. *Muscle Transversale.* A. Over Thwart Muscle.

TRANSVERSUS MUSCULUS HUMERI, idem quod *Rotundus Minor.*

TRAPESIUS MUSCULUS, sic dictus à figura Geometrica. Vide *Cucullaris Musculi* descriptionem.

TRAULUS & TRAULOTES, est blæsitas, sive vitium in L & R pronunciando, à τραυλίζω balbutio. B. Lispende/ een Lisper of Lisperaar.

TRAUMA, vide *Troma.*

TRAUMATICA, sunt, quæ in decoctis & potionibus assumpta, serosos & acres humores seu succos è corpore educunt, sanguinemque ita attenuant, ut in partes vulneratas, ruptas vel confusas commodè propelli possit; & quibusdam partibus adstringunt, & detergunt, ista, lapsis, contusis, & vulneratis conducentia. Vulneraria nuncupantur, à τραυματίζω vulnero. B. Woudmiddelen. G. Wundartzney. Gall. *Vulneraires.* A. Wound remedy.

TREMOR, Gr. Τρόμος, à Τρέω tremo, est motus convulsivus minus vehemens, in quo contractiones & alternæ sunt & crebriores, sed non ita violentæ versus principium, quare Motus convulsivus plus habet de convulsione, at

Tremor plus de motu ordinario. B. Schudding / Bevinge. G. Das zittern / Schaudern / beben. Gall. *Horreur*, *Tremblement*, *Frayeur*. A. Trembling, Quaking.

TREPANATIO, eſt Actio Chirurgica, qua Trepano ſive Modiolo hominis viventis cranium pertebratur. B. Trepaneringen. G. Trepanierung. Gall. & A. *Trepanation*.

TREPANUM, idem quod *Modiolus*.

TRIANGULARE OSSICULUM, eſt illud os quod inter ſuturam Lambdoidem & Sagittalem ſitum eſt; quod ad epilepſiam quoque conducere ferunt.

TRIANGULARES MUSCULI, eſt aliquando unicus, ſed non ſemper, à ſummo cubiti ortus, & circa medium ejusdem carnoſo, anguſtoque fine deſinens. Verum *Caſſerius* putat ſe inveniſſe duos parvulos, circa articulum cubiti exiles, & oppoſito modo incedentes, atque inſtar trochleæ pronum & ſupinum radium moventes. Sunt & alii Triangulares muſculi, dicti Sternoidei, ſub ſterno oriuntur è medio ſternoidei muſculoſi faſciculi, pro parte triangulari linea circumſcripti, ſi oblique coſtarum extremis partibus ut & cartilaginibus quatuor, quinque & ſex ſuperioribus alligantur, cum intercoſtalibus tam indiſſolubili nexu ſæpe cohærent, ut alterutrorum faſciculi ſine laceratione ſeparabiles non exiſtant: imo vero, nonnunquam radiata ſolummodo intercoſtalium muſculorum fibrarum veſtigia longè ab invicem remota inveniuntur, atque hoc in caſu, pleura ſub ſterno ſolito craſſior reperitur. B. Borſt-beens ſpier / dryhantige ſpier. G. Der Bruſtbeins mauß / der dreiſchrötige mauß. Gall. *Muſcle Triangulaire*. A. Idem.

TRIBULUS, dici volunt ἀπὸ τ῀ τρίβειν à *Terendo, Tundendo*, quod attritum, tactumque non admittat; lædit enim ac pertundit, vel ὡς τὸ τείρειν, quod moleſtus ac infeſtus ſit, affligit enim & vulnerat tangentem. Vel dicitur quaſi τρὶς βολεὶν *à Triplici Cuſpide*, ad ſimilitudinem ferreorum muricum, qui forma trigona ſunt, vel ὡς τὸ τρὶς βάλλειν, quod fructu ſuo tria vulnera infligat, vel quod cuſpidatum trifariam feriat. Malunt alii à ſeminis triquetra figura tribulo bellico inſtrumento ſimili. B. Angels / Mink-pyers / Doet-angel.

TRICA INCUBORUM, eſt plicæ polonicæ ſpecies. G. Maren flegt / ſchrötleinszepff / maren lock / vel moren-lock.

TRI-

TRICHIASIS, idem quod *Phalangosis*. Item Urina pilosa, cui ab humoribus pituitosis, pili innatare videntur, à θρὶξ pilus.

TRICHISMUS, est fracturæ quædam species tenuissima, & veluti pilaris, ita ut sensum fere effugiat, hinc etiam mortis aliquando causa existit, quia se non facile prodit, à θρὶξ pilus. B. **Hair-scheur.** G. Haar spalt. Gall. *Fente Capillaire.* A. Hair-cleft.

TRICHOMANES, *Filicula*, *Capillaris*, *Polytrichum*, dici volunt, quod fluentem capillum expleat, & subnasci faciat: μανὸν enim rarum vocant, & τρίχα capillum: hinc quoque *Capillaris* vocatur. B. **Weder-dood / Vrouwen-hair / Steen-breeke.** G. Wieder-todt / Stein-brech / Abthon. Gall. *Politri.* A. Mayden-hair, Venus golden-locks.

TRICHOPHYLLON, sunt plantæ cujus folia capillorum similitudinem habent, ut fœniculum, corallina &c. ex θρὶξ capillus, & φύλλον folium.

TRICHOSIS, idem quod *Trichiasis*.

TRICOCCOS, est Mespili fructus, sic vocatus à tribus nucleis quos continet, à τρὶς tria, & κόκκος nux bacca, granum.

TRICONGIUS, est mensura octodecim sextariorum.

TRICUSPIDES VALVULÆ, vide *Valvulæ*.

TRIENS, est tertia pars libræ medicinalis, continens uncias quatuor. Continet quatuor cyathos.

TRIFOLIUM, Gr. Τριφύλλον, à tribus, quæ habet, foliis. Ejus sunt in pratis variæ species. B. **Klaver.** G. Klee. Gall. *Triolet.* A. Trefoil.

TRINITAS, idem quod Trifolium: à tribus nempe foliis. *Viola Tricolor* etiam vocatur *Trinitas*, ob tres diversos colores.

TRIOBOLON, est pondus drachmæ dimidiæ, sive trium obolorum.

TRIORCHIS, est Satyrionis species, quæ non duabus, sed tribus testiculatis radicibus in terrâ nitatur, ex τρὶς tres, & ὄρχις testiculus.

TRIPHYLLON, est trifolium, à tribus foliis sic dictum, ex τρὶς tria, & φύλλον folium.

TRIPLOIDES, est instrumentum Chirurgicum, sic ob triplicem basin, *Trioides* dictum, in usu fuit si Cranii depressio tam magna est, ut cæteri vectes, ob infirmitatem,

non sufficiant. B. **Drievoetig Hef-tuig.**

TRIPOLIUM, est Asteris species; dictum quod ejus floster de die colorem mutare perhibetur: ita ut mane candidus, meridie purpureus, vesperi puniceus aspiciatur: idque fortè, cum flores omnes non simul, sed particulatim & sensim floreant, & perficiantur, facile contingit, tres florum colores conspici incipientium, completorum & deficientium, ex τρὶς ter, & πολέω muto, verso. Sed alii, quasi dicaster causum seu canescens: πολίος canus est. B. **Zeesterre-kruid / blauwe Kamille / blauwe Madelieven.** G. Meer-stern-kraut. Gall. *Espargoute de Mer.* A. Sea-star-wort.

TRIPSIS, est contritio, sive contusio, à τρίβω tero.

TRISMUS, est dentium stridor: sive convulsio musculi temporalis, qua dentes invitè strident, à τρίζω strido. B. **Knersinge der Tanden.** G. Das Zähn Klappern. Gall. *Grincement avec le dents.* A. Grinding of the teeth.

TRISSAGO, & TRIXAGO, vocatur Scordium, & ob similitudinem cum Trixagine, sive Chamædri, Trixago vocatur.

TRITÆOPHYES, est febris continua remittens, quæ tertio quoque die exacerbatur, ex τριταῖος triduanus, & φύω cresco. B. **Een geduurige anderendaagsche Koors.**

TRITÆUS, idem quod *Febris tertiana intermittens.*

TRITICUM, est frumentum, dictum, quod ex spicis sit tritum, vel, quod trituræ destinatur. Gr. Πυρὸς & πυρὸν quasi σπυρὸν vel σπορὸν, ἀπὸ τῶν σπείρειν seminando dictum volunt, vel nomen habet ab acutie, aut à similitudine, quam cum nonnullorum fructuum granis, vel Gygartis habet, quæ πυρίναι dicuntur, vel πυρὸς à flavo rutilantique igneo colore ac fulgore, dicitur & Σῖτος, cibus, quæ vox omnibus Cerealibus convenit. B. **Tarw / Terwe / Weit.** G. Weitzen. Gall. *Forment*, *Froument*, *Froment*, *Blé.* A. Wheat.

TRITORIUM, idem quod *Infundibulum.*

TRITURATIO, est contusio, qua medicamenta in pulverem rediguntur, ut eo aptius cum aliis misceri, vel virtus eorum extrahi possit.

TROCHANTER, idem quod *Rotator.*

TROCHISCI, sunt rotulæ seu orbiculi signati: fiunt ex pulveribus cum mucilagine exceptis, & in pastam redactis, ex qua orbiculi in umbra siccandi formantur, à τρόχος rota, vocan-

vocantur item *Pastilli*, Δακτύλιοι *Hippocr.* ab annuli specie. Ἀρτισκὸς, quod panem referat, Κυκλισκὸς à circuli figura. B. Kockjes. G. Kuchlein/ Trozischken. G. *Trochisque.* A. Troches.

TROCHLEA, vide *Bathmis*, & *Trochlearis Musculus.*

TROCHLEARIS MUSCULUS, est Musculus oculi obliquus superior, sive major, & omnium tenuissimus, habens tendinem longissimum, oculum circumagit ad angulum internum: nam communi principio, cum primis quatuor ortus, ad internum angulum rectà fertur, ibi per trochleam transit, & recto angulo adscendit ad eum locum, ubi quintus inserebatur. Dicitur *Trochlearis*, quia quasi per trochleam circumrotatur, quæ cochlea cartilago est in oculo propendens, sita ad os Maxillæ superioris juxta internum oculi angulum. Hic cum altero obliquo, *Amatorius* appellatur. *Trochlea* venit à τροχίζω torqueo. B. Katrolspier. G. Der Rollen-mauß. Gall. *Muscle Trochlaire.* A. The Pully Muscle.

TROGLODITICA MYRRHA, est ea quæ optima est, & in Trogloditi patria nata. Vide *Myrrha.*

TROMA, est vulnus, à causa externa inflictum, à τιτρώσκω vulnero.

TROMBOSIS, est coagulatio lactis, vel sanguinis in corpore humano. Vide *Coagulatio.*

TROMOS, idem quod *Tremor.*

TRUNCUS, dicitur illa pars arteriæ magnæ & venæ cavæ, quæ descendit à corde ad vasa iliaca, verum hoc in genere; verum specialiter attribuitur ramulis, qui è trunco magno emittuntur ad viscera speciatim, ut truncus splenicus, hepaticus &c. B. De Stam. G. Ein Stamm. Gall. *Le Tronc.* A. The Trunc.

TRUNCUS, est totum animalis corpus, exceptis capite & artubus adhærentibus. B. 't Lijf/ Romp.

TRYPANUM, idem quod *Modiolus.*

TRYSMUS, vide *Trismus.*

TUBA UTERI, idem quod *Tubæ Fallopianæ.*

TUBÆ FALLOPIANÆ, sunt duo meatus graciles, ab utero oriundi, cumque parum recesserint ab eo latiores sensim redduntur, & capreoli modo crispantur, foramina ampla habent, quæ ferè clausa jacent, concidentibus fimbriis illis extremis; tamen si diligenter aperiantur & dilatentur, tubæ cujusdam æneæ extremum orificium exprimunt. Usus

est, ut ova à testibus recipiant, & in uterum deferant, secundum Doctiss. *R. de Graaf:* ex inspectione cuniculorum veritas manifesta est. B. Trompetten / Eyer-leiders. G. Fallopianische Mutter Röhre. Gall. *Trompette de Fallope.* A. The Fallopian pipe or duct.

TUBERCULA, idem quod *Phymata.*

TUBEROSA, est Hyacinthus Indicus tuberosus, flore Hyacinthi orientalis: nomen à tuberosa radice ab Italis datum. Vulgo *Tuberose.*

TULIPA, nomen accepit à Pilii Sclavonici similitudine, qui Turcis dicitur *Tulipant*, *Dulpant*, *Dublent.* Hunc pileum videtur hic flos forma exprimere. B. Tulp. G. & Gall. *Tulipe.* A. Tulip.

TULUS, idem quod *Callus.*

TUMOR, Gr. ὄγκος, οἴδημα, est Morbus quo partes humani corporis præter solitum modum ampliantur, & extenduntur, ita ut destinatam operationem perficere nequeant. B. Een Gezwel. G. Schwulst / Geschwulst. Gall. *Enflure.* A. A Swelling.

TUNETANUS FLOS, est Flos Africanus aurei coloris, sic dictus, quod in regione Africæ Tunetensi crescat. Hinc Theunis / & S. Anthonis Bloem.

TUNICA, inter vegetabilia est tenuis cortex & veluti membranaceus, quo vel arbor, vel radix investitur. Sic cæpe folliculis est tunicatum.

TUNICA, est Betonica, detractis duabus litteris prioribus: eo nomine etiam veniunt flores caryophyllei: fortè ob odoris florum similitudinem.

TUNICA, idem quod *Membrana.*

TUNICA CORNEA, vide *Cornea Tunica.*

TUNICA RETIFORMIS, vide *Retina* & *Amphiblestroides.*

TURBITH, seu TURPETUM, putatur esse radix purgans alicujus convolvuli Indici, quæ vario, longoque reptatu ad tres quatuorve cubitos ascendit. Radix pollicem & amplius crassa, lignosa in aliquot ramos divisa, crasso fuscoque cortice tecta, qui ruptus, stillat succum lacteum, glutinosum, & pallidè flavescentem resinam, illico concrescentem. Folia habet althææ, floremque monopetalum convolvuli vulgaris magnitudine, & forma candidum. Affertur nobis ex Guzarata, Canara, Goa, Cambaja, Dio insula, Bacia &c. in officinis eligitur non carriosa, intus alba,

ba, & resinosa. Fortè species erit scammonii, cujus radix etiam resinosa, & ejusdem indolis.

TURBITH, vox est Arabica ab Avicenna, & aliis usurpata, quamvis aliqui à turbando deducunt, quod propter magnam violentiam, purgando corpus turbet.

TURBITH MINERALE, seu TURPETHUM MINERALE, est pulvis flavus ex Mercurio præparatus.

TURBO, inter vegetabilia dicitur quidquid ex acumine tendens in amplius spaciatur. Hinc turbinatum, quod ex angusto continenter in latius prodit. Sic turbinata conspicitur pyrorum forma. Permulta etiam herbarum folia in mucronem turbinantur.

TURGESCENTIA HUMORUM, idem quod *Orgasmus*.

TURIONES, sunt teneritates summitatum ipsarum arborum, quæ singulis annis crescunt.

TURPETHUM, vide *Turbith*.

TURRITIS, TURRITA, est Nasturtii species: sic dicta, quod caulis ejus se turris in modum erigat.

TURUNDA, idem quod *Turundula*.

TURUNDULA, seu TURUNDA Varr. *Linamentum* Celso, *Pannus* Colum. Μοτὸς, Ἔμπλαστρον, est linteum concerptum, quod unguento illitum, ulceribus imponitur. B. Een Wiecke. G. Die Wiecken/ Turundlein. Gall. *Turund*, *Carpy*, *Tente*. A. Idem. Turundula oblonga. B. Kapitel-stolsjen.

TUS, idem quod *Thus*.

TUSSEDO, idem quod *Tussis*.

TUSSILAGO, est *Farfara*: quod tussientibus medeatur, appellationem habet. B. Hoef-blad/ Paards-klauw. G. Roß-huff/ Brand-lattich/ Huff-lattich. Gall. *Pas d'Asne*, *Patte de Cheval*, *Toussilage*. A. Colts-foot, Fole-foot.

TUSSIS, Gr. Βὴξ à Βήσσω, tussio. Est motus convulsivus musculorum & motricium fibrarum, quibus respiratio peragitur, ita ut expiratio variis vicibus interrupta, iterumque repetens, aërem expellendo è pulmonibus, & repellendo & in gyros flectendo intra Asperæ arteriæ ramos, tandem post aliquot ictus, & nisus cum sonitu graviore, vel acutiore, non sine vi, & sæpe humoris vel phlegmatis excretione peragitur: hinc ex tussi perinde ut in sternutatione concussio corporis fit, adeo ut in vehementiore tussi non lævis labor sit, & motus suffocationis, ideoque facies & oculi

culi rubore & livore afficiuntur, atque à tussi aliquot horas durant, & identidem repentè vires admodum franguntur, & venter, pectus atque caput dolore affliguntur, præsertim in *Sicca tussi*, aliquando etiam vomitus subsequitur, ex illa concussione viscerum aut Hernia in inguine, vel umbilico. Verum Tussis comitem agit in Asthmate, Pleuritide, Hydrope, Empyemate, vulneribus pectoris, malo Hypochondriaco, Hæmoptoë, gravedine, phthisi &c. Dividitur in *Tussim siccam* in qua nihil, vel parum excernitur, uti omnis tussis in Principio est. In *Humidam* in qua sanguis, pus, pituita vel tenuis liquor excernitur, sed ea ex accidenti fit. In *Nocturnam* & *Infantium convulsivam*, quæ & etiam ex accidenti est. Dicitur quoque *Tussedo*. B. **Den Hoest.** *Sicca* dicitur **Klinkt-hoest.** G. Der Husten. Gall. *Toux*. A. Cough.

TUTIA, sive CADMIA FACTITIA, est corpus densum, ex fuligine æris, dum in fornace conficitur, concretum, adhærens lateribus, cameriſque fornacum, vel & in partem infimam delabens. Triplicis id fit generis, nominibus à re, quam repræsentare videtur, sumptis. *Botritem* appellant, quæ uvæ speciem refert: *Ostracitem*, quæ testis similis est: *Placitem*, quæ crustis. *Botritis* reperitur in fornacis parte media. *Ostracitis* in infima: *Placitis* in editiore. Sunt qui *Capnitem* & *Calamitem* addunt. *Capnitem*, quæ in ipso fornacum ore reperitur, tenuissima, exusta & nimia tenuitate simili favillæ. Verum hæc à Pompholige vix vel parum differre videtur. *Calamitem* vocant, figura calami, quam à pertica ferrea acquirit. Nimirum decutitur hæc à ferreis perticis, quibus cadmia, dum æs fusum iis agitatur, adhæresit. Optima est *Botritis*, densa, modicè gravis, & in lævitatem magis inclinans, racemosa facie, quæ fracta cinerulenta est. Vulgo in officinis dicitur *Tutia*, vel *Cadmia Græcorum*. G. Καδμεία. Arab. Climia, vel Chlimia. B. **Tutie / niet / kleimei / oog-niet.** G. Augen nicht / Hüttenrauch. Gall. *Tuthie*. A. Tutty.

TYLOMA, idem quod *Callus*.

TYMPANIAS, idem quod *Tympanites*.

TYMPANITES, TYMPANIAS, *Aqua intercus ſicca*, est tumor abdominis fixus & constans, æquabilis, durus, renitens; & à pulsione sonitum edens, à partium & viscerum membranaceorum inflatione τυμπανώδης ortus, propter spiritus animales in fibras istas copiâ nimiâ adactos, ibidemque succi nervei obstruentis vitio, à recessu impeditos; cui affe-

ctioni,

ctioni consequenter, flatuum in locis vacuis aggestio, velut complementum accedit, à τυμπανιζω tympani instar sono. B. **Trommel-water / Wint-water / Wint-sucht.** G. Windig-wasser-sucht / Trucken-wasser-sucht. Gall. *Timpanite.* A. Tympany.

TYMPANUM, est membranula tenuis, orbicularis, pellucida; cavitati auris internæ aërem congenitum continenti obtenditur, inservit auditui. Significat etiam in aure cavitatem concha dictam. B. **Het trommel-vlies.** G. Das Trummel Hautlein im ohr. Gall. *Le tympan de l'oreille.* A. The drum of the ear.

TYPHA, seu TIPHA, est planta palustris, à τῦφος palus, locus uliginosus. B. **Lis-dodde / donsen / dullen / polsen / papen-kul / sots-kop.** G. Kolben rohr / narren-kolben / ließ-knospen. Gall. *Rouseau, masse de jone.* A. Cattys-tayle, Reede Mase.

TYPHODES, est febris symptomatica continua & ardens, in qua primo statim die ægri copiose sudant, sudore ipso parum aut nihil alleviante; hinc sudorifera vocatur; velut ab inflammatione viscerum, ex τῦφος fumus & εἶδος forma.

TYPHOMANIA, est delirium cum phrenesi, & Lethargo, ex τύφω incendo, effero, & μανία furor. Vide *Coma Vigil.*

TYPHONIA, idem quod *Typhomania.*

TYPUS, sive PERIODUS & CIRCUITUS, est ordo febrium, constans ex intensione & remissione, à τύπτω verbero, tundo.

TYRIA, idem quod *Ophiasis.*

TYRIASIS, idem quod *Elephantiasis* & *Satyriasis.*

TYROIDES, vide *Thyroides.*

TYROSIS, est quando lac comestum, in materiam caseosam coagulatur, à τυρὸς caseus. B. **Kaas-achtigheid.**

VAC-

V.

VACCARIA, est planta in pratis proveniens: fortè nomen à vacca, quod à vaccis adametur. B. **Deur-was/ Deur-blad.** G. Durchwachs/ Bruchwurtz. Gall. *Persoliate.* A. Thorouw-waxe, Cow basil.

VACCINIA, VACCINIUM, sic vocatur viola, quæ nomen habet ab Io, quæ in vaccam mutabatur: atque Io significat vaccam, unde Vaccinia illud nomen sibi etiam adscivit uva ursi, sive Myrtillus: idque à baccis *Baccinia*, & mutato B. in V. *Vaccinia* manet. Vide *Viola.*

VACUATIO, vide *Evacuatio.*

VACUI DIES, sunt, quibus rarissima & imperfecta ac mala crisis plerumque contingit: iique sunt 6. 8. 10. 12. 16. 18; quibus nonnulli addunt 22. 23. 25. 29. 30. 32. 33. 35. 38. 39. hi Medicinales appellantur, quod in iis medicamenta exhiberi possint, verum illi dies hic loci non observantur.

VAGA ARTHRITIS, vide *Arthritis Vaga.*

VAGINA UTERI, dicitur & *Matrix*, uteri ostium, uteri cervix, Αἰδοῖον, Γυναικεῖον, Κόλπος Γυναικεῖος. Est meatus ille, cui virilis in coitu penis inditur, non aliter quam vaginæ gladius aut culter; sita est in hypogastrio, figura oblonga; magnitudo, pro ætate & Veneris usu variat. Crassities ejus in superiori parte latitudinem straminis adæquat, in inferiori vero propter accretionem, eandem duplo vel triplo superat. Latitudo, qualis recti intestini, internè nervea & rugosa. Perforatur plurimis porulis, præsertim in inferiori parte circa meatus urinarii exitum. B. **De scheede der Lyfmoeder.** G. Die Scheide der mutter. Gall. *Vagine de la matrice.* A. The sheath of the womb.

VAGINA PORTÆ, idem quod *Capsula Glissonii.*

VACINA HEPATICA, idem quod, *Capsula Communis Glissonii.*

VAGINALIS TUNICA, vide *Elythroides.*

VALERIANA, Gr. Φῦ, & Νάρδος Ἀγρία, à *Valere* sibi nomen adsciviisse videtur: quia eâ utentes se à venenis defendunt; insignibus enim & plurimis pollet viribus. *Nardus dicitur* ab odore radicis. G. Katzen-kraut/ & Augen-wurtzel/ quod sc. catti odore radicis ejus, quo eorum oculi

culi roborantur, impensè delectentur. Vide *Phu.*

VALERIANELLA, est diminutivum à *Valeriana.*

VEEL GUTTA, est Oreoselinum: quasi diceres *Multibona:* est vox composita ex duabus Belgicis vel Germanicis: à **Veel goed** / vel Viel gut : quia planta est ad plurimos morbos utilis.

VALETUDINARIUS, est is, qui optima sanitate non fruitur, verum continuo morbis obnoxius est Gr. Νοσώδης, Νοσηλώδης. B. **Sieckelijck.** G. Einer der immer Siecht und kranckt. Gall. *Maladif, petite santé, mal sain.* A. Sicklie, subjectto Sickness.

VALGUS, est is, cui pedes vel crura extrorsum versa sunt. Vide *Blæsus.*

VALETUDO, est partium nostri corporis qualiscunque sive bona sive mala agendi dispositio. B. **Welvarendheid / gesondheid.** G. Gesundheit. Gall. *Santé, bon point.* A. Health.

VALVULÆ, sunt membranulæ tenues in vasis aut fibris valvam referentes, à variâ figuratione variam denominationem accepere, ut *Sigmoides, Semilunares, Tricuspides, Mitrales* &c. reperiuntur in venis, arteriis, vasis lymphaticis, lacteis, & in fibris musculosis, quas nostra curiositas primo detexit, usus est sanguinem & alios liquores à regressu impedire. B. **Klap-vliesen.** G. Fall-häutlein. Gall. *Valvule.* A. Idem.

VALVULÆ, etiam reperiuntur in intestinis, in tenuibus & crassis, præsertim in jejuno & circa initium intestini ilei, quæ à figura semicirculares vocantur. Hæ valvulæ seu plicæ, quo propius accedant ad ileum, paulatim incipiunt magis magisque obliquari, & in principio ilei minus obliquantur quam in progressu ejusdem. Similiter propè finem jejuni, plicæ sensim longius ab invicem distant: & in ileo similiter quo ulterius descendat, adhuc longius. In principio & medio jejuni vix semi pollicem distant; in ileo, pollicem integrum & amplius. Digito impulsæ aliquantulum cedunt, & huc atque illuc mobiles sunt. In principio coli valvula carnosa & circularis est, & præter hanc varias adhuc obtinet colon. *Usus* est cibos nonnihil remorari, ut melius fermententur, chylus distribuatur, adjacentes partes calore foveantur, postremò ne iterum ascendant. B. **Valvliesen / Klap-vliesen.** G. Fall-häutlein. Gall. *Valvules.* A. Idem.

VA-

VAPORARIUM, sive ÆSTUARIUM, est, cum non in liquore sedet æger, sed vapor ex sella perforatâ exhibetur. Ollâ subditâ, decocto calente ex rebus morbo curando convenientibus, quantitate sufficiente parato plenâ, quo frigido, aliud infunditur. B. Sweet-stoof/ Bad-stoof. G. Badstub. Gall. *Une Estuve*, *Archet a Sueur*.

VARICIFORMES PARASTATÆ, epididymidibus continuæ sunt, ita nominata vasa, quod varicum instar flexuosa, contortaque spectentur, ad majorem, ut putant, seminis elaborationem. Præ cæteris nervosa est, atque tangenti duriuscula deprehenduntur, hisce continua sunt vasa semen ad vesiculas seminales deferentia.

VARICOSUM CORPUS, dicitur ille plexus vasorum sanguineorum, qui testiculos ingreditur. Dicitur & *Corpus Pampiniforme*, ut & *Corpus Pyramidale*.

VARIOLÆ, ex intemperie sanguinis contagiosa constant, ab aëris vitio aut aliunde contracta, cum febre continuâ incertâ & vagâ, quæ modo intensior modo remissior, dolore capitis & lumborum, anxietate & inquietudine, pustularum eruptione, quæ in molem attolluntur & suppurantur. CL. T. *Willisius*, causam putat esse inquinamenta, seu semina fermentativa, ab utero fœtui unà cum alimento communicata; sed quomodo hoc locum habet in adultis, in quibus sanguis tam varias subiit alterationes, ex ipsius scriptis, necdum percipere potui. Videtur potius consistere in prava aëris temperie, cui accedit peculiaris sanguinis & succi nervosi in hunc morbum dispositio. Venenositas illa aëris, primo inficit succum nerveum (unde capitis & lumborum dolor) qua sanguis intumescit, effervescit & in frusta frustillatim ab invicem secedit, quæ inter circulandum, partibus extremis, item & internis visceribus adhærent, matureſcentibus postea tuberculis, in pus abeunt. Arab. *Bothor*, *Lusitanis Besigas*. Gr. Ξανθήμαλα. B. Kinder Pokjes. G. Die Kindsblattern / die Purpulen à colore rubro, Bocken / Pocken / Urschlechten. Gall. *Petite Vérole*. A. Small Poxe.

VARIX, vide *Cirsos*.

VARUS, vide *Jonthus*. *Varus* quoque sumitur pro *Arthritide vaga*, vide suo loco, item pro eo, cui pedes introrsum flexi sunt, & valgis oppositi.

VASA, sunt cavitates, per quas liquores transeunt, ut vena, arteria, vasa lymphatica, ductus chyliferus, ductus salivales

livales &c. *Vas* Gr. Ἀγγος, Ἀγγειον. B. **Een Vat.** G. Gefäß. Gall. *Vaisseau*, *Vase*. A. Vessels.

VAS BREVE, vide *Breve Vas.*

VASA CAPILLARIA, vide *Capillaria Vasa.*

VASA DEFERENTIA, dicuntur, quæ semen ex testiculis in vesiculas seminales deferunt. B. **Zaadaanbrengende Vaten.** G. Röhre die den saamen anführen. Gall. *Les Canals defferentes.*

VASA LACTEA, sunt vasa tenuia in mesenterio; ab intestinis præsertim tenuibus ad glandulas mesenterii porrecta, quæ sunt primi generis, deinde quæ secundi generis sunt ab istis glandulis ad sacculum chyliferum deducuntur; *Usus* est chylum ab intestinis ad sacculum chyliferum & ductum thoracicum vehere. Eorum inventor primus *Asellius* est, in quibus postea dexterrimus *F. Ruischius* valvulas detexit. B. **De Melk-aderen / Melk-vaten / Chyl-vaten.** G. Die Milchadern. Gall. *Les Veines lactees.* A. Miliky vessels.

VASA LYMPHATICA, vide *Venæ Lymphaticæ.*

VASA PRÆPARANTIA, vide *Præparantia Vasa.*

VASA SEMINARIA, dicuntur venæ & arteriæ ad testiculos euntes. Vulgo *Præparantia.* B. **Zaad-vaten.** G. Saamen-gefässe. Gall. *Vaisseaux Spermatique.* A. The Preparing vessels, seed vessels.

VASA SPERMATICA, idem quod *Vasa Seminaria.*

VASTI MUSCULI, extendunt tibiam, quorum *externus* à radice tota trochanteris magni, & cruris osse subjecto: internus à trochanteris parvo, utrinque paulo patellam infra ad latus recti inseruntur. B. **De vaste Spier.** G. Der starcke Mauß. Gall. *Muscle Grande.* A. The great Muscle.

VECTIS, est instrumentum Chirurgicum, quo in fine perforationis cranii utimur, nam labiis incisi ossis immittitur, ad officulum hinc inde movendum, ut vacillet, & volsellæ parte deutata auferri possit. Item Instrumentum, quod in depressionibus cranii elevandis usurpamus. B. **Hefboom / Been-lichter.**

VEGETABILE, dicitur de omnibus plantis, & arboribus.

VEHICULUM, vide *Ochema.*

VELAMENTUM BOMBICINUM, est lanuginosa quædam substantia interiorem partem, crustæ instar, aut musci vil-

ſci villoſi ſuccingens. Alii *Vermicularem cruſtam* vocant. B. **De Fluweele Darmrok.** G. Das Sammetgleiche Darm häutlein. Gall. *Tunique velours de boyau.* A. Veluet Membrane of the Guts.

VENÆ, ſunt illæ fibræ, quæ in plantarum foliis apparent, in ramulos diviſæ.

VENA ARTERIOSA, eſt Arteria pulmonalis, cujus ope ſanguis ex dextro cordis Thalamo in pulmones ducitur, tres obtinuit valvulas cuſpidales, ne ſanguis regurgitet. B. **De long-ſlagader / de ſlag-aderlijke ader.**

VENA CAVA, Gr. Φλὴψ, Ἐπανθισμὸς *Eudoxo* Δεξαμένη *Heſychio*, ſpecies ſunt Vena Cava, Portæ, Lymphaticæ, & Lacteæ. Arteriæ aliquando pro venis ſumuntur. Conſtant ex quatuor tunicis, nervoſa ſc. glanduloſa, muſculari & membranoſa. Venæ cavæ rami ſupra cor vocantur Venæ jugulares, quæ ad Brachia tendunt *Axillares*, in cor, *Coronaria*, in pulmones *Pulmonaria*; ſic dicitur *Hepatica*, in hepate; *Phrenica* in diaphragmate; in cruribus *Cruralis*; in renibus *Emulgentes* ſeu *Renales*, & ſic à variâ ramificatione variam denominationem accepit. B. **De holle ader.** G. Die hohle ader. Gall. *Veine Cave.* A. The great vein.

VENA AZYGOS, vel SINE PARI, aut SUGO, vide *Azygos.*

VENÆ LACTEÆ, vide *Vaſa Lactea.*

VENÆ LYMPHATICÆ, lympham à glandulis conglobatis accipiunt, vel in venas ſanguineas, vel in chyli ciſternam ſe exonerant. Vaſa lactea chylum à papillis inteſtinorum accipiunt, quem in glandulas meſenterii deponunt, qui exinde ſtatim per vaſa lactea ſecundi generis, in ſacculum chyliferum fluit. B. **Water-vaten.** G. Waſſergefäſſe. Gall. *Veine Lymphatique.* A. Lymphatik veſſels, Lymphatck ducts.

VENA PORTÆ, in abdomine tantum reſidet, & ſuas radices in Hepar, Lienem, Ventriculum, Meſenterium, Inteſtina, Pancreas, Omentum &c. extendit: Venæ cavæ & portæ officium eſt ſanguinem à nutritione ſuperfluum circulariter ad Hepar vel cor & pulmones relegare. B. **Poort-ader.** G. Die Pfort-ader. Gall. *La Veine Porte.* A. The Port veine.

VENÆ SECTIO, eſt ſanguinis, qui in vaſis continetur, per venam arte ſectam, evacuatio, hæc dicitur, ſed malè Evacuatoria, Revulſoria & Derivatoria, in venæ ſectione

ctione ad vires respiciendum est. Plus sanguinis quam libra educi non debet, educantur potius unciæ sex vel octo, & si necessitas exigat, repetatur. Vena per longitudinem fibrarum secanda est. B. Een Aderlating. G. Das Aderlassen. Gall. *Seignée*, *saignée*. A. Letting of bloud, opening of a vein.

VENÆ, vegetabilium sunt costæ, quæ in plantarum foliis, imo & fructibus apparent, & ramulos & humorem habentes.

VENENUM, Gr. Φάρμακον, est omne illud quod corpori nostro communicatum, mortem adfert, ut sunt Arcenici genera, pleraque Mercurialia deleteria qualitate prædita. B. Fenijn. G. Gifft. Gall. *Poison*, *Venin*. A. Venom, poison.

VENEREA LUES, vide *Lues Venerea*.

VENERIS OESTRUM, idem quod *Clitoris*.

VENTER, dicitur triplex; *Infimus* sumitur pro Abdomine. *Medius* pro Thorace, & *Supremus* pro Capite. Vide *Cavitates*. Sed strictè sumitur pro Abdomine. B. Buik. G. Bauch. Gall. *Ventre*. A. The Bellie.

VENTER EQUINUS, Chymicis dicitur & fimus equinus, in quo, ob lenem calorem, suas tincturas & essentias collocant. B. Paarde-mist. G. Roß-mist. Gall. *Fiênte de Cheval*. A. Horse-dung.

VENTER INFIMUS, vide *Hypogastrium*.

VENTOSA, vide *Cucurbitula*.

VENTRES, vide *Cavitates*.

VENTRICULUS, est viscus membranosum, in abdomine sub diaphragmate inter hepar & lienem, constans ex quatuor tunicis; nervosa, fibrosa, glandulosa & membranosa; habet duo orificia, dextrum Pylorus seu Janitor vocatur, ex quo cibi expelluntur: Sinistrum vero stomachus, per quem cibi in ventriculum impelluntur. Officium est cibos concoquere seu fermentare, vocatur item Stomachus, Aqualiculus. Gr. Γαστὴρ, ἡ Ἄνω Κοιλία, Στόμαχος Κοιλίας. B. De Maage. G. Der Magen/ der Bauch. Gall. *Le Ventricule*, *l' Estomac*. A. The stomack.

VENTRICULI CEREBRI, sunt quatuor, eorum usus est seroſos humores accipere & per pelvim deducere ad glandulam pituitariam: vel in processus mammillares per os cribriforme ad nares. Nihil aliud sunt quam complicationes cerebri, quæ ibi tanquam ex accidenti evenere. B. Hol-

ligheden der Herssenen / Hersengroessys. G. Die Höhle im Hirn. Gall. *Ventricule de Cerveau.* A. The Ventricles of the Brain.

VENTRICULI CORDIS, duo sunt; primus sive Dexter sanguinem è vena cava recipit & pulmonibus tradit: Alter sive siniſter à pulmonibus sanguinem recipit & per arteriam in totum corpus propellit. In contractione ventriculorum sive Syſtole, sanguis exprimitur: in Diaſtole seu expansione & dilatatione, sanguis recipitur & admittitur: Alii tamen contrario explicant, quia Græca non sapiunt, & per consequens vim vocum ignorant. B. De holligheid des Herts. G. Die Höhle im Hertz. Gall. *Ventricule de Cœur.* A. Ventricles of the Heart.

VERATRUM, est Helleborus: dici volunt, quod mentem vertat: unde cecinit Perſius satyra 1. v. 50.

——— *Non hic est Ilia Atti*
Ebria Veratro; ———

insaniam enim pellit. Vide *Elleborus.*

VERBASCUM, sive TAPSUS BARBATUS, puto dici quasi *Herba Barbata:* videtur mihi vocem esse contractam: sunt qui *Candelam Regis*, *Candelariam*, *Lanariamque* nominent quia caulibus ejus adipe, sevo vel aliquo pingui illitis nonnulli pro lucernis utantur. Vide *Phlomos.*

VERBENA, *Verbenaca*, *Columbaris*, *Columbina*, dicitur quasi *Herbena*, ab Herba, quia Antiqui proprie non Verbenam intellexerunt, sed quaslibet herbas in Sacrum usum destinatas. Vide *Peristeron.* B. Yser-kruid / Yser-hard. G. Eisen-kraut / eisen-reich / eisen-hart / dauben-kraut. Gall. *Verveinen*, *Vervaine.* A. Vervain, Frengies.

VERETRUM, idem quod *Penis* seu *Membrum Virile.*

VERMES, vide *Lumbrici.*

VERMICULARIS CRUSTA, idem quod *Velamentum Bombycinum.*

VERMICULARIS, est sedum minus, à similitudine nempe foliorum, quæ rotunda sunt, & figuræ ovalis, ut vermiculos putes, unde & *Crassula* minor appellatur. B. Kleine donderbaard. G. Klein hauß-wurtz / klein donderbaar. Gall. *Tricque Madame.* A. Prick-madam.

VER-

VERMICULATUM, in plantis est, quod rosæ modo, quasi purpurisso, rutilat.

VERMIFORMIS PROCESSUS, est prominentia cerebelli, sic à figura dicta. B. 't Wormwijs uitsteeksel. Gall. *Prominence Vermiforme.* A. Wormlike Processes.

VERMIFUGA, à *Verme* & *Fuga*, idem quod *Anthelmintica.*

VERMIS CEREBRI, vide *Febris Ungarica.*

VERNACULUS MORBUS, idem quod *Endemius.*

VERNIX, quod & *Vernisium* & *Sandarache*, sive *Gummi Juniperinum* vocatur. Sed aliquando componitur cum aliis rebus, uti cum lacca, copalto, succino &c. B. Vernis. G. Verniß. Gall. *Vernis.* A. Varnish.

VERONICA, quamvis alia sit herba quam vulgaris Betonica, tamen à Betonica videtur descendere *Veronica*, mutato B. in V. & *t* in *r* quod lapsu temporis ut & ab rerum ignaris facile fit. B. Eeren-prijs. G. Ehren-preiß / grundheil. Gall. *Veronique.* A. Luellin, Fluellin.

VERRICULARIS TUNICA, idem quod *Amphiblestroides Tunica.*

VERRUCÆ, sunt species tuberculorum, Gr. Ἀκροχορδόνες. *Acrochordones* dicuntur, eo quod si vertices horum tuberculorum inspiciantur, similes sunt resectæ chordæ. *Celsus* hujus appellationis eam causam videtur attulisse, quod in fundo sint angustiores, in summo latiores; adeo ut pendere videantur, ideoque à plerisque verrucæ pensiles appellantur. Dicuntur porri, eo quod si inspiciantur summitates ipsorum, videntur æmulari brevia illa capillamenta porrorum. Est tuberculum durum, eminens, cuti erumpens, callosum, parvum, & in omnibus corporis partibus nascens. B. Een Vratte / Werte. G. Wartzen. Gall. *Verrûe.* A. A wart.

VERRUCARIA, dicitur Heliotropium, quia creditur ea verrucas abigi. Sic etiam vocatur Tithymalli species, cujus succo lacteo verrucæ decidunt. B. Sonne-wende. G. Sonnen-wende. Gall. *Torneſol.* A. Turn-sole.

VERTEBRA, idem quod *Spondylus.*

VERTEX, est pars capitis inter synciput & occiput media & gibbosa. Gr. Κορυφή. B. De kruin. G. Der Wirbel auff dem Haupt. Gall. *Le Sommet.* A. The Tope of the Head.

VERTICILLI, idem quod *Cotyledones.*

VERTICILLUM, in plantis florum vel foliorum ambitus, qui cauliculos aut ramulos herbarum coronat, existit: ab instrumenti muliebris similitudine dictum, quod fuso vertendi gratia solitum est adhiberi.

VERTIGO, vide *Scotomia*.

VESANIA, est furoris species vel delirium ex nimio amore.

VESICA, est pars membranacea cava, in qua liquor excernendus continetur: ut Vesica urinaria, Bilaria, Seminaria. Gr. Κύστις, Οὐρητικὴ Κύστις. B. **Een Blaas.** G. Die Blase. Gall. *Vesie*. A. A bladder.

VESICA ÆNEA, est cucurbita magna cuprea, destillationi plantarum inserviens.

VESICA BILARIA, idem quod *Folliculus fellis*.

VESICA DESTILLATORIA, est vas æneum sive ahenum cupreum, quod materiam destillandam continet. B. **Een Blaas.** per vesicam destillare, **Door een blaas distilleren.**

VESICA URINARIA, Gr. Κύστις: est ea, quæ in viris posterius intestinum rectum habet; in fœminis vero uterum, cujus vaginæ alligatur. Accipit urinam ex renibus per ureteres, eamque per urethram, quæ viris quam fœminis longior est, deponit. **De Pis-blaas.** G. Harn-blase / die blasen. Gall. *Vesie*. A. The urine bladder.

VESICARIA, vocatur Alcea veneta, ut & Alkekengi, quia ejus fructus & semen in vesiculis continetur: vel quoniam vesicæ & calculis prodest.

